REGINA &c., confirmavit cartam Patricii Dunbar de Loch, dom. terrarum de Kilconquhair,—[qua, pro amore &c., concessit filie sue MARGARETE DUNBAR, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem suam molendini de Arewllane, Myltoun de Arewllan nuncupat., cum firmis, proficuis et astrictis multuris ejusdem tam terrarum suarum quam aliis dicte dimed. spectantibus, extenden. annuatim ad 32 bollas farine et 8 bol. brasii, in parochia de Mochrum, vic. Wigtoun;—pro 400 marcis per se dicte Marg. promissis in partem solutionis ejus dotis, ac pro exoneratione ejus partis portionis naturalis bonorum suorum mobilium, ac pro aliis gratitudinibus &c., necnon pro summa pecunie per dictam Marg. persoluta:—TENEND. de regina:—INSUPER, si dictus Pat. aut ejus heredes dictam Marg., heredes aut assignatos molestarent, obligavit se 1000 marcas in compositione pro dictis dote et exoneratione portionis naturalis, et 500 marcas pro dampnis et expensis si lis oriretur, persolvere antequam coram judice quocunque audirentur:—TEST. Jacobo Cranstoun, Harberto Murray, Cuthberto Murray, M. Alexandro Barclay, Andrea Blakschaw, Thoma Keyn, Andrea Quhite:—Apud Edinburgh, 15 Dec. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 404.

266. Apud Perth, 31 Dec.

REGINA &c., confirmavit cartam M. Alexandri Levingstoun de Donypace, superioris baronie de Crag,—[qua confirmavit THOME OGILVY, filio secundogenito quondam Jacobi dom. O. de Arly,—terras de Westir Crage de Glenylaye, in baronia de Craig, vic. Forfar;—quas idem Tho. personaliter resignavit:—TENEND. dicto Tho. et heredibus quibuscunque ejus de corpore legit. procreatis et assignatis, quibus deficientibus, Joh. O. fratri dicti Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Alex. O. eorum fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Arch. O. eorum fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus dicti Tho. quibuscunque et assignatis, de dicto Alex. L.:—REDDEND. annuatim 14 sol. 4 den. si peterentur tantum, pro omni warda &c.:—RESERVATO vitali redditu Helene Sinclar sponse dicti Jacobi dom. O.:—TEST. Rob. Carnegy de Kynnard clerico thesaurarie regine, David Ogilvy, Geo. Retray, Geo. Mudy:—Apud monast. de Hadingtoun, 13 Jul. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 396.

267. Apud Striveling, 7 Jan.

REGINA &c., concessit familiari servitori suo ROBERTO CARNEGY de Kynnard, heredibus ejus et assignatis,—terras de Murdocayrny, vic. Fiffe;—que fuerunt quondam Johannis Mailvile de Raith militis, et regine devenerunt ob forisfacturam super dictum Joh. deductam pro certis proditorie traditionis et lese majestatis criminibus de quibus in judicio convictus erat:—SOLVEND. firmas feodifirme et devorias debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 390.

268. Apud Edinburgh, 12 Jan.

REGINA &c., confirmavit cartam Eliz. Kynloch filie et heredis apparentis Andree K. de Luthre, ac sponse Roberti Kynloch alias Patersoun filii et heredis apparentis Walteri P. de Eister Dunmuir,—[qua,—cum consensu patris et matris et sponsi,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE KYNLOCH, filio suo et heredi apparenti inter se et dictum Rob. legitime procreato,—quartam partem et dimedietatem decimesexte partis terrarum de Luthre, et integrum molendinum earundem cum multuris, *lie suckin*, cattellorum et summarum gramine et pastura, aqueductibus, aquemeatibus, toftis, croftis, domibus, moris, et marresiis, secundum ratam firme dicti molend., in dominio, senesc. et vic. de Fiffe:—TENEND. dicto And. juniori et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreand. absque divisione, quibus def., legit. heredibus masc. inter dictos Eliz. et Rob. procreatis, quibus def., seniori filiarum de corpore dicte Eliz. legitime procreandarum absque divisione, quibus def., dicto And. K. seniori et heredibus ejus masc. quibuscunque, de regina in feodifirma:—REDDEND.

annuatim 29 libras 4 sol. 9 den. et obulum; ac duplicando feodifirmam ad introitum heredum:—RESERVATO libero tenemento dicte Elizabeth:—TEST. David Patersone, David Kinloch, Geo. Law, Jac. Andersone notario publico:—Apud Luthre, 15 Oct. 1544]:—TEST. 23. 29. 4. 26. 31. 30. 32.

xxx. 365.

269. Apud Edinburgh, 13 Jan.

REGINA &c., confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit DAVIDI GRAHAME de Fyntre militi, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras et baroniam de Fyntre, cum turre, manerie, loco, molendinis, silvis, tenentibus &c., terras et baroniam de Bochelevie, cum molendino, tenentibus &c., vic. Striviling;—quas idem David personaliter resignavit:—REDDEND. pro Fyntree unum den. argenti nomine albe firme, pro Bochlevie servitia debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 320.

270. Apud Edinburgh, 15 Jan.

REGINA &c.,—quia VILLA DE HAMMYLTOUN cum communi moro ejusdem, vic. Lanark, burgus in baronia prius fuit,—volens inhabitatoribus firma edificia in eodem pro defensione adversus fures &c. construendi occasionem prebere,—infeodavit dictam villam cum moro—in liberum burgum regalem imperpetuum; concedendo inhabitantibus facultatem emendi et vendendi &c., et ut essent burgenses cum potestate eligendi ballivos &c., necnon tenendi crucem foralem ac forum hebdom(ad)atim diebus Dominicis et Sabbati, cum 2 liberis nundinis annuatim in diebus S. Laurentii et S. Martini ac per octavas earundem, cum theloneis &c.; cum potestate ballivis et consulibus dict. burgum in particatas burgales *lie burro rudis* assedandi &c.:—REDDEND. annuatim 4 den. firmarum burgalium, ac servitium burgi debit. et consuet.:—INSUPER exoneravit jus suum ad dict. burgum ratione nonintroitus &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 378.

271. Apud Edinburgh, 16 Jan.

REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Cowtis de Ouchtircowle,—[qua, pro summa pecunie et aliis gratitudinibus sibi per Margaretam Forbes filiam quondam Alexandri F. de Tolleis, et per Joh. F. de T. germanum dicte Marg., persolutis, vendidit dicte MARGARETE FORBES—terras de Ouchtircowle, Taynlie, Straweltis, Tanamoyne, Stramor, molendinum de Ouchtircoull cum multuris et terris molendinariis ejusdem ville, Blakmyll cum multuris et terris molendinariis ejusdem ville, Ochtirarn, Tullocht et Tannamoyn ibidem, in provincia de Cromar, vic. Abirdene:—TENEND. dicte Marg. et heredibus masc. inter eam et dictum Joh. C. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Joh. C. quibuscunque, de regina:—TEST. Wil. dom. de Forbes, Allano Cultis, Tho. Smyth, Tho. Daloquhy, notariis publicis:—Apud Ouchtircowll, 4 Jan. 1548]. xxx. 400.

272. Apud Edinburgh, 17 Jan.

REGINA &c., confirmavit ROBERTO ASCHENANE in Dunlope (Dunjope), et ISOBELLE MAXWELL ejus conjugi,—marcatam terrarum antiqui extentus de Bargranane, in parochia de Balmagy, senesc. Kirkcudbricht;—quam idem Rob. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque sive ejus assignatis:—TEST. "*ut in cartis prescriptis.*" xxx. 356.

273. Apud Edinburgh, 21 Jan.

REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Stewart de Kilchattan,—[qua, pro summa pecunie sibi per Ninianum Stewart de Kildawanane persoluta, vendidit ROBERTO STEWART, filio dicti Nin.,—8 marcatas terrarum de Kilchattan-moir et de Kilchattan-wege, in insula, dominio et vic. de Bute:—TENEND. dicto Rob. et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, propinquiori consanguineo ejus cognominis, de regina tanquam senescalla Scotie:—REDDEND. annuatim 8 marcas argenti, 8 bollas ordei, 8 bollas avenarum, unam martam, dimediam et decimam partes alterius marte, *lie lardnar martis*, allocando de dict. summa pro dictis avenis et partibus marte 16

sol.; cum servitiis solitis et consuetis:—TENEND. fructum tenementi dict. terrarum dicto Niniano pro ejus vita:—TEST. Jac. Stewart vicecomite de Bute et Arane, Wil. S. ejus fratre, Joh. Fressall, Donaldo Makgillespik Roye Makneill, Jac. M'Werarthe scolari, Donaldo M'Gilroye publico notario, Johanne M'Connoquhy:—cum subscriptione dicti Joh. Stewart per notarium, manu sua tangente pennam:—18 Maii 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 412.

274. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REGINA &c., dedit literas legitimationis JACOBO SCHARPRO bastardo, filio naturali D. Willelmi S. preceptoris de Traill-trow. xxx. 434.

275. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Leslie de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE LESLIE burgensi de Abirdene, et VIOLE MENZEIS ejus conjugi,—terras de Towleyis, in baronia de Leslie, vic. Abirdene:—TENEND. dictis And. et Vi. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti And. et assignatis quibuscunque, de regina:—TEST. Thoma Menzeis de Petfoddellis, Joh. Dempstar de Auchte(r)les, Gilb. Menzeis seniore, Rob. Culane burgen. de Abirdene, Davide Murray, Geo. Spalding, M. Joh. Nicholsoun notario publico:—Apud Abirdene, 10 Dec. 1546]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 345.

276. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REGINA &c., ad feodifirmam dimisit DAVIDI MURRAY filio et heredi quondam Johannis M., et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, et EGIDIE MURRAY ejus matri in vitali redditu,—tertiam partem terrarum de North-Kinkellis, in dominio et senescallatu de Stratherne, vic. Perth; extenden. annuatim ad 8 libras 17 sol. 5 den., cum parte unius marte:—REDDEND. annuatim 8 lib. 19 sol. 5 den., cum parte unius marte; ac duplicando dict. feodifirmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem et alias politias solo corresponden.:—TEST. 23. 29. 4. 26. 31. 30. 32. xxx. 366.

277. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REGINA &c., confirmavit HERBERTO MAXWELL de Kirkconnell, et JONETE MAXWELL ejus conjugi,—3 marcatas terrarum antiqui extentus de Auchinfad, et unam marcat. ant. ext. de Quhithill, in baronia de Kirkconnell, senesc. Kirkcudbricht;—quas idem Herbertus personaliter resignavit:—TENEND. dictis Herb. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Herberti quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 367.

278. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Seytoun de Meldrum,—[qua concessit MARGARETE INNES relicte Jacobi Innes de Fynnarsye, tunc in ejus pura viduitate, in vitali redditu,—pro matrimonio inter se et ipsam contrahendo,—binam partem terrarum de Gowner, vic. Abirdene:—REDDEND. annuatim regine unum den. albe firme:—TEST. Wil. Leslie, Joh. Seytoun, Wil. King, Math. Seytoun, Alex. Strathauchin:—Apud Meldrum, 6 Jan. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 397.

279. Apud Edinburgh, 23 Jan.
REGINA &c., confirmavit MARGARETE KYNLOCH, et WILLELMO EDMESTOUN ejus conjugi,—5 marcatas terrarum de Westir-Raw, $2\frac{1}{2}$ marcat. de Eistir-Raw, in dominio et senesc. de Menteith, vic. Perth;—quas eadem Marg. resignavit:—TENEND. dictis Marg. et Wil. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, in feudifirma:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 368.

280. Apud Edinburgh, 24 Jan.
REGINA &c., confirmavit MURDACHO

M'KENZE de Farebren, et MARIOBELLE URQUHARD ejus sponse,—8 libratas terrarum de Ballevrayd, et 40 solidat. de Moy, novi extentus, in comitatu de Ros, vic. Invernys;—quas idem Murd. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Murd. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. heredibus propinquioribus sive assignatis dicti Murd. quibuscunque:—REDDEND. firmas feodifirme et devorias debit. et consuet.:—TEST. 23. 29. 4. 26. 33. 30. 32. xxx. 388.

281. Apud Edinburgh, 26 Jan.
REGINA &c., confirmavit JOHANNI OTTERBURNE de Reidhall, et JONETE STEWART ejus conjugi,—terras de Reidhall, cum turre, manerio, edificiis, ortis, columbario et fullonum molendinis, in baronia de Reidhall, vic. Edinburgh;—quas idem Joh. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 384.

282. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam Patricii Ogilvy de Inchmartyne,—[qua concessit filio suo ANDREE OGILVY—terras de Drymme, in baronia de Ballagerno, vic. Perth:—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Pat. quibuscunque reversuras, de regina:—RESERVATO libero tenemento dicto Pat.:—TEST. Jac. Ogilvy, Davide Ogilvy, Walt. Schathlok, D. Roberto Ogilvy vicario de Luchirs:—Apud Inchemartyne, 20 Sept. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 417.

283. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REGINA &c.,—intelligens bonum servitium sibi a decessu patris sui in regni sui contra Anglos defensione factum per Walt. Scott de Branxelme militem, fidelemque nudam non fucatam et simplicem partem per eum, ejus consanguineos, servos et stirpem in reipublice patrie et limitum regni defensione susceptam, pro quibus non minima dampna verum grandes terrarum et bonorum depauperationes et combustiones ab Anglis passus est,—concessit dicto WALTERO SCOTT, et Domine JONETE BETOUN ejus conjugi,—turrim, maneriem et fortalicium de Ormistoun, cum hortis, pomariis, viridariis, silvis, aquis, stagnis, pratis, piscariis, cum terris dominicalibus earundem per Joh. Cokburne olim dom. de Ormestoun occupat., necnon terris dominicalibus per Fynlaum Boill occupat., terras ville de Ormistoun, cum molendinis et multuris, silvis, aquis et piscariis, terras de Murrois, cum molendinis, multuris, silvis, piscariis, pratis, annexis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum beneficiorum omnium dict. terrarum, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun;—que fuerunt dicti Joh. Cokburne, et regine devenerunt ob forisfacturam erga eum deductam pro nonnullis proditorie et lese majestatis criminibus pro quibus in parliamento convictus fuit:—TENEND. dictis Walt. et Jonete eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Walt. et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 339.

284. Apud Edinburgh, 2 Feb.
REGINA &c.,—intelligens &c. (*ut in carta* 283),—concessit WALTERO SCOTT de Branxelme militi, et Domine JONETE BETOUN ejus conjugi,—terras de Eister Craik, cum molendinis, multuris, silvis, piscariis, annexis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum earundem, vic. Roxburgh;—que regine devenerunt ob forisfacturam super Joh. Cokburne olim de Ormistoun deductam:—TENEND. (*ut in carta* 283):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 342.

285. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REGINA &c., concessit HECTORI M'CLANE de Doward—terras et baroniam de Argour, viz. marcatam terrarum

de Calp et Girvane, 20 sol. de Dusky, marcat. de Auchinfobill et Transelk, marcat. de Stronegragane et Clawelzelk, marcat. de Blairboy et Corebeg, marcat. de duabus *lie* Inverscanviltillis, marcat. de Cameleffin et Crandeleich, marcat. de Arehaulane et Auchnanes, marcat. de Laudnaves et Craigvercane, marcat. de Narauchane et Lakeich, 20 sol. de Davedoch et Altezowis, marcat. de Kilboden, 2 marcat. 10 sol. de Cullie, 23 sol. 4 den. de Sallauchanbeg, 2 marcat. de Sallauchanmoir, 2 marcat. de Inversanda et Inverbrakatill, dimediam marcatam de duabus *lie* Bruakillis et Claschanmuk, extenden. in integro ad 22 marcatas terrarum antiqui extentus, cum turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis in aquis dulcibus et salsis, toftis, croftis, annexis, columbariis, tenentibus &c., silvis et forestis, in dominio Insularum, vic. Invernys;—que fuerunt quondam Johannis M'Carlich de Argour, et regine devenerunt tanquam ultimo heredi dicti Joh. :—TENEND. dicto Hectori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus. legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque :—INSUPER regina, pro bono servitio dicti Hect., dict. terras &c. univit terris et baronie de Doward, vic. Terbert, tanquam partes et pendiculas ejusdem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 370.

286. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REGINA &c., concessit ALEXANDRO CHEISHOLME[1] filio Alexandri C. in Horestoun, et ELIZABETH AIKMAN ejus sponse,—terras de Wamfrafiat, vulgo Wamfraislandis nuncupat., cum tenentibus seu tenandriis, manerie, pomerio et ortis, extenden. ad 18 acras terrarum, prope burgum de Lanark, infra territorium de *lie suilze* ejusdem (infra terras ecclesiasticas ecclesie parochialis de Lanark, viam aut *lie calsay* a dicto burgo ad dictam ecclesiam ducen. &c.), vic. Lanark;—quarum liberum tenementum Jac. Achisoun, feodum dictus Alex., personaliter resignaverunt :—TENEND. dictis Alex. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo Achisoun fratri dicti Alex., heredibus ejus et assignatis quibuscunque :—REDDEND. servitium pisture vafrarum cum reginam apud dict. burgum residere contingeret, quoties ad id requisiti forent, nomine albe firme.

xxx. 319.

287. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REGINA &c., confirmavit WILLELMO DOMINO CREICHTOUN DE SANCHARE, et ELIZABETH FLEMYNG ejus sponse,—terras dominicales de Kynnowle nuncupat. Bernehill, cum mansione, prato, ortis et pomariis (per Jac. Balnavis alias Piper occupatas), in baronia de Kynnoule, vic. Perth;—quas idem Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignatis dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 359.

288. Apud Edinburgh, 6 Feb.

REGINA &c., ad feodifirmam dimsiti DAVIDI DUNBAR, filio seniori et heredi quondam Johannis D. in Bennettisfeild,—terras de Bennettisfeild (prius extenden. annuatim ad 6 libras 5 sol.), Petfur (ad 44 sol.), brasinam de Petfur (ad 10 sol.), terras de Killane (ad 55 sol.), molendinum de Killane[2], molendinum de Petconochy (ad unam celdram ordei et celdram farine cum charitate, et duodenam caponum), molendinum de Petfur, *lie* Dene-mylne nuncupat. (ad 6 lib.), in dominio de Ardmannach, vic. Invernys;—quas commissarii regis Jac. V. paulo ante ejus obitum dicto Joh. assedarunt pro 4 libris 19 den. ultra summas predict. pro gressumis, bondagiis &c., extenden. ad 21 lib. 15 sol. 7 den., celdram farine, celdram ordei cum charitate, duodenam caponum et 5 gallinas *lie reik*

[1] The Register of the Privy Seal (lib. xxii. fol. 82) gives the name of the grantee as Alex. *Achesoun* son of Alex. A. in *Prestoun*. See No. 46 *supra*.

[2] These words are omitted in all clauses except the dispositive.

hennis;—et quas regina, pro bono servitio dicti Dav., de novo incorporavit in liberam tenandriam de Bennettisfeild:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joh. D. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Pat. D. de Sanchar et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joh. D. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. arma et cognomen de Dunbar gerentibus quibuscunque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus fem. quibuscunque, absque divisione:—REDDEND. annuatim 22 lib. 8 sol. 11 den., duodenam caponum aut 6 den. pro qualibet pecia, 5 *lie reik-hennis* aut 4 den. pro qualibet, celdram farine et celd. ordei; ac duplicando feodifirmam ad introitum heredum; et edificando mansionem cum ortis et aliis necessariis politiis solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 369.

289. Apud Edinburgh, 6 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Denone, domini dimedietatis terrarum de Daweistoun,—[qua, pro magna pecunie summa sibi persoluta, vendidit WALTERO INNES in Calrosy[1] commoranti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Kanderwiff et Strathworie, in comitatu Rossie, vic. Invernys:—TENEND. de regina tanquam comitissa Rossie; cum potestate ad edificand. molendina, et levand. multuras:—REDDEND. unum den. stirlingorum argenti nomine albe firme:—INSUPER obligavit se, heredes suos et assignatos, ad reformand. presentem cartam per jurisperitorum consilium quoties opus foret:—TEST. Alex. Urquhart de Yncherorie filio et herede apparente Thome U. vicecomitis de Cromartie, M. Dunc. Chalmer cancellario Rossen., Tho. Urquhart, Alexandro Urquhart, Tho. Forbes, Davide Denone filio dicti Joh., Rob. Lowe, D. Davide Brathane notario publico:—cum subscriptione dicti Joh. calamum tangentis per manum alterius ductum et per notarium publicum roborat.:—Apud Calrosy, 5 Feb. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 419.

290. Apud Edinburgh, 9 Feb.
REGINA &c., dedit literas legitimationis ADE MARSCHAILL bastardo, filio naturali Alexandri M. xxx. 452.

291. Apud (Edinburgh), 10 Feb.
REGINA &c., concessit ANDREE HAY, filio et heredi apparenti Georgii H. comitis de Errole dom. Hay et constabularii Scotie,—terras, baroniam et dominium de Erole, terras et baroniam de Capeth alias Inchestuthill, terras de Fossoquhy, Inschyref, vic. Perth; terras de Dronelaw, vic. Forfar; terras et baroniam de Cowy, vic. Kincardin; terras de Cassingray, vic. Fiffe; cum tenentibus, tenandriis, turribus, fortaliciis, maneriebus, silvis, molendinis, piscariis, annexis, advocatione ecclesiarum et capellaniarum, tunc incorporatas in baroniam de Errole;—quas dictus Georgius personaliter resignavit:—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, secundum tenorem carte tallie prius confecte:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—RESERVATIS libero tenemento dicto Geo., necnon conjuncta infeodatione et vitali redditu Domine Margarete Robeson ejus conjugi pertinen., cum rationabili tertia de remanentibus cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 352.

292. Apud Edinburgh, 11 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Roberti magistri de Boyd ac feoditarii terrarum subscript.,—[qua, pro gratitudinibus &c., concessit MARIOTE COLQUHONE, sponse Roberti dom. Boyd patris sui, in vitali redditu,—5 marcatas terrarum antiqui extentus de Law, in parochia de Kilbride, ballia de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de regina tanquam senescalla Scotie:—TEST. Joh. Somerwell de Cambusnethane, Rob. Boyde de Portincroce, Carolo Mowat de Busby, Rob. Carmichaell, Alex. Somerwell in Keringtounbarnis, Joh. Mosman et Alexandro Young notariis publicis:—Apud Edinburgh, 10 Feb. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 426.

[1] In introductory clause styled "de Calrossie."

293. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REGINA &c., ad feudifirmam dimisit JOHANNI CRAUFURD in Burghcaner, et ELIZABETH LEVINGSTOUN ejus conjugi,—6 bovatas terrarum in *lie* Grange de Burghcaner (quas quondam Joh. C. in Burghcaner et Cristiana Levingstoun ejus conjux, pater et mater dicti Joh., tempore sui decessus occuparunt), in dominio et vic. de Striveling; extenden. in rentali suo ad 10 marcas 16 den. monete, 6 bollas tritici, 12 bol. ordei, et 12 capones, pretium pecie 12 den.:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., heredibus dicti Joh. quibuscunque:—SOLVEND. annuatim 10 marc. 2 sol. 8 den., cum tritico &c. (*ut supra*); ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum hortis et aliis politiis solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 392.

294. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis dom. Glammys,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI CARNEGY filio et heredi apparenti Roberti C. de Kinnard, et AGNETI WOD ejus sponse,—terras suas de Banchquhry, Balbardy, Petkenny et Brisland in Kingorne, in baronia sua de Kingorne, vic. Fiffe;—et in speciale warantum earundem,—terras suas et *lie* Manis de Baky, cum fortalicio, manerie, lacu et molendino, terras de Lundartheris, vic. Forfare:—TENEND. dictis Joh. C. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. C. quibuscunque, de regina:—TEST. Joh. Somer, Jacobo Lyoun, Joh. Carnegy, Cuthberto Dowglas, Davide Pyot, Gilberto Fary:—Apud Glammys, 4 Oct. 1548]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Joh. C., voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si ante sasinam susceptam fuisset concessa:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 410.

295. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Walteri Lundy de eodem,—[qua, pro perimpletione unius partis contractus matrimonii inter se et Alex. Hepburne de Quhitsum initi, concessit filio suo et heredi apparenti JOHANNI LUNDY, et ELIZABETH HEPBURNE ejus sponse, filie dicti Alex.,—terras suas de Haltoun, quas quondam Eliz. Lindesay sponsa dicti Walt. in conjuncta infeodatione habuit, in baronia de Lundy, vic. Fife:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de regina:—TEST. M. Thoma Wemys de Unthank, Ric. Multrar, M. Joh. Sinclar, Johanne Mosman et Alex. Young notariis publicis:—Apud Edinburgh, 16 Aug. 1544]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 420.

296. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REGINA &c. confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit PATRICIO GARDIN de eodem, heredibus ejus et assignatis,—3 marcatas terrarum antiqui extentus de Preschak et Freak, vic. Forfare;—quas idem Pat. personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 332.

297. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REGINA &c., concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit JACOBO MURRAY filio et heredi apparenti Symonis M. in Curryclauch, heredibus ejus et assignatis,—1⅓ marcatas terrarum antiqui extentus de Berclay, in senesc. Kirkcudbricht;—quas dictus Sym. personaliter resignavit. xxx. 333.

298. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Andree Seytoun de Perbroth,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit PATRICIO GARDIN de eodem, in vitali redditu, et MARIBELLE GARDIN ejus filie, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—solarem sive orientalem dimedietatem terrarum de Luchland (per Tho. Belle et Wil. Wat occupatam), in baronia de Perbroith, vic. Forfar:

—TENEND. de regina:—TEST. M. Jac. Rolland canonico Dumblanen., Joh. Seytoun vicario de Creicht, Gilb. Seytoun, D. Tho. Mortoun capellano:—Apud Perbroth, 10 Feb. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 363.

299. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REGINA &c.,—pro servitio patri suo tam pacis quam belli temporibus impenso, precipue in justitie et tranquillitatis observatione in regni sui partibus universis inter subditos suos dum dictus rex apud Galliam remaneret (infradicto comite Scotie regente capitali et generali locumtenente tunc existente), necnon pro servitio postea regine et gubernatori impenso in regni defensione adversus Anglos, et subditorum suorum in partibus borealibus regni sub ejus cura locumtenentie commorantium ob justitie debitam administrationem in pace inter ipsos et firma auctoritatis regie obedientia regimine,—et quia nec dictus comes nec subditi sub cura officii sui ullam unquam cum hostibus regine intelligentiam habuere, sed semper eorum opinioni ad vires restiterunt, cum nonnulli alii Scoti contrarium perpetrarunt,—igitur concessit GEORGIO COMITI DE HUNTLIE dom. Gordoun et Badyenach &c., regni sui cancellario et in ejusdem partibus borealibus locumtenenti suo, illustrissimique ordinis S. Michaelis archangeli in Gallia equiti aurato, heredibus ejus et assignatis,—terras et comitatum de Murray cum annexis, firmas burgales et custumas burgorum de Elgin et Fores, castrum et fortalicium de Derneway, cum foresta, *lie park* et silvis earundem, et aliis suis castris, turribus et fortaliciis, et piscariis aquarum de Spey, Slewpule, Lossye et Findorne, et custumis dict. aquarum, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, capellaniarum et hospitalium, vic. Elgin et Fores; et officium vicecomitis dicti vic., cum ejus feodis; terras et dominium de Abirnethy, cum castro, turribus, fortaliciis, maneriis, annexis, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., advocatione canonicatus et prebende infra ecclesiam cathedralem Moravien. rectorie ecclesie paroch. de Duthell nuncupat., vic. predicto; terras et baroniam de Pettye, Brachlie et Stratherne, cum castro et fortalicio de Halhill, terris dominicalibus *lie* Manis, molendinis, piscariis, silvis, toftis, croftis, annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesie paroch. de Pettye et aliarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Invernys;—quas incorporavit in liberum comitatum et baroniam de Murray, ordinando castrum de Derneway fore ejus capitale messuagium:—TENEND. cum privilegio libere foreste ubi silve fuerunt:—REDDEND. wardas &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 428.

300. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REGINA &c., confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit PATRICIO HAKKET de Pitfirrane, heredibus ejus et assignatis,—4 marcatas terrarum de Petconoquhy (per ipsum occupatas), vic. Fiffe;—quas idem Pat. personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 267.

301. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REGINA &c., dedit literas legitimationis ROBERTO INNES bastardo, filio naturali Alexandri I. xxx. 447.

302. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REGINA &c., concessit JOHANNI GIBSOUN filio et heredi apparenti Georgii G. burgensis de Edinburgh, et BARBARE UDDART ejus sponse,—terras de Coldinstanis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Hairlaw-Eist-Wemys, in baronia de Eist-Wemys, vic. Fiffe;—quas dictus Georgius resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Barb. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Johannis quibuscunque:—RESERVATIS libero tenemento dicto Geo., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xxx. 328.

303. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REGINA &c., cum consensu matris sue Marie regine Scotie ac domine vitalis redditus terrarum et dominii de Stretherne, ad feudifirmam dimisit JONETE MUR-

RAY, unice proli ac filie et heredi quondam Willelmi M.,—tertiam partem terrarum de North Kinkellis, in comitatu et dominio de Stretherne, senesc. ejusdem, vic. Perth; —que per commissarios et comp. rot. regis Jac. V. in feudifirma locata est dicto Wil., qui quandam pecunie summam pro novo introitu persolvit, prout in rentali feudifirme ex data apud Perth 2 Jun. 1541 contentum est; qui Wil., infeodatione minime levata, 10 Sept. 1547 in infelici conflictus eventu et belli pulvere inter Scotos et Anglos commiss. prope Inveresk decessit: —TENEND. dicte Jon. et heredibus masc. quibuscunque, quibus deficientibus, legit. et seniori heredum fem. absque divisione: —REDDEND. annuatim matri regine, et post ejus decessum regine, 8 libras 17 sol. 9½ den, cum parte martarum; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis:—TEST. "*ut in cartis precedentibus.*" xxx. 349.

304. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REGINA &c., pro bono servitio ac pro compositione persoluta, ad feudifirmam dimisit JOHANNI GRANT de Ballindalloch, et BARBARE GORDOUN ejus conjugi,—terras de Glenmorischane subscript., viz. 40 solidat. de Conechane, 40 sol. de Craske, 40 sol. de Euachcur, 40 sol. de Auchlayn, 40 sol. de Westir Tullelechart, 40 sol. de Duldragyn, 40 sol. de Inverwik, 40 sol. de Blair, 40 sol. de Over Inver, 40 sol. de Nether Inver, 40 sol. de Coulnakirk, dimedietatem de Mekill Clune extenden. ad 20 sol. terrarum, extenden. in integro ad 27 libratas terrarum, in dominio de Urquhart, vic. Invernys;—que quondam Johanni Grant alias Moir pertinebant, ratione infeodationis per Jac. IV. regem confecte ei et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Jac. IV. et ejus successoribus reversure; et regine devenerunt eo quod dictus Joh. absque legit. heredibus masc. de corpore suo procreatis decessit:—TENEND. dictis Joh. et Barb. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Joh., quibus def., regine et successoribus suis reversuras:—REDDEND. firmas feudifirme et devorias prius debit.: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 358.

305. Apud Edinburgh, 6 Mar.

REGINA &c., concessit WILLELMO LEVINGSTOUN, nepoti et heredi apparenti Jacobi L. de Gerveswod,—terras et baroniam de Gerveswod, cum turre, manerie, molendino, annexis, tenentibus &c., advocatione altaris B. Marie in capella S. Nicholai infra burgum de Lanark, vic. Lanark;—quas dictus Jac. resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, dicto Jac. et heredibus ejus masculis quibuscunque reversuras:—REDDEND. annuatim 18 den. argenti nomine albe firme, secundum tenorem carte dicto Jac. per Jac. IV. regem confecte:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia ejus sponse cuicunque cum contingeret:—TEST. 14. 1. 4. 5. 20. 8. 17. xxx. 324. et xxxi. 39.[1]

306. Apud Edinburgh, 22 Mar.

REGINA &c., dedit literas legitimationis JACOBO CHALMER bastardo, filio naturali Johannis C. xxx. 455.

307. Apud Edinburgh, 24 Mar.

REGINA &c., confirmavit cartam quondam Georgii Law portionarii de Luthrie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE KINLOCH de Luthrie[2]—dimediam partem decimesexte partis sue terrarum de Luthrie, 1½ acras terre arabilis in *lie mukitland* alterius dimed. dicte decimesexte partis, in dominio, senesc. et vic. de Fiffe:—TENEND. dicto And. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de regina in feodifirma:—SOLVEND. annuatim pro

[1] The list of witnesses (which clearly does not belong to this charter, as it contains the names of five men who died before this time) is in the latter copy only. The *Reddendo* in the former copy is "jura et servitia debita et consueta."

[2] In introductory clause styled, "de Westir Kynneir."

dicta dimedia parte 46 sol. 5 den. cum obulo, pro dict. 1½ acris 5 sol.; ac duplicando feodifirmam ad introitum heredum: —TEST. M. Alex. Sibbald, Davide Kinloch, Jac. Clerk:—Apud Luthrie, 11 Apr. 1544]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 401.

308. Apud Edinburgh, 24 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Hay de Dalgathy,—[qua, pro ingentibus pecuniarum summis sibi persolutis, vendidit fratri suo germano ALEXANDRO HAY, in vitali redditu, et ejus filio et heredi apparenti WILLELMO HAY, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus defieientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras et baroniam de Dalgathy, cum molendinis tam fullonum quam granorum, silvis, piscariis, lapicidiis, tenentibus &c., vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—TEST. M. Duncano Ireland vicario de Turref, Wil. Lindesay de Smyddyseyt, And. Gordoun in Turref, Wil. Downy, Wil. Pendreycht, Rob. Smyth, D. Nicholao Smyth:—Apud Dalgathy, 19 Mar. 1548]:—INSUPER, pro servitio per dictum Alex. impenso, et per dictos Alex. et Wil. juniorem impendendo, quitteclamavit jus suum ad dictas terras ratione reductionis retornatus dicti Wil. senioris &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 409.

ANNO DOMINI 1549. ANNO REGNI 7.

309. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REGINA &c., confirmavit MARJORIE BALFOUR, matri Andree B. de Petcullo, in vitali redditu, et dicto ANDREE BALFOUR ac GRISILLIDI FORSYTH ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque,—binam partem terrarum de Pitcullo, vic. Fiffe;—quam dictus And. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 329.

310. Apud Edinburgh, 26 Mar.
REGINA &c., dedit literas legitimationis M. JOHANNI HUME, M. ALEXANDRO HUME, et MATHEO HUME, bastardis, filiis naturalibus Johannis abbatis de Jedburgh. xxx. 446.

311. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis com. Buquhanie et dom. de Ouchterhous,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI ERSKIN liberotenementario de Dun, in vitali redditu, et ejus filio WILLELMO ERSKIN, heredibus ejus et assignatis,—terras suas ville de Schirefbank, in baronia de Kynnawtie, vic. Forfare:—TENEND. de regina:—TEST. Wil. Foullartoun de Ardach, Pat. Stewart de Durlathris, Jacobo Ord, Alex. Chalmer, Geo. Erskin, Alex. Stewart, D. Tho. Stewart capellano, D. Joh. Gilbert vicario de Spittall:—Apud Dun, 13 Mar. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 425.

312. Apud Edinburgh, 30 Mar.
REGINA &c., concessit et, pro bono servitio ac pro compositione persoluta, de novo dedit DAVIDI MONYPENNY filio et heredi apparenti Davidis M. de Petmillie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Bawbet et Drumrawak, vic. Fiffe;—quas dictus David senior resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 357.

313. Apud Edinburgh, 31 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam quondam Alexandri de Cokburne dom. de Langtoun, —[qua, pro consilio et auxilio sibi impenso et impendendo, concessit (quondam) PATRICIO DE CORNWELL de Barnehard, et ejus heredibus,—terras de Balnehard (quas alias de dicto Alex. et ejus predecessoribus tenuit in capite), in baronia sua de Carredin, vic. Linlithqw:—FACIEND. dicto Alex. communem sectam ad curias dicte baronie, cum servitio debito et consuet.:—TEST. D. Joh. de Cokburne milite dom. de Brunetoun, Jac. de Parkle de eodem, Wil. Broun, Steph. de Kirkpark, Alex. Cokburn, Jac. de Foulis publico notario:—Apud Linlithcu, 28 Jul. 1449]:—INSUPER, pro

bono servitio, dict. terras de novo dedit PETRO CORNEWELL de Balnehard, heredi et successori dicti Pat., heredibus ejus et assignatis, cum jure suo ad easdem ratione forisfacture contra Jac. Cokburne de Langtoun, superiorem dict. terrarum, deducte sive deducende, &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 343.

314. Apud Edinburgh, 9 Apr.
REGINA &c., confirmavit cartam Andree Setoun de Perbroith,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JACOBO STRATHAUCHIN rectori de Fethircarne, heredibus ejus et assignatis, —umbralem sive occidentalem dimediam partem terrarum suarum de Leuchland (per Joh. Scot et Margaretam Bouche relictam Georgii Murisoun occupat.), in baronia de Perbroith, vic. Forfar:—TENEND. de regina:—TEST. Alex. Setoun, David Setoun, Pat. Gardin, David Oliphant, Jacobo Oliphant:—Apud Perbroith, 4 Apr. 1548]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 422.

315. Apud Edinburgh, 11 Apr.
REGINA &c., confirmavit GILBERTO WAUCHOP de Nudry-Marschell, et ALISONE HAMMILTOUN ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus et assignatis dicti Gilberti quibuscunque,—mansionem, domos et ortum jacen. ex boreali loci de Nudry (quas Alex. Mowbray occupavit et in vitali redditu habuit), 14 rigas terrarum de *lie Rigis* jacen. ex posteriori parte pomerii de Nudry ex boreali latere ejusdem (inter sulcum *lie bauk* terrarum nuncupat. *lie* Ballentynis-landis, et 3 rigas domino de Edmonstoun spectan.), domum et sulcum extra fores loci de Nudry, *lie* Auld-chapell nuncupat., stabulum *lie* Mowbrais-stabill extra dict. fores, in baronia de Nudry, vic. Edinburgh;—quas idem Gilb. personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 361.

316. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REGINA, tanquam senescalla Scotie, concessit JOHANNI FULLARTOUN de eodem, in vitali redditu, et DAVIDI FULLARTOUN ejus filio et heredi apparenti, heredibus dicti Davidis et assignatis, hereditarie,—terras de Corsbie (extenden. annuatim ad 40 lib.), et Craikisland (ad 10 lib.), in balliatu de Kylestewart, vic. Air;—que fuerunt in manibus superioris per 80 annos aut eocirca a decessu Ade Fullartoun de Corsbie, nonintroitu earundem Davidi Blair de Adametoun et Margarete Hammiltoun ejus sponse donato; et (bonis mobilibus per Pat. Neill serjandum et officiarium Johannis Wallace tutoris de Cragy, ballivi de Kyle-stewart, quesitis et non inventis) dicte terre in curia apud Muthill de Prestwik appreciate fuerunt et dictis Joh. F. et Dav. F. vendite pro 2500 lib. pro dict. nonintroitu, et pro 125 lib. pro feodo dicti ballivi, non obstante quod dict. terre valuerunt 1000 lib. tantum; propter quod dictus Joh. obligavit se dictos Dav. B. et Marg. infeodare in 10 libratis antiqui extentus ex terris de Corsbie (per Ninianum Bannatyne prius possessis), de dicto Dav. F. tenendis pro uno den. albe firme:—et voluit regina quod omnes interesse habentes ad dictas terras haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 337.

317. Apud Edinburgh, 27 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam Thome Chalmer de Cultis, burgen. de Abirdene,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo secundario ALEXANDRO CHALMER—terras suas et molendinum de Cultis, cum tenentibus &c., in parochia de Terland, vic. Abirdene:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus propinquioribus legit. dicti Alex. et assignatis quibuscunque, de regina:—RESERVATO libero tenemento dicto Thome:—TEST. Tho. Menzeis preposito de Abirdene, Gilb. Menzeis, And. Leslie, Gilb. Malisone, M. Joh. Kennedy notario publico:—Apud Abirdene, 8 Maii 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 348.

318. Apud Edinburgh, 27 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam Jacobi Stewart de Cardonald,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI

MILLAR commoranti in Mylheuch de Blantyre, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—annuum redditum 24 marcarum de 5 libratis terrarum de Cardonald antiqui extentus, et de 20 sol. terrarum de Wrychtland ant. ext., cum domibus, edificiis et hortis, in baronia et vic. de Renfrew :—TENEND. de dicto Jac., usque ad legitimam redemptionem dicti ann. red. :—TEST. Joh. Grahame, Donaldo Cokke, Wil. Maltman, Kyntigerno Macumsoun :—Apud Cardonald, 26 Maii 1547];—NECNON aliam cartam ejusdem Jac.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit dicto Johanni Millar, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annuum redditum 15 bollarum farine, *lie ait meill*, de terris suis de Eister Henderstoun extenden. ad 8 lib. ant. ext., in baronia et vic. de Renfrew : —TENEND. de dicto Jac. in alba firma, usque ad legit. redemptionem dicti ann. red. :—TEST. *ut supra* :—Apud Cardonald, 4 Jul. 1547] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 364.

319. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REGINA concessit M. JOHANNI STEWART thesaurario Abirdonen., heredibus ejus et assignatis,—2 carucatas, *lie pleuchis*, terrarum ville de Pottertoun, extenden. ad culturam seu laborationem 16 boum, versus solem propinquius adjacen. (extenden. in firmis, grassumis et custumis ad 16 libras 8 sol.), in baronia de Balhelvy, vic. Abirdene ;—que fuerunt Johannis dom. Glammis, de regina tente per servitium warde ; et,—postquam dictus M. Joh. (virtute literarum directarum Georgio com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenach, cancellario Scotie, in borealibus partibus ejusdem locumtenenti generali, vicecomiti de Abirdene) decretum obtinuerat de data 5 Feb. 1546, tanquam executor quondam Willelmi episc. Abirdonen., contra dictum dom. pro 250 libris pro secundo nummo decimali terrarum dicte baronie de Balhelvy, tenentium et tenandriarum, warde, relevii et nonintroitus earundem per 11½ annos, et pro 60 lib. pro secundo denario decimali wardarum &c. terrarum de Curtastoun, tenentium et tenandriarum, in regalitate de Gareauch, vic. Abirdene,—literis directis Waltero Piot vicecomiti in hac parte, et bonis mobilibus per Alanum Bulfurd deputatum Georgii Bissate mauri feodi dicti vic. quesitis et non inventis, 2 Maii 1549 (coram Joh. Leslie de Buchquhane et Tho. Menzeis de Petfodellis, vicecomitibus deputatis et locumtenentibus dicti vicecomitis specialiter constitutis), dicte terre appreciate fuerunt [1] et dicto M. Joh. vendite pro 310 lib. ei debitis, et pro 15 lib. 10 sol. pro feodo vicecomitis :—et voluit regina quod dictus dom., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 264.

320. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REGINA &c., concessit JOHANNI MONCUR (filio Andree M.[2]) de Slanis, et ELIZABETH WOD ejus conjugi,—dicti And. terras de Slanis, Fawside et Brakys, in baronia de Kynnef, vic. Kincardin ; —quas dictus Andreas resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Johannis quibuscunque :—RESERVATO libero tenemento dicto And. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 386.

321. Apud Edinburgh, 29 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Boill dom. de Kelburne,—[qua, pro auxilio et consilio impenso et impendendo, concessit nepoti suo et heredi apparenti JOHANNI BOILL—terras de Kelburne, cum communi pastura in mora de Largis secundum antiquam consuetudinem, extenden. ad 5 libratas antiqui exentus, in ballia de Cunyng-

[1] Names of assize :—Rob. Innes of Invermerky. Joh. Dempstar of Mures, Pat. Mowat of Boquhalie, Tho. Chene younger of Essilmont, Wil. Spens of Bodom, Wil. Seytoun of Meldrum, Alex. Leslie of that ilk, M. Jas. Berclay of Kynarroquhy, M, John Forbes of Barnis, Alex. Chalmer of Balnacrag, John Knox of that ilk, Rob. Allerdes of Baddinscoth, Patrick Forbes in Cragtoun, Walt. Wallace in Litill Drumquhendill, James King of Barroch.

[2] The words in brackets are supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxiii. fol. 20 verso.

hame, vic. Air:—TENEND. dicto Joh. juniori et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. senioris quibuscunque, de regina tanquam senescalla Scotie:—REDDEND. unum par calcarium nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento dicto Johanni seniori:—TEST. Joh. Boill de Ballekewin et Rob. B., filiis naturalibus dicti Joh. senioris, Jac. Dikye, Andrea Craufurde de Baithlene:—Apud ecclesiam de Largis, 28 Apr. 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 346.

322. Apud Edinburgh, 29 Maii.

REGINA &c., confirmavit cartam quondam M. Johannis Thorntoun junioris, ecclesie cathedralis Moravien. canonici,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonii inter se et M. Joh. Thornetoun seniorem, dicte ecclesie precentorem, et Margaretam T. sororem suam ab una, necnon Joh. Lyoun de Cowle, Geo. L. ejus filium, et M. David Liell ab altera partibus, initi de data apud Scrogerfeild, 1 Jun. 1546,—concessit dictis GEORGIO LIOUN et MARGARETE THORNETOUN ejus sponse,—terras suas de Wedderlawis et Brumeside, in baronia de Ogilvy, vic. Forfar:—TENEND. dictis Georgio et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Georgii et assignatis quibuscunque, de regina:—TEST. Mich. Furde, Tho. Irnis, M. Wil. Meldrum notario publico:—Apud Edinburgum, 21 Jan. 1546]:—INSUPER dict. terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 411.

323. Apud Edinburgh, 30 Maii.[1]

REGINA &c., confirmavit cartam Thome Chalmer de North-Leys, feodatarii terrarum et baronie de Seggyden,—[qua concessit KATHERINE BLAIR, filie Thome B. de Balthiok,—sub spe matrimonii inter se et ipsam contrahendi, et pro summa pecuniaria per dictum Tho. B. sibi persoluta,—terras de North-Leys, in baronia de Sygyden, vic. Perth:—TENEND. dicte Kath. et heredibus inter se et ipsam procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. C. quibuscunque, de regina:—TEST. Joh. Patersoun alias Snawdoun heraldo, Joh. Aytoun, M. Alexandro Makbrek, D. Wil. Ramsay, D. Hen. Elder, D. Nich. Richardsoun, capellanis et notariis publicis, Arch. Heriot nuncio:—Apud Kynnoule, 27 Maii 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 344.

324. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Forester de Kiddisdaill,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO DRUMMOND de Carnok, heredibus ejus et assignatis,—duas septimas partes terrarum de Carnok (per Walt. Forester fratrem germanum dicti Wil. occupatas), in baronia de Plane, vic. Striveling:—TENEND. de regina:—TEST. Alex. Stewart de Garles, Walt. Stewart (de) Garhly, Geo. Forester apparente herede dicti Wil., Wil. Ahannay althirmanno de Wigtoun, Alex. Mure de Skathmur, Alex. Adair ballivo de Quhiterne notario publico:—Apud Wigtoun, 31 Maii 1549]:—INSUPER, pro bono servitio, concessit dicto Rob., heredibus ejus et assignatis,—nonintroitum dict. terrarum, cum jure suo ad easdem ratione quacunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 416.

325. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REGINA &c., concessit HENRICO DRUMMOND de Ricardtoun, et JONETE CREICHTOUN ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in vitali redditu, et eorum filio et heredi apparenti HENRICO DRUMMOND, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—dimedietatem terrarum de Ricartoun cum annexis, tunc in vic. de Linlithqw per annexationem, olim in vic. de Renfrew jacen.; dimed. 22 bovatarum et 10 acrarum terrarum finis orientalis ville de West Kers, in baronia de Kers, vic. Striveling;—quas Margareta Creichtoun, una filiarum et heredum quondam Henrici C. de Ricartoun, personaliter resignavit:—

[1] Dated A.D. 1548. Placed here according to the regnal year, which agrees with the date of the confirmed charter, and with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxiii. fol. 11.
REGINA &c., confirmavit JOHANNI FULLARTOUN de Kynnabir, et ISOBELLE BERCLAY ejus conjugi,—quartam partem terrarum de Kynnabir ad umbram tenden., cum molendino granorum de K. cum multuris et sequelis, vic. Forfare;—quam idem Joh. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Is. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 683.

567. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Jacobi dom. Ogilvy,—[qua,—quia virtute obligationis facte per quondam Jac. dom. O. de Airly, avum suum, Thome O. ejus filio legitimo, pro summa pecunie per quond. Margaretam Hepburne dominam Sinclar, aviam dicti Tho., persoluta, dictus quond. Jac. ipsum Tho. et heredes masc. ejus de corpore procreatos et assignatos in terris de Incheoch, Bogsyde, tertia parte de Ochteralith cum *lie* Brewistoun, et terris de Schangy, vic. Perth, de Davide dom. de Craufurd aut aliquo alio superiore tenendis, cum confirmatione superioris desuper fienda, aut, si placeret, dictos Tho. &c. per resignationem in manibus superiorum, dummodo ad dict. resignationem consentirent, infeodare obligabatur, et, si in dicto infeofamento deficeret, dict. summam cum expensis per dict. Tho. sustentis ei persolvere, et si consensum superioris minime adipisceretur, firmas &c. dict. terrarum dicto Tho. persolvere, aut ipsos in easdem intrantes warantizare, prout in dicta obligatione in libris dominorum concilii registrata contentum est,—quam obligationem dictus Tho. in dict. Jacobum tunc viventem translatam obtinuit,—et quia dictum Tho. in dictis terris infeodare nequivit, nec dict. summam aut firmas persolvere absque sua extrema lesione,—igitur, in compensationem dicte obligationis, de consensu dicti Tho.,—cum consensu Katherine Campbell matris sue ac tutricis testamentarie, concessit dicto THOME OGILVY, heredibus ejus et assignatis prescriptis,—annuum redditum 50 marc. de terris de Airlie, cum piscariis, silvis et molendinis, vic. Forfar;—donec summa 1000 marc. persolveretur juxta tenorem reversionis desuper confecte, aut dictus Tho.

in dictis terris de Incheoch &c. infeodaretur :—REDDEND. dicto Jac. unum denarium albe firme :—TEST. Jacobo Herine (de) Lethinde, Alano Cochrine, Davide Ogilvy in Clynlaw, David . . . . in Oucteralyth, Johanne Clerk, Jac. Ogilvy, D. Joh. Fabri capellano ac notario publico :—Apud Grasluce, 17 Dec. 1549] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 707.

568. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REGINA &c., confirmavit WILLELMO BLAKHALL, et JONETE STRAITHAUCHIN ejus conjugi,—terras de Blakhall cum manerio earundem, in regalitate de Gareach, vic. Abirdene ; cum officiis coronatoris et forestarii de Garreauch, proficuis et devoriis eorundem ;—quas idem Wil. resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Jonete eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 696.

569. Apud Edinburgh, 9 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Roberti Mailvill de Hervistoun,—[qua, pro favore &c., necnon pro pecuniarum summis persolutis, vendidit ALEXANDRO MAILVILL filio suo—terras de Hervistoun, in baronia de Kynneff, vic. Kincardin :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, de regina :—TEST. Davide Barclay de Matheris, And. Ranking, Joh. Rynd, M. Nich. Robesoun notario publico :—Apud Edinburgh, 7 Feb. 1550]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 700.

570. Apud Edinburgh, 11 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Davidis Bruce de Clakmannane equitis aurati,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonii inter se et Rob. B. nepotem suum et apparentem heredem ab una, et M. Alex. Levingstoun de Donypace et Jonetam L. dominam de Hullishavin ejus filiam ab altera partibus,—concessit dict. ROBERTO BRUCE et JONETE LEVINGSTOUN ejus conjugi,—annuum redditum 40 marcarum de suis ann. red. ville de Clakmannane, et eorundem promptioribus, necnon unam celdram brasii annuatim de croftis ville de C. (per Tho. Begholme, Joh. Quhite, Joh. Colstayne, Joh. Elder, Davidem Cluny et Wil. Wricht occupatis), unam celd. brasii cum 2 celd. ordei de terris suis de Cragory, in baronia et vic. de Clakmannane :—TENEND. dictis Rob. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicti Davidis heredibus masc. in carta sua tallie contentis, de regina :—REDDEND. unum den. albe firme : —RESERVATO libero tenemmento dicto Davidi :—TEST. Rob. Bruce de Bynnyng, Willelmo Ogill, Jacobo Michell, Wil. Patersoun, Jacobo Nicholsoun :—Apud Edinburgh, 21 Jan. 1550] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 627.

571. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REGINA &c., concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOHANNI HAMMILTOUN, de Cumnok nuncupato, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicales de Ryisholme, terras de Flaskwod, North-Blays et South-Blais, cum tenentibus &c., extenden. ad 11 marcat. antiqui extentus, in balliatu de Cunynghame, vic. Air ;—quarum hereditatem Adamus Scot filius et heres apparens Roberti S. de Wamfray, vitalem redditum dictus Rob., personaliter resignaverunt :— TEST. 27. 4. 26. 31. 30. 32.

xxx. 611. et 667.[1]

572. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REGINA &c., concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ROBERTO BRUCE de Rait, nepoti et heredi apparenti Davidis B. de Clakmannane militis,—baroniam de Clakmannane cum annexis, viz. terras dominicales et integram baroniam antiquam de C., cum ejus castro, turre et fortalicio, villam de C. cum molendino,

[1] The latter copy, which alone contains the list of witnesses, reads "Joh. Hammiltoun *alias* Cumnok," and omits the words "cum tenentibus &c."

multuris, toftis, croftis, annuis redditibus, tenentibus &c. dicte ville, et aliis ejus annuis redditibus, cum communia ejusdem nuncupata Pilmure et Arnys, terras de Halhill Over et Nedir, *lie* Hilend, Karishill, Cartoquhy, Girsmanstoun, Garthclw, Birkhill, Lynmyln, Tuligarth, Pettinskeyn, Mortimarside, Cragory, Kemling, Eist Park, et Westir Kenneth, in dicta baronia, vic. ejusdem; terras et baroniam de Raitt, cum 2 bovatis terrarum ville de R. que quondam Joh. Scott pertinuerunt, vic. Perth, infra baroniam et vic. de Clakmannane per annexationem per regem Jac. IV. factam; cum privilegio publicarum nundinarum annuatim in villa de Clakmannane in festo Divi Bartholomei apostoli et per octavas ejusdem tenend., cum theoloneis &c.; cum turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, multuris, silvis, piscariis tam in aquis salsis quam recentibus, annexis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum;—quas dictus Dav. resignavit:—INSUPER regina, pro bono servitio dictorum Dav. et Rob.,—intelligens maximam copiam liegiorum suorum dicte ville de Clakmannane affluere, et precipue barones et liberetenentes ac proceres vicecomitatus ejusdem in vicecomitatuum curiis nunquam deesse,—ut melius ibi hospitari possent, erexit dictam VILLAM DE CLAKMANNANE per omnes bondas, edificia, terras, acras, croftas et communias tunc eidem spectan.,—in liberum burgum baronie; et dedit inhabitatoribus libertatem emendi ac vendendi &c., cum duabus nundinarum diebus annuatim celebrandis, nempe diebus Bartholomei et Symonis Jude, quibus diebus licitum esset publice mercari &c., et ut custume perciperentur per ballivos et officiarios dicti burgi annuatim eligendos per dict. inhabitatores, quibus ballivis &c. regina contulit potestatem burgenses et libertos dicti burgi conficiendi, eorumque fidelitatis juramenta ut moris est recipiendi, statuta faciendi, burgales curias tenendi &c.:—TENEND. dicto Roberto et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus legit. et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque, cognominis Bruce et insignia ejusdem gerentibus, quibus deficientibus, regine et successoribus suis reversuras, secundum tenorem antiqui infeofamenti; cum libera foresta ubi silve fuerunt; cum potestate habendi crucem foralem infra dict. burgum, cum pretorio, compedibus *lie govis* et aliis suppliciorum generibus et instrumentis:—RESERVATIS dicto Dav. libero tenemento, potestate tenendi curias &c., et rationabili tertia ejus domine et sponse pro tempore:—Ulterius, si pars dict. baronie alienaretur seu sub reversione sive in vitali redditu, nulla esset ruptura dicte baronie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 628.

573. Apud Edinburgh, 12 Feb. REGINA &c.[1], ad feudifirmam dimisit GRISSILLIDI MURE in vitali redditu, et GRISSILLIDI MAISTERTOUN ejus unice filie, et WALTERO FORESTAR sponso dicte Gris. Maistertoun, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—3¼ bovatas terrarum de Bothkenner, in dominio de Strivelingschire, vic. ejusdem;—que fuerunt dicte Gris. Mure in vitali redditu, et Thome Maistertoun ejus filii in hereditate:—REDDEND. annuatim 4 libras 18 sol. et obulum, 6 bollas 2 firlotas ordei, 6¼ capones, cum ariagiis et cariagiis (in augmentationem rentalis ad 14 sol. 6 den. et obulum); ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum; necnon solvendo abbati et conventui de Cambuskynneth 3 bol. unam firl. tritici;—salvis regine piscationibus salmonum, *lie grilsis* et *smoltis*, carbonibus &c., et absque curiis;—necnon faciendo politiam solo correspondentem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 645.

574. Apud Edinburgh, 12 Feb. REGINA &c., dedit literas legitimationis JOHANNI DUNBAR bastardo, filio naturali quondam Archibaldi D. xxx. 653.

575. Apud Edinburgh, 12 Feb. REGINA &c., concessit GILBERTO

[1] The regent is in this charter styled earl of Arran only.

OGILVY filio et apparenti heredi Davidis O. de eodem, et ISSOBELLE BETOUN ejus conjugi,—terras de Haltoun de Ogilvy cum loco et domibus ejusdem, ortis et pomeriis, terras de Brumeside, Wedderleis, terras et villam de Myddiltoun de Ogilvy, in baronia de O., vic. Forfare;—quarum feodum idem Gilb., liberum tenementum dictus Dav., personaliter resignaverunt:—TENEND. dictis Gilb. et Is. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Gilberti quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 682.

576. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REGINA &c., dedit literas legitimationis WILLELMO ROS, HUGONI ROS et WILLELMO ROS, bastardis, filiis naturalibus Johannis R. de Ballevyot. xxx. 689.

577. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REGINA &c., concessit GILBERTO OGILVY filio et apparenti heredi Davidis O. de eodem, et ISOBELLE BETOUN ejus conjugi,—in specialem warantum terrarum de Myddiltoun de Ogilvy,—24 bovatas terrarum de Mekil-Kilmundy, vic. Forfare;—quarum feodum idem Gilb., liberum tenementum dictus David, personaliter resignaverunt:—TENEND. (*ut in carta* 575):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 698.

578. Apud Edinburgh, 12 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Georgii Gardin portionarii de Durlatheris,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit D. GEORGIO MELDRUM de Fyvie equiti aurato, heredibus ejus et assignatis,—sextam partem terrarum et maneriei de Innermeith, cum toftis, croftis, edificiis, molendinis, multuris et astrictis multuris, quibus dictus Geo. G. et ejus predecessores gavisi sunt, in baronia de Innermeith, vic. Perth:—TENEND. de regina:—TEST. Tho. Menzes de Petfoddellis preposito burgi de Abirdene, Joh. Leslie de Balquhane, Gilb. Menzes, Joh. Meldrum, Gilb. Dunnat, Wil. Lyoun, M. Joh. Nicholsoun et M. Joh. Kennedy notariis publicis:—Apud Abirdene, 31 Dec. 1550]:—TEST. 27. 4. 26. 31. 30. 32. xxx. 699.

579. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Lowis de Mennore,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI LOWIS filio M. Martini L., heredibus ejus et assignatis,—terras nuncupat. Hallmedo et Horswarde, extendentes ad 40 denariat. antiqui extentus (inter terras de Tempilhauch, Hundelishope, Wodhous et ville de Menner), in baronia de Mennar, vic. Peblis:—TENEND. de regina; cum potestate jactandi focalia infra communiam de Menner:—TEST. Rob. Patersoun, Pat. Andersoun, Geo. Lowis, Joh. Tempill, D. Wil. Newbie notario publico:—Apud Peblis, 20 Maii 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 626.

580. Apud Edinburgh, 13 Feb.
REGINA &c., concessit JOHANNI KENNEDY, nepoti et heredi apparenti Jacobi K. de Blairquhan,—terras et baroniam de Twynane, cum castro, fortalicio, molendinis, multuris, piscariis, silvis, annexis, tenentibus &c., in senesc. Kirkcudbricht; terras et baroniam de Myrtoun, cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, silvis, piscariis, annexis, tenentibus &c., advocatione capellaniarum earundem, vic. Wigtoun; 4 marcat. terrarum antiqui extentus de Blairquhan, cum castro, fortalicio et piscariis, 2 marcat. ant. ext. de Dallelachane, 5 librat. ant. ext. de Barscub, 12 marcat. ant. ext. de Trownaw cum earum molendino, 6 marc. annui redditus terrarum de Dalquhowane, 5 librat. ant. ext. de Sklyntaucht cum molendino, 5 marcat. ant. ext. de Auchlosk et Drummulyne, cum molendino earundem, 4 marcat. ant. ext. de Carnequhyn, unam marcat. ant. ext. de Lagangill, 3 marcat. ant. ext. de Knokbrekkis, 3 marcat. ant. ext. de Blairmakmerris, 5 marcat. ant. ext. de Reddelstoun, 20 sol. ant. ext. de Ballauchwetis, dimedietatem marcate [1] ant. ext. de Lochbraneholme et Coriglure, 10 librat. ant. ext.

[1] Other clauses read "unam marcatam."

de Schankistoun, 3 marcat. ant. ext. de Lomnochtyne, 2 marcat. ant. ext. de Kilgramy, 5 marcat. ant. ext. de Aucharne et Keulfyne, 20 sol. ant. ext. de Knokgarnar et Auchingoudnoch, cum tenentibus &c., molendinis et multuris, in comitatu de Carrik, vic. Air;—quas dictus Jac. personaliter resignavit; et quas regina, pro servitio sibi et patri suo per dictum Jac. impenso, et sibi per dictum Joh. impendendo, quitteclamavit, et terras infra Carrik in liberam baroniam de Blairquhan incorporavit:—TENEND. dicto Johanni et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo K. de Tornegawnach et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo K. de Larg et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni K. in Lentow et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni K. in Grenen et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Jacobo K. et heredibus ejus masc. quibuscunque, cognomen de Kennedy et arma domus de Blairquhan gerentibus, viz. Twynane et Myretoun de regina, terras infra Carrik de regina tanquam com. de Carrik et senescalla Scotie:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 642.

581. Apud Edinburght, 13 Feb.

REGINA &c., tanquam principissa Scotie, concessit JOHANNI HAMMYLTOUN, filio secundogenito legitimo Jacobi ducis de Chattellarault com. Arranie dom. Hammyltoun, regni sui gubernatoris, heredibus dicti Joh. et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum &c. (*ut in carta* 562);—quas Katherina Hereis, filia et una trium heredum quondam Willelmi dom. H., cum consensu Jacobi Kennedy de Blairquhane avi sui et curatoris legitimi resignavit; et quas regina, pro ingenti amore, dicto Joh. de novo dedit et in liberam baroniam de . . . . incorporavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 38.

582. Apud Edinburgh, 14 Feb.

REGINA &c., confirmavit ALEXANDRO STEWART juniori, filio et heredi apparenti Alexandri S. de Garruleis, ac feodatario ejusdem, et KATHERINE HEREIS ejus conjugi,—20 librat. terrarum de Dalswyntoun in proprietate, cum molendino earundem, vic. Drumfreis;—quas idem Alex. junior, cum consensu dicti Alex. senioris, liberetenementarii earundem, personaliter resignavit:—TENEND. dictis Alex. juniori et Katherine et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alexandri junioris quibuscunque, absque prejudicio carte tallie prius confecte:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 693.

583. Apud Jedburgh, 20 Feb.

REGINA &c., ad feodifirmam dimisit WILLELMO STEWART—terras de Briglandis, in senesc. de Straitherne, vic. Perth; extendentes in rentali suo ad 10 marcas 8 sol.:—TENEND. dicto Willelmo et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 7 lib. 13 sol. 4 den.; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum; necnon edificando mansionem cum politiis solo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 671.

584. Apud Jedburgh, 21 Feb.

REGINA &c., concessit JOHANNI FORBES filio et heredi apparenti Arthuri F. de Reres, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Reres, cum molendinis, multuris, piscariis, advocatione capelle B. V. M. de Reres, terras et baroniam de Lewcharis-Forbes, cum piscariis, tenentibus &c., vic. Fiffe;—quas dictus Arth. personaliter resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Arthuro, et rationabili tertia Margarete Betoun ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 676.

585. Apud Jedburgh, 21 Feb.

REGINA &c., concessit ARTHURO FORBES de Reres, et MARGARETE BETOUN ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et JOHANNI FORBES filio et heredi apparenti dicti Arth., heredibus ejus et assignatis, in feodo,—terras de Westhous, in baronia

de Lewcharis, vic. Fiffe;—quas idem Arth. personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxx. 685.

586. Apud Jedburgh, 25 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Sympill de Craigbait,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit fratri suo germano GABRIELI SYMPILL, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, et MARGARETE LINDESAY ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione,—5 librat. terrarum antiqui extentus de Craigbait, Tor et Threiply (inhabitatas per Joh. Or, Joh. Layng, Geo. Lile, Geo. Wod, Joh. Parkar, Ninianum Parkar, Geo. Parkar, Rob. Lufe, Wil. Layng, Joh. Andro, Pat. Blaikburne et Margaretam Maccy), in parochia de Kilbarchan, vic. Renfrew:—TENEND. dictis Gab. et Marg. et heredibus inter ipsos legitime procreatis quibuscunque, quibus deficientibus, heredibus dicti Gab. quibuscunque, de regina tanquam principe et senescalla Scotie:—TEST. M. Davide Gibsoun, Hen. Gibsoun, M. Jacobo Blair, notariis publicis, Joh. Pollok de . . . . , Tho. Sprew de Colding, Waltero Sprew in Arthurlie:—Apud Glasgw, 12 Jan. 1550]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxx. 710.

587. Apud Jedburgh, 25 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Gabrielis Sympill de Cathcart, fratris germani et heredis tallie quondam Johannis S.,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit fratri suo germano WILLELMO SYMPILL, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—castrum et fortalicium de Cathcart, et Castellandis eorundem, in proprietate, proprietatem et superioritatem terrarum dominicalium de Cathcart (extenden. ad 9 marcat. 10 sol. antiqui extentus, cum tertia parte molendini earundem, terris molendinariis et astricta multura eidem pertinen.), marcate terrarum de Nethir Brigholme ant. ext., 7 marcatarum 20 den. ant. ext. de Langside (cum molendino et astricta multura, nemoribus et carbonariis), superioritatem 2½ marcat. ant. ext. de Goldinlie, et 20 marcarum annui redditus dict. terrarum de Langside, et 20 librarum ann. red. de 14 marcatis 40 den. dict. terrarum de L., in baronia de Cathcart, vic. Renfrew:—TENEND. de regina tanquam principe et senescalla Scotie:—TEST. Henrico Gibsoun, M. Davide Gibsoun, M. Jac. Blair, notariis publicis, Johanne Pollok de eodem, Tho. Spreule de Colden, Waltero Spreule in Arthurlie:—cum subscriptione notarii publici pro dicto Gab. ignorante scribere:—Apud Glasqw, 12 Jan. 1550]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxx. 712.

588. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REGINA concessit ANDREE SCHAW de Sornebeg, heredibus ejus et assignatis,—binam partem terrarum de Polkennet, et terras de Fouleschelis (exceptis 50 solidatis 4½ den. de *lie* Westmest-sait de F.), vic. Linlithqw;—necnon JOHANNI SCHAW filio et heredi apparenti dicti And., et HELENE WALLACE ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto And. et ejus propinquioribus et legitimis heredibus quibuscunque,—tertiam partem de Polkennet, viz. *lie* Eister-sait et partem de *lie* Myddill-sait (per Joh. Mane, Tho. Walker, Joh. Eistoun et Ric. Chalmeris occupat.);—que omnes in manibus regiis fuisse comperte sunt per 22 annos ante 14 Dec. 1549, cum firmis &c. earundem (viz. firmis de Polkennet extendentibus annuatim ad 90 marc., de Fouleschelis ad 26 marc.), nonintroitu earundem Davidi Hammyltoun de Prestoun donato; et (dicto And., pretenso hereditario possessore earundem, per Joh. Mane officiarium et serjandem summonito) 4 Nov. 1550 appreciate fuerunt[1] (viz. Polkennet pro 1320 libris, et 66 lib. pro feodo Cuthberti George nuncii, vicecomitis in hac parte, et Fouleschelis

[1] Names of assize:—Rob. Lyndesay of Dunrod, Hugh Wallace of Carnale, Gavin Hammyltoun of Orbestoun, William Berclay of Peirstoun, Robert Hammyltoun in Torrence, Michael Cochrane, John Wallace in Flook, Geo. Cochrane in Balbachloch, John Hammyltoun of Brumehill, Rob. Hammyltoun of Cander, John Dalzell of Kype, Wil. Stevinsoun of that ilk, Arthur Hammyltoun in Myrretoun, Joh. Stevinsoun junior, Wil. Schaw in Bernhill.

pro 380 lib. 6 sol. 8 den., et 19 lib. 16 den. pro feodo dicti vicecomitis), et dictis And., Joh. S. et Hel. tanquam cessionariis dicti Dav. vendite :—REDDEND. servitium warde &c. :—et voluit regina quod hereditarii possessores dict. terrarum haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 675.

589. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REGINA, tanquam senescalla Scotie, concessit JOHANNI SCHAW filio et heredi apparenti Andree S. de Sornebeg, heredibus ejus et assignatis,—5 librat. terrarum de Helenetoun, cum terris dominicalibus et molendino earundem (extenden. annuatim ad 70 bollas farine, pretium bolle 16 sol., 20 bollas ordei, pretium bolle 20 sol., 18 marcas monete), 5 librat. terrarum de Knokindaill (ad 25 lib.), 50 solidat. terrarum de Goldring (ad 8 bol. ordei et 12 marc. monete), antiqui extentus;—necnon dicto ANDREE SCHAW, heredibus ejus et assignatis,—marcatam de Nethir Langside (ad 5 bol. farine et 1 bol. ordei), marcat. de Myddill L. (ad 8 marc.), 40 solidat. de Sornebeg (ad celdram farine), marcatam de Dundryven (ad 6 bol. ordei, 8 bol. farine, 2 marc. monete), 4 marcat. de Smyddinhirst (ad 24 bol. farine avenatice), ant. ext.;—necnon dicto Andree, et HELENE ROS ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Andree quibuscunque,—2 marcat. de Ovir Langsyde ant. ext. (ad 14 [40 ?] marc.), omnes in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air;—que in manibus regiis fuisse comperte sunt per 20 annos ante 9 Jul. 1547, nonintroitu earundem Davidi Hammyltoun de Prestoun donato; et (dicto And., pretenso hereditario possessore earundem, per Joh. Chalmer serjandum et officiarium dicti balliatus summonito) 12 Nov. 1550 in curia apud Mutehill de Prestwik tenta per Joh. Wallace de Dundonald ballivum de Kyle-stewart, Edw. Wallace de Sewaltoun et Arch. Cunynghame ejus deputatos (dicto Dav. per Hugonem Wallace de Carnell ejus procuratorem comparente), appreciate fuerunt[1] pro 4234 librarum 13 sol. 4 den. pro firmis elapsis, et pro 211 lib. 14 sol. 8 den. pro feodo dicti ballivi, et dictis personis tanquam cessionariis dicti Davidis vendite, viz. Helenetoun pro 1760 lib. pro firmis et 88 lib. pro feodo, Knokindaill pro 500 lib. pro firmis et 25 lib. pro feodo, Goldring pro 320 lib. pro firmis et 16 lib. pro feodo, Ovir Langside pro 533 lib. 6 sol. 8 den. pro firmis et 26 lib. 13 sol. 6 (4?) den. pro feodo, Nethir L. pro 100 lib. pro firmis et 15 (5?) lib. pro feodo, Myddill L. pro 106 lib. 13 sol. 4 den. pro firmis et 5 lib. 6 sol. 8 den. pro feodo, Sornebeg pro 256 lib. pro firmis et 12 lib. 16 sol. pro feodo, Dundryven pro 274 lib. 13 sol. 4 den. pro firmis et 13 lib. 4 (14?) sol. 8 den. pro feodo, Smyddinhirst pro 384 lib. pro firmis et 19 lib. 4 sol. pro feodo :—REDDEND. servitium warde &c. :—et voluit regina quod hereditarii possessores dictarum terrarum haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 691.

590. Apud Jedburgh, 13 Mar.

REGINA &c., concessit JOHANNI ARCHIEPISCOPO S. ANDREE &c., heredibus ejus et assignatis,—terras de Enterkin, cum turre, fortalicio, manerio, molendinis, silvis, piscariis, vic. Air;—que fuerunt Johannis Dunbar de Blantyre, tente de Matheo olim com. de Levenax; et regine devenerunt, tam proprietas quam tenendria, ob forisfacturam dicti Math. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 666.

591. Apud Jedburgh, 14 Mar.[2]

REGINA &c., dedit literas legitimationis ANDREE RATTER et ALEXANDRO

[1] Names of assize :—Geo. Campbell of Sexnok, Jas. Chalmer of Gaitgirth, M. John Fullertoun of Dregarne, Tho. Stewart of Gaustoun, Joh. Ros of Hanyng, Joh. Fullertoun of that ilk, David Blair of Adamtoun, Joh. Schaw of Halie, Rob. Craufurd of Clolynane, Alex. Dunlop of that ilk, Thomas Davidsoun of Grenane, Wil. Shaw of Glenmure, William Berclay of Peirstoun, Quintin Schaw of Grumet, John Mure in Auldtounburne, M. John Wallace, Hugh Glesfurde in Litill Sexnok.

[2] The place of granting is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxiv. fol. 65.

RATTER bastardis, filiis naturalibus quondam . . . . . Ratter vicarii de Lathrin. xxx. 686.

592. Apud Edinburgh, 15 Mar.
REGINA &c., dedit literas legitimationis ROBERTO MASOUN bastardo, filio naturali Johannis M. in Halhill. xxx. 719.

593. Apud Edinburgh, 18 Mar.[1]
REGINA &c., confirmavit ALEXANDRO WARDLAW de Recardtoun, et CRISTINE WINRAM ejus conjugi,—terras de Recardtoun, cum turre, fortalicio, manerie, tenentibus &c., vic. Edinburgh;—quas idem Alexander personaliter resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Cris. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alexandri quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 636.

ANNO DOMINI 1551. ANNO REGNI 9.

594. Apud Edinburgh, 4 Apr.
REGINA &c., dedit literas legitimationis DAVIDI LYLE bastardo, filio naturali quondam Malcolmi L. xxx. 703 (ii.)

595. Apud Hammyltoun, 28 Apr.
REGINA &c., confirmavit cartam quondam Georgii Duffe de Maldavat,—[qua, propter servitium sibi impensum, concessit fratri suo germano JOHANNI DUFF, heredibus ejus et assignatis,—terras de Maldavat cum molendino ejusdem, vic. Banffe:—TENEND. de regina:—RESERVATO dicto Geo. libero tenemento:—TEST. Alex. Ogilvy de eodem, Alex. Abircromby de Nethir Skeitht, Jac. Duffe in Tellenacht, D. Geo. Duffe preposito collegii de Culene, M. Geo. Duncane notario publico:—Apud Fynlater, 22 Nov. 1550]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 619.

596. Apud Edinburgh, 6 Maii.
REGINA &c., concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ROBERTO FORESTAR de Killemuk, et heredibus ejus masc.,—2 marcat. terrarum de Killemuk, in senesc. de Menteith, vic. Perth;—que fuerunt dicti Rob. ejusque patris et predecessorum ultra hominum memoriam; et quarum evidentie (que in ejus procuratoris manibus infra burgum de Edinburgh pro defensione cujusdam actionis penes dictas terras adversus eum mote et coram concilii dominis pendentis disposite fuerunt) per exustionem dicti burgi et invasionem ejusdem per Anglos factam combuste erant:—REDDEND. annuatim wardam &c. cum contingeret, necnon trest secas ad tria placita capitalia senesc. de Menteith:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 647.

597. Apud Edinburgh, 7 Maii.
REGINA &c., concessit JOHANNI SEYTOUN de Lathreisk, et JONETE AUCHMOWTIE ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et JOHANNI SEYTOUN eorum filio et apparenti heredi, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. senioris quibuscunque, hereditarie,—terras de Wester Lathreisk, Cuithland, Darnoch, Jergomyre, Fairlyisland, cum communi pastura earundem, cum turribus, fortaliciis, maneriebus, *lie outsettis*, pomeriis, terras de Orkye cum molendino, quarterium terrarum de Eistir Lathreisk cum earum communi pastura, terras vocat. Linlithquhois-landis cum earum communi pastura, cum tenentibus &c., vic. Fiffe;—quas dictus Johannes senior personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 679.

598. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REGINA &c., concessit JOHANNI CARNEGY, heredibus ejus et assignatis,—dimediam partem terrarum et ville de Barneyardis, quartam partem terrarum et ville de Balmaquhy, octavam partem ter-

[1] Dated A.D. 1551. Placed here according to the regnal year. The same discrepancy occurs in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxvii. fol. 59.

rarum et ville de Kirktoun de Pambryde, 9 acras terrarum de Kirktoun de Pambride et portum earundem, 3 acras cum tofta et crofta terrarum de Rattounraw, vic. Forfar; —quas Henricus Ramsay de Pambride et Isobella Maull ejus sponsa resignaverunt: —TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxx. 648.

599. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REGINA &c., concessit ISSOBELLE RAMSAY filie Henrici R. de Pambride, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum et ville et Kirktoun de Pambride (exceptis octava parte, 9 acris et portu earundem), dimed. de Rattounraw (exceptis 3 acris cum tofta et crofta), dimed. de Balmaquhy (excepta quarta parte earundem), vic. Forfare;—quas dictus Hen. et Isobella Maull ejus sponsa resignaverunt:—RESERVATO libero tenemento dictis Hen. et Is. M., et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxx. 680.

600. Apud Selkirk, 10 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Hay de Park,—[qua, pro amore &c., necnon pro pecuniarum summis sibi per M. Alex. Suthirland causa dotis persolutis, vendidit filio suo et heredi apparenti JOHANNI HAY, et JONETE SUTHIRLAND ejus sponse,—quartam partem terrarum de Park (per Rob. Tulloch et Alex. Fraser occupat.), dimedietatem de Knoknagilze (per Alex. Lathreis occupat.), vic. Narne:—TENEND. dictis Joh. juniori et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. junioris quibuscunque sive ejus assignatis, de regina:—TEST. Wil. Hay in Inverlochty, Wil. Hay, Jac. Fraser, Davide Kingorne, Pat. Lausoun, Jac. Myllar, Jac. Bannatyne, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 16 Apr. 1551]: —TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxx. 713.

601. Apud Edinburgh, 22 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam F. Roberti Cunynghame, ministri domus de Failfurde Ordinis S. Trinitatis de Redemptione Captivorum, provincialis dicti Ordinis infra Scotiam, et ejusdem loci conventus,—[qua, pro 100 libris sibi persolutis, emphiteosis titulo ad annuum redditum dimiserunt JOHANNI FALLISDALE burgensi de Air, et KATHERINE DALRIMPILL ejus sponse,—tenementum (tunc pro majore parte vastum et ad solum prostratum) cum horto et cauda, in burgo de Air, in vinella tenden. ad montes et campos ejusdem (inter tenementa domini de Carnell et Thome Kennedy de Knokreoch):—TENEND. dictis Joh. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joh. quibuscunque, de regina in libero burgagio:—REDDEND. firmam burgalem:—SALVIS dictis ministro et conventui 20 sol. annui redditus, cum 7 sol. ann. red. abbati et conventui de Croceraguell:—PROVISO quod in defectu solutionis dictorum ann. red. tribus terminis contiguis, dict. tenementum dictis ministro &c. reverteretur:—TEST. Alex. Lokhart, Alano Dalrimpill, conburgen. de Air, Rob. Gottray, Joh. Fynlay, Rob. Stevinsoun, Hen. Prestoun notario:—Apud locum de Failfurde, 4 Mar. 1543]:—INSUPER dict. tenementum quitteclamavit:—TEST. *ut in carta* 414. xxx. 602.

602. Apud Edinburgh, 24 Maii.
REGINA &c., dedit literas legitimationis PATRICIO GORDOUN bastardo, filio naturali Willelmi Gordoun de Sauchin. xxx. 657.

603. Apud Edinburgh, 29 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam Caroli Ruthirfurd,—[qua,—cum consensu Isobelle Bonar sponse sue,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO BONAR de Kelty, et BEATRICI HAY ejus conjugi,—terras nuncupat. *the Toftis of Drumfyne*, dictis Car. et Is. in feodifirma incumben., in senesc. de Straitherne, vic. Perth:—TENEND. dictis Waltero et Beat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walt. quibuscunque et assignatis, de regina in feodifirma:—REDDEND. annuatim 5 lib.

6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam ad introitum heredum; et edificando mansionem cum politiis:—TEST. Willelmo Tyry de Busbeis, Geo. Bow, Joh. Bonar, Andrea Rynd, Wil. Ker, burgensibus de Perth, D. Malc. Ramsay capellano et notario publico:—cum subscriptione notarii de mandato dictorum Car. et Is.:—Apud burgum de Perth, 21 Aug. 1550]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 660.

604. Apud Edinburgh, 30 Maii.
REGINA &c., concessit JOHANNI LUVELL, filio Henrici L. nepotis Andree L. de Ballumby, heredibus dicti Joh. et assignatis,—terras de Ballumby, cum manerio, turre, fortalicio, terris dominicalibus, molendino et cotagiis, vic. Forfar;—quas dict. And., proavus dicti Joh., resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto And.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 677.

605. Apud Edinburgh, 30 Maii.
REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Mortymar de Cragywar,—[qua,—pro pecuniarum summis sibi per Gilb. Gray de Scheves persolutis, necnon propter matrimonium inter Katherinam G. filiam dicti Gilb. et Joh. M. nepotem dicti Wil. contrahendum,—concessit dicte KATHERINE GRAY, in vitali redditu,—terras de Wester Loquhell et Scheilfeild, in parochia de Lochquhell, vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—TEST. Tho. Menzeis de Petfoddellis, Joh. Leslie de Balquhane, M. Joh. Nicholsoun, M. Gilberto Murray, M. Jac. Gray, M. Joh. Kennedy notario publico:—Apud Abirdene, 12 Apr. 1551]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 714.

606. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REGINA &c., concessit CRISTINE RETTRAY conjugi Willelmi Tyry de Busbeis, in vitali redditu, et dicto WILLELMO TYRY hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Wester Busbyis, extenden. ad 40 solidat., in dominio de Methven, vic. Perth;—necnon dictis Willelmo et Cristiane, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Wil. quibuscunque,—alteram dimed. earundem, extendentem ad alteras 40 solidat.;—quas omnes idem Wil. personaliter resignavit:—SOLVEND. annuatim pro unaquaque dimedietate 40 sol. capellano cantori in ecclesia collegiata de Methven:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 672.

607. Apud Edinburgh, 1 Jun.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Gordoun de Auchinreoch,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ALEXANDRO GORDOUN filio suo et heredi apparenti, et Jane alias JONETE CRAUFURDE ejus conjugi,—5 marcat terrarum de Portincorky, 5 marcat. de Corrouchtre, 2½ marcat. de Carne, antiqui extentus, in parochia de Kirkmedane, vic. Wigtoun:—TENEND. dictis Alex. et Jane, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eosdem procreatis quibuscunque, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. legit. et propinquioribus quibuscunque, de regina:—TEST. Rogero Gordoun de Troquhane, David Craufurde de Carss, Duncano Craufurde:—Apud Barskeoch, 13 Mar. 1550]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 659.

608. Apud Edinburgh, 1 Jun.
REGINA &c., confirmavit cartam Georgii Nesbit de eodem,—[qua,—pro perimpletione partis sue contractus matrimonii, inter se ex una et Cuthbertum Cranstoun de Manis et Eliz. C. ejus filiam ex altera partibus initi, penes matrimonium inter dictos Geo. et Eliz., ac pro pecuniarum summis sibi per dictum Cuth. persolutis,—concessit dicte ELIZABETH CRANSTOUN, in ejus virginitate, in vitali redditu,—terras de Mungoiswallis, cum fortalicio et manerie, et molendinum occidentale ville de West-Nesbit, cum multuris *lie sukkin* et terris molendinariis solitis et consuetis, necnon terras suas de Otterburne, vic. Berwik:—TENEND. de regina:—TEST. Ric. Maitland de Lethington, Wil. M. ejus filio et herede apparente, D. Joh. Castellaw sacellano, Joh. Mosman et Alex. Young notariis publicis:—Apud Edinburgh, 31 Maii 1551]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 663.

609. Apud Edinburgh, 1 Jun.
REGINA &c., confirmavit THOME M'DOWELL de Makcaristoun, et JONETE SCOT ejus conjugi,—terras Lugtounlaw nuncupatas, cum earum mansione, in baronia de Makcaristoun, vic. Roxburgh;—quas idem Tho. resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 674.

610. Apud Edinburgh, 1 Jun.
REGINA &c., concessit WILLELMO MONCREIF de eodem, et MARGARETE MURRAY ejus conjugi,—terras de Parkhill, cum prato, hortis, pomeriis, silva vocat. Irnside, et rupem *lie* Mariscraig nuncupat., vic. Fiffe;—quas Jac. Hammyltoun, frater naturalis Jacobi ducis de Chattellarault com. Aranie dom. Hammyltoun gubernatoris Scotie, personaliter resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione, in feudifirma ut prius:—REDDEND. annuatim 10 libras 6 sol. 8 den.; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum; et edificando mansionem cum politiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 692.

611. Apud Edinburgh, 2 Jun.
REGINA &c., confirmavit PATRICIO MONYPENNY feoditario de Pilrig, et KATHERINE KINCAID ejus conjugi,—terras de Westhall, cum maneriis, molendinis, *lie outsettis* et cotagiis, infra vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun;—quas idem Pat., cum consensu Roberti Monypenny liberitenementarii de Pilrig, Johannis Kincaid de Waristoun, et Jacobi Bannatyne burgen. de Edinburgh, curatorum suorum, personaliter resignavit:—TENEND. dictis Pat. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 697.

612. Apud Peblis, 5 Jun.
REGINA &c., dedit literas legitimationis JOHANNI FRISSELL bastardo, filio naturali quondam Archibaldi Frissell. xxx. 640.

613. Apud Peblis, 5 Jun.
REGINA &c., dedit literas legitimationis D. MATHEO BOYIS capellano, bastardo, filio naturali M. Willelmi Boyis capellani. xxx. 654.

614. Apud Peblis, 5 Jun.
REGINA &c., dedit literas legitimationis JOHANNI RAMSAY, ALEXANDRO RAMSAY et JACOBO RAMSAY bastardis, filiis naturalibus quondam D. Henrici R. vicarii de Abirdowr. xxx. 656.

615. Apud Edinburgh, 8 Jun.
REGINA &c., confirmavit WILLELMO CUNYNGHAME de Laglane, et ELIZABETH CATHCART ejus conjugi,—33 solidat. 4 den. terrarum antiqui extentus de Knokgulrane-Cunynghame, in balliatu de Kile-regis, vic. Air;—quas idem Wil. resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Willelmi quibuscunque, de regina tanquam principe et senescalla Scotie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 681.

616. Apud Peblis, 15 Jun.
REGINA &c., confirmavit COLINO CAMPBELL de Glenurquhar, et KATHERINE RUTHVEN ejus sponse,—terras et baroniam de Fynlarg, cum molendino et *lie outsettis* tam edificatis quam edificandis, terras de Scheane, Balloch et Auchacharne cum earum molendino, occidentalem dimedietatem de Murlagane cum molendino, terras de Laidcarre et Edderdameneauch, cum molendino de Laidcarre, in balliatu de Discheir et Toyeir, vic. Perth, incorporatas in baroniam de Fynlarg (exceptis terris de Crandnycht cum molendino, dicto

Col. per Rob. Menzeis de eodem alienatis); —quas idem Col. resignavit:—TENEND. dictis Col. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Col. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 704.

617. Apud Edinburgh, 18 Jun.
REGINA &c., confirmavit et quitteclamavit ALEXANDERO DWN de Ratie, et CRISTINE FORBES ejus conjugi,—6 bovatas terrarum Ardowne ab antiquo nuncupat., tunc extenden. ad 8 bovatas Buchanestoun nuncupat., in regalitate de Gareach, vic. Abirdene;—quas idem Alex. resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Cris. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alex. et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 643.

618. Apud Peblis, 19 Jun.
REGINA &c., dedit literas legitimationis LAURENTIO LINDESAY bastardo, filio naturali D. Jacobi L. capellani. xxx. 702.

619. Apud Edinburgh, 25 Jun.
REGINA &c., confirmavit ROBERTO LYLE feodatario de Stanypeth, et MARGARETE HAY ejus sponse,—40 solidat. terrarum antiqui extentus de Wester Bassindene (per Geo. Chalmer, Alex. Bellie, Joh. Hiltsoun, et Eliz. Young relictam Georgii Bell occupatas), vic. Berwik;—quas idem Robertus resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 651.

620. Apud Edinburgh, 25 Jun.
REGINA &c., confirmavit WILLELMO LUNDY de Benholm, et HELENE CARNEGYE ejus sponse,—terras de Tullo et Inchemeddane, in baronia seu dominio de Benholm, vic. Kincardin;—quas idem Wil. resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 652.

621. Apud Edinburgh, 26 Jun.
REGINA &c., confirmavit PATRICIO GORDOUN de Auchmanze, et KATHERINE LUMISDANE ejus conjugi,—terras et villam de Litill-Folay (quarum una dimedietas quondam Willelmo Blakhall de eodem, altera quond. Roberto Blakhall burgensi de Abirdene olim pertinuerunt), in regalitate de Gareauch, vic. Abirdene;—quas idem Patricius resignavit:—TENEND. dictis Pat. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Pat. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 650.

622. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi com. de Montrois domini Grahame,—[qua concessit KENTIGERNO GRAHAME, filio suo inter se et quondam Jonetam Keith sponsam suam genito,—12 marcat. terrarum antiqui extentus de Rethrenis Eister, Wester et Middill, cum molendino, terra molendinaria, *outsettis*, salmonum piscaria super aquam de Allone (dicto Wil. in feudifirma incumben. de Jac. V. rege), in senescallatu de Straitherne, vic. Perth (limitan. cum terra ecclesiastica de Dunblane vocata Bleto-Buttergask, torrente *lie* Mylnburn nuncupato, dict. aqua de Allone, et sublimitate montis supra Coryne); extenden. in rentali regio ad 38 marc.:—TENEND. dicto Kent. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, ad dict. Wil. et heredes suos reversuras, de dicto Wil.:—REDDEND. annuatim regine 50 marc.; ac duplicando dictam summam in introitu heredum; et edificando mansionem cum politiis; necnon reddend. dicto Wil. 2 den. albe firme:—TEST. M. Jac. Suthirland rectore de Killern, Pat. Moncur, Rob. Grahame, Jac. Grahame, Rob. Cok, M. Tho. Powis notario publico:

—Apud Kincardin, 26 Aug. 1547]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 661.

623. Apud Edinburgh, 27 Jun.
REGINA &c., confirmavit cartam Georgii Berclay de eodem,—[qua,—cum consensu M. Jacobi Berclay de Kynnarroquhy et M. Alexandri Berclay burgensis de Abirdene, curatorum suorum,—pro speciali amore &c., et presertim pro gratitudinibus et pecuniarum summis sibi per Walterum Ogilvy de Boyne militem impensis,—concessit MARGARETE OGILVY, relicte Johannis Stewart magistri de Boquhane, in ejus pura viduitate, in vitali redditu duntaxat,—terras de *lie* Manis de Grantuly, cum turre, fortalicio et messuagio ejusdem, terras de Fachehill cum molendinis fullonum et granorum de Garntuly, terras de Kirkhill, Milhill, Uver et Nethir Birkinhill, Schankquhair, Carncathro et Stodfauld, in baronia de Garntuly, vic. Banffe; terras de Litil-Gowne cum molendino et astricta multura ejusdem, vic. Banffe; dimedietatem terrarum de *lie* Kirktoun de Drumblait, tertiam partem de Gerre, terras de *lie* Newtoun de Gerre cum crofta et *lie Ailhous* ejusdem, terras de *lie* Sleocht, cum medietate molendini de Drumblait, cum superioritate de Lessindrum, terras de Adamstoun, cum dimedietate de Moncoffer cum piscaria ejusdem in aqua de Dewerne vocat. *lie* Kirksyde-Pottis et Halfurd, dimed. terrarum de Corsque, Mekill-Gowynne, Foulse et Auchnagorth, annuum redditum feodifirme, vulgo *lie few-maill*, terrarum de Kynnarquhy et Forthre, cum tenentibus &c., in baronia de Barculy, vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—TEST. Walt. Ogilvy de Boyne milite, Joh. Fercharsoun, Tho. Ord, Dominis David Ros et Arch. Andersoun capellanis, Joh. Keirlie et M. Geo. Duncani notariis publicis:—Apud Craigboyne, 16 Dec. 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 664.

624. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REGINA &c., confirmavit JACOBO DUNDAS,[1] et MARGARETE SANDELANDIS ejus conjugi,—inferiorem villam et terras de Blairmukis et Pakstane, vic. Lanark;—quas idem Jac. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Jacobo et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 605.

625. Apud Edinburgh, 28 Jun.
REGINA &c., dedit literas legitimationis ALEXANDRO STEWART bastardo, filio naturali . . . . . xxx. 701.

626. Apud Edinburgh, 30 Jun.
REGINA &c., tanquam princeps et senescalla Scotie, concessit ROBERTO GRAHAME de Knokdolyane, heredibus ejus et assignatis,—3 marcat. terrarum de Hilend, 2 marcat. de Drummour, 2 marcat. de Dowarne, antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Air;—quas Joneta et Margareta Grahame, filie et heredes lineales quondam Roberti G. de Knokdolyane, cum consensu Jacobi Ecclis sponsi dicte Jon. pro ejus interesse, resignaverunt:—PROVISO quod per hujusmodi infeodationem liberetenentes minime lederentur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 649.

627. Apud Edinburgh, 2 Jul.
REGINA &c., dedit literas legitimationis WILLELMO GORDOUN, GEORGIO GORDOUN et MARGARETE GORDOUN bastardis, filiis et filie naturalibus quondam Johannis Gordoun de Petlurg. xxx. 718.

628. Apud Drumfreis, 13 Jul.
REGINA &c., concessit ADAMO REID filio et heredi apparenti Barnardi R. de Stairquhyt, et JONETE CAMPBELL ejus sponse,—6 librat. terrarum antiqui extentus de Stairquhite alias Barskynning, cum turre, fortalicio, molendino, multuris, silvis, nemoribus, piscariis, tenentibus &c., in Kile-regis, vic. Air;—quas dictus Barn. resignavit:—TENEND. dictis Ad. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et

[1] The title is, "Carta Jacobi Dundas *de coaem* et sue sponse."

propinquioribus heredibus dicti Adami quibuscunque :—RESERVATIS libero tenemento dicto Barn., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret (exceptis 3 bollis farine, 3 bollis ordei et 4 marcis monete, annuatim levandis per dictos Adamum et Jon., eorum heredes et assignatos, de 40 solidatis terrarum de *lie* Manis nuncupat. *lie* Thrid-part-Manis) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxx. 632.

629. Apud Drumfreis, 20 Jul.

REGINA &c., concessit ALEXANDRO COMITI DE GLENCARNE, heredibus ejus et assignat. pluribus aut uni,—terras de Craigbait, Kersmedo, Nwttishill, Giblestoun, Branquhellis Eister et Wester, Kelloryis, cum molendinis et multuris earundem, terras de Wodend, Barnschawikkis, Newtoun cum silva earundem vocat. Newtoun-wod, Craglunschoç, Dippenneis Eister, Myddill et Wester, terras de Carcuran cum monte et terris de Crewch, terras de Auchinquhoill, Eistir et Westir Syiddis, cum capella et terris ejusdem, terras de Ovir-Wod, Blakisholme, Nethir-Wod et Bulwrayis, terras de Brigend, Jurdaneschaw, cum mansionibus, molendinis, multuris, silvis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, extenden. in toto ad 62 marcat. antiqui extentus, in baronia et vic. de Renfrew ;—quas Joh. dom. Lyle et Jac. magister de Lyle resignaverunt :—TENEND. cum omnibus firmis de terminis preteritis, quibus fuerunt in manibus regine aut predecessorum suorum ratione warde, nonintroitus &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 646.

630. Apud Edinburgh, 13 Aug.

REGINA concessit ELESABETH ARNATE (cessionarie quondam Roberti A. de eodem, ejus patris), heredibus ejus et assignatis,—dimedietatatem terrarum de Mylntoun de Lucharis et 6 solidat. 8 den. alterius dimedietatis earundem (valentes annuatim 8½ marcas), necnon 5 solidat. 8 den. dicte alterius dimed., vic. Fyffe;—que fuerunt Willelmi Bruce de Erlishall militis, de regina tente per servitium warde; et (bonis mobilibus per Alex. Wilky unum marorum vic. de Fyffe de precepto Georgii com. de Rothes vicecomitis de F. quesitis et non apprehensis) in curia per Alex. Narne de Sandfuird vicecomitem deputatum tenta 14 Oct. 1553 (comparentibus dicto Wil. per Petrum B. ejus filium et heredem apparentem, dicta Eliz. per M. And. Wilsoun et Hen. Douglas de Drumgarland ejus conjugem) appreciande[1], et in curia per David Arth vicecomitem deputatum tenta 3 Nov. 1553 appreciate fuerunt, viz. dicte 5 solidat. 8 den. pro 5 lib. 13

[1] Names of assize:—Wil. Ramsay of Freirtoun, David Hay of Sandfuird, Pet. Balfour of Boldon, Laurence Jak in Wormett, Jas. Bruce *ibid.*, Joh. Hairman in Balcongy, Jas. Husband *ibid.*, Hen. Dik in Mylntoun, John Dik *ibid.*, Jas. Watsoun *ibid.*, Hen. Hay in Pursk, David Adesoun *ibid.*, Hen. Henresoun in Pettormy, Wil. Wemys in Drone, Tho. Thomesoun in Thomastoun. On 3rd Nov. Laurence Jak, Alex. (Henry?) Henresoun and. Wil. Wemys were absent from illness, and their places were taken by David Schethum of Skelpe, David Balfour of Dovin, and Alex. Gowrlay of Southeild.

sol. 4 den. pro feodo vicecomitis, cetere pro 170 marc. super dictum Wil. obtentis per dictam Eliz. et ejus conjugem pro ejus interesse :—et voluit regina quod dictus Wil., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 625.

861. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REGINA &c., dedit literas legitimationis CRISTINE LESLIE bastarde, filie naturali Georgii com. de Rothes. xxxi. 144.

862. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Menteith feodatarii de Kers,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO MAITLAND filio et heredi apparenti Richardi M. de Lethingtoun, et JONETE MENTEITH ejus sponse,—4 bovatas terrarum de Nether Mongall, cum salmonum piscaria ejusdem super aqua de Carroun (per Morisium Broun occupat.), in baronia de Kers, vic. Striviling :—TENEND. dictis Wil. et Jon. alterique eorum diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Wil. quibuscunque et assignatis, de regina :—TEST. Rob. Menteith libero tenementario de Kers, Jac. Menteith de Nethir Salcottis, Arch. Prestoun, Wil. Knox, Jo. Morreis, Tho. Drummond, M. Alex. Chalmer notario publico : —Apud Striveling, 10 Nov. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 158 (i).

863. Apud Hammiltoun, 13 Nov.
REGINA &c., confirmavit cartam Alexandri Dun de Ratye,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, vendidit ALEXANDRO FRASER de Outlaw, heredibus ejus et assignatis,—terras de Mekill et Litill Raty, et Boris, cum earum molendino, vic. Banff : —TENEND. de regina :—TEST. D. Wil. Walcar, Jo. Frasair, Thoma Cristie, Jo. Innes, Tho. Hendersoun, Jo. Fraser, M. Wil. Frasair notario publico :—Apud Phillorth, 4 Nov. 1553] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Alex. F., et pro compositione persoluta, dictas terras quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 209.

864. Apud Edinburgh, 18 Nov.[1]
REGINA &c., confirmavit cartam Mariote Nisbet,—[qua,—cum consensu Joannis Lokkert mariti sui pro ejus interesse,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HUGONI CAMPBELL de Lowdoun militi, heredibus ejus et assignatis,—40 solidat. terrarum de Auchinroglen, 20 sol. de Sorne (per Margaretam Blair matrem dicte Mariote occupat.), 10 sol. de Sornehill (per Wil. Sawar occupat.), antiqui extentus, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air :—TENEND. de regina tanquam senescalla Scotie :—TEST. Jo. Lokkert de Bar, Jo. Lokkert ejus fratre : —cum subscriptione notarii ex mandato dicte Mar. :—Apud Bar, 30 Sept. 1553] :— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 219.

865. Apud Hammiltoun, 21 Nov.
REGINA &c., confirmavit cartam Andree Dunbar de Loch,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO TWEDY de Quhitsled, et CRISTINE DALZELL ejus conjugi,—terras suas de Carrokwrie, in parochia de Mochrum, vic. Wigtoun :—TENEND. dictis Wil. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Wil. quibuscunque, de regina :—REDDEND. servitium warde et relevii :—TEST. M. Jo. Spens advocato, Jo. Reid, Mich. Schaw, Jo. Fraser, Jo. Mosman, Alex. Young, notariis publicis : —Apud Edinburgh, 6 Nov. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 128.

866. Apud Edinburgh, 25 Nov.
REGINA &c., confirmavit cartam Roberti Drummond de Carnok,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO FORESTAR de Calzemuk, et CRISTINE ROS ejus sponse,—illam partem terrarum

[1] Dated an. reg. 12, the A.D. being omitted. As the charter is granted with consent of the duke of Chettellarault, who in November 1554 was no longer regent, the date given in *Regist. Secreti Sigilli* (lib. xxvi. fol. 39) has been adopted.

de Ardmoir per Jo. Wricht alias Man occupatam, in superiore parte de A. vulgo vocat. *Above-the-moir*, extenden. ad 40 solidat. antiqui extentus, vic. Striveling;—et, in speciale warantum earundem, 2 septimas partes terrarum de Carnok-Forestair, in baronia de Plane, vic. Striveling:—TENEND. dictis Rob. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, Roberto F. juniori fratri dicti Rob., et heredibus ejus masc. de cognomine Forestair nomen et arma gerentibus, aut assignatis, de regina:—cum precepto sasine directo Archibaldo Dog:—TEST. Nigello Gilmowr, Francisco Forestair, Jac. Grahame, Jo. Grahame de Baldorren et Rob. Ramsay notariis publicis:—Apud Striveling, 16 Oct. 1553]:—TEST. 27. 28. 4. 37. 31. 30. 32. xxxi. 150.

867. Apud Edinburgh, 29 Nov.
REGINA &c., confirmavit JOANNI SANDELANDIS feodatario de Calder, et MARGARETE BERTOUN ejus conjugi, —terras et baroniam de Arth-Bissatt, cum molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione rectorie de Slamannane ac capellanie sacelli Divi Niniani nominat. Tibermasko apud Striveling, vic. Striveling;—que fuerunt Jacobi Sandelandis de Calder militis et Domine Mariote Forestaire ejus conjugis in libero tenemento, ac dicti Jo. hereditarie; et quas dict. Jo. personaliter, Jac. et Mar. per procuratores, resignaverunt:—TENEND. dictis Joanni et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. quibuscunque:—RESERVATO libero tenemento dictis Jac. et Mar.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 131.

868. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REGINA &c., confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit servitori suo MATHEO HAMMILTOUN de Mylburne, et AGNETI LEVYNGSTOUN ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in vitali redditu, et HENRICO HAMMYLTOUN ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—terras de Houstoun, cum terris dominicalibus et molendino earundem, vic. Linlithqw;—que olim fuerunt Johannis Steill, filii et heredis quondam Georgii S., in feudifirma; ac pro nonnullis pecuniarum summis ab eo bis appreciate fuerunt, et dictus Math. in eisdem per reginam infeodatus; et quas idem Math. apud Linlithqw personaliter resignavit:—REDDEND. firmas feudifirme consuet., viz. 40 libras:—RESERVATO libero tenemento Cristine Wilsoun:—TEST. 27. 28. 4. 37. 31. 30. 32. xxxi. 75. et 134.[1]

869. Apud Edinburgh, 3 Dec.
REGINA &c., concessit JONETE M'DOWELL, MARIOTE M'DOWELL et MARGARETE M'DOWELL, filiabus et heredibus legitime inter quondam Tho. M. de Mondork et quond. Margaretam Dunbar ejus conjugem procreatis, heredibus earum et assignatis,—4 marcatas terrarum de Stronerawar, unam marcat. de Markslewe, antiqui extentus, vic. Wigtoun;—quas, per dictum Tho. resignatas, Jac. V. rex concessit dictis Tho. et Marg. D. et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Thome quibuscunque, sed sasina desuper aut non consecuta aut amissa:—TEST. 27. 29. 4. 37. 31. 30. 32. xxxi. 80.

870. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Ruithwen de Ballinden,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HERCULI GUTHRE in Lownen, et JONETE ANDERSOUN ejus sponse,—dimedietatem suam terrarum de Drumbernoth, vic. Forfare:—TENEND. dictis Herculi et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eosdem

[1] The list of witnesses is in the former copy only. A third entry in the Register (xxxii. 624) differs from the above by omitting the words "servitori suo", and the words "bis", and "apud Linlithqw" in the *quequidem* clause; and by describing Hen. Hammiltoun as son of Math. H. begotten between him and Agnes Levingstoun; and the lands are called "terre de Howstoun cum manerie et molendino earundem."

legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Herculis quibuscunque, de regina :—TEST. Wil. Fethe, Jo. Fergussoun, Wil. Lin :—Apud Lownen, 13 Feb. 1551] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 85.

871. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Carnys de Orchartoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit PETRO CARNYS, et MARGARETE M'CLELLANE ejus sponse,—marcatam terre de Auchinskeauch antiqui extentus, in parochia de Culwen, senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. dictis Petro et Marg. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eosdem legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pet. quibuscunque, de regina :—TEST. Jo. Carnys de Quiltis, Arch. Carnys in Thor, Cuthberto Murray, Jo. Lenois, Jo. Schankland :—Apud Quiltis, 16 Nov. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 123.

872. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REGINA &c., confirmavit cartam Willelmi Scott de Balwery militis,—[qua,—pro perimpletione contractus de matrimonio inter personas subscriptas, et pro pecuniarum summis sibi per Wil. Lauder de Haltoun solvendis,—concessit filio suo et apparenti heredi MICHAELI SCOTT, et HELENE LAUDER ejus sponse, filie dicti Wil. L., —terras de Inverteill, cum manerio et mansione earundem (exceptis villa nuncupat. *lie* Brigtoun, et 40 acris terrarum de Inverteill ei adjacentibus, cum cuniculis, cunicularis, columbario, jure patronatus capelle et capellanie S. Katherine prope pontem occidentalem ville de Kirkcaldy), prout dictus Wil. S. eas ante decessum Willelmi S. de Balwery militis, patris sui, possidebat, vic. Fyff :—TENEND. dictis Mich. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Wil. S. et assignatis dicti Mich. quibuscunque, de rege :—REDDEND. annuatim 10 sol. :—TEST. Wil. Lyndesay de Pyotstoun, M. Wil. Scott filio dicti Wil. S., Jac. Kirkcaldy, Ric. Scott, Jo. Scott, D. Jac. Grym notario publico :—Apud Edinburgh, 19 Mar. 1536] :—NECNON aliam cartam ejusdem Wil. S.,—[qua,—pro perimpletione dicti contractus, et pro dict. summis, tunc integre persolutis,—concessit dictis Michaeli et Helene,—terras de Kilgoure, in baronia sua de Strameglo, vic. Fyff ;—que per dictum patrem suum quondam Andree Atoun de Drummure alienate sub reversione, et per eundem ab Andrea A. nepote et herede dicti And. ejusque tutoribus et curatoribus redempte fuerunt; ad quam reversionem dictus Wil. S. senior dictum Mich. suum cessionarium fecit :—TENEND. dictis Mich. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Michaelis quibuscunque, de rege ; absque perpetua ruptione baronie de Strameglo :—TEST. *ut supra* :—Apud Edinburgh, 23 Mar. 1540] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 155.

873. Apud Edinburgh, 9 Dec.

REGINA &c., dedit literas legitimationis THOME et JOANNI SWYNTOWNIS bastardis, filiis naturalibus D. Joannis Swyntown capellani. xxxi. 118.

874. Apud Edinburgh, 10 Dec.

REGINA &c., confirmavit cartam Andree Murray de Arnegosk,—[qua, pro consilio, auxilio &c., concessit fratri suo germano WILLELMO MURRAY—terras de Lattirbannachy, in senesc. de Strautherne, vic. Perth :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. per eum ex ejus legitima conjuge in matrimonio procreandis, quibus deficientibus, dicto And. et heredibus suis quibuscunque reversuras, de regina in feudifirma : —SOLVEND. annuatim 12½ marcas ; et duplicando feudifirmam ad introitum heredum ; et edificando mansionem cum politiis, horto bene fossato et septo, arborum plantatione, lini et canapis seminatione ; nec alienando nisi cum consensu regine, et dicti And. et heredum ; et accedendo in exercitibus et equitationibus regine:—TEST. Geo. Grahame de Inchebreky, David Murray de Galdwelbeg, D. Jo. Bruce notario publico :—Apud

Lattirbannachy, 14 Jan. 1553 (*sic*)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 153.

875. Apud Edinburgh, 11 Dec.
REGINA &c., confirmavit cartam Patricii Kennedy de Bargaltoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo GEORGIO KENNEDY filio Georgii K. de Balmacclannoquhan, heredibus ejus et assignatis,—binam partem 4 libratarum 3 sol. 4 den. terr. de Camseskane antiqui extentus (viz. binam partem 20 solidatarum per Bessetam Moreis, binam partem marcate per Wil. Busart, binam partem marcate per Joh. Gray, binam partem marcate et 40 den. per David Sewar occupatas), in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air:—REDDEND. annuatim dicto Pat. unum den. albe firme:—TEST. Georgio Lindesay, Hen. Kennedy, Patricio M'Ilhagon, Joh. Kennedy, Joh. Lindesay, D. Wil. Allesoun capellano et notario publico:—Apud Balmacclannoquhan, 18 Sept. 1553]:—INSUPER dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 73.

876. Apud Edinburgh, 15 Dec.[1]
REGINA &c., concessit ROBERTO SYMPLE, heredibus ejus et assignatis uni seu pluribus,—50 solidatas terrarum antiqui extentus de Noblistoun, cum manerie, silvis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Dunbartane;—quas And. Hammiltoun de Cochnay personaliter resignavit:—REDDEND. annuatim unum par calcarium si peteretur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 233.

ANNO REGNI 12. ANNO DOMINI 1553.

877. Apud Linlithqw, 21 Dec.
REGINA &c., confirmavit cartam Jacobi dom. Flemyng, magni camerarii Scotie,—[qua,—pro magnis pecuniarum summis per Jac. ducem de Chattellerault com. Arranie dom. Hammiltoun, tutorem regine et gubernatorem Scotie, persolutis,—vendidit BARBARE HAMMILTOUN filie primogenite dicti ducis, in vitali redditu,—binas partes terrarum de Kildrwme, Garbrany, Tannoch, Greinyard, Glenlugy, Vatterheid, Kilbouy, Miltoun, Bailside, Hole, Drumgibbin, Cuthbartstoun, Pollokishole, Langlandishill, Chapeltoun, Auchinkil, Cundurat, Smythtoun, Vester Garthschore, Badcow, Scheorway, Bar, Auchinvolay, Auchinstari, Dullatt(ur), Westwode, villam de Kirkintulloch, cum *park* et *peill* ejusdem, Eister Garthschore, Donetablaw, Tuchir, molendinum de Bascharge, cum tenentibus &c., silvis, molendinis, multuris, piscationibus, in baronia sua de Lenze, vic. Dunbertane; baroniam de Ochtirmony, cum tenentibus &c., silvis, molendinis, multuris, piscationibus, vic. Striviling:—TENEND. de regina:—TEST. Joh. archiepisc. S. Andree dominoque legato Scotie, Magistris Tho. Majoribankis de Rathow, David Borthuik de Loychhill, Jac. Wemis, And. Rutherfurd, Wil. Frog, M. Alex. Forrest rectore de Logy-Montros ac notario publico:—Apud Edinburgh, 14 Dec. 1553]:—INSUPER dictas terras &c. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 638.

878. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam Jacobi abbatis de Newbottill, et conventus ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ac pecuniarum summis ad reparationem monasterii sui per Anglos diruti et combusti persolutis, ad feudifirmam dimiserunt MATHEO CRAWFURD—terras de Brydenhill, cum 2 *lie daywarkis of medo* in prato vocato Kippart-medo secundum veterem consuetudinem (jacen. inter terras de Glentore, Kipbyre, Kippis et Ryden), in baronia de Monkland, vic. Lanark:—TENEND. dicto Math. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis sive assignatis, quibus deficientibus, Rob. C. de Rouchsollis et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., heredibus dicti Mathei quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. annuatim 5 marcas, cum 7 modiis 2 batis avenarum et 6 *lie cane*

[1] Dated an. reg. 12. Placed here according to the A.D. The charter is granted with consent of the duke of Chettellarault, who was no longer regent in December 1554.

foulis, tanquam firmam antiquam, et 30 sol. 4 den. in augmentationem, extenden. in toto ad 5 lib. et 6 *lie cane foulis*; necnon tres sectas ad tria placita capitalia ad capellam de Kippis tenenda; et duplicando feudifirmam ad introitum heredum:—Apud dictum monast., 17 Dec. 1551]:—TEST. 27. 28. 4. 37. 31. 30. 32. xxxii. 668.

879. Apud Linlythqw, 7 Jan.

REGINA &c., concessit FERGUSIO ACANNAN in Allerbeg, heredibus ejus et assignatis,—terras de Killauche, dimedietatem de Knoklie, 3 quartas partes de Loganelewin, extenden. ad 4½ marcat. antiqui extentus, in dominio de Galloway, senesc. Kirkcubricht;—quas Jo. Makkittrig de Killauche resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 626.

880. Apud Donypace, 15 Jan.

REGINA &c.,—quia terre subscripte predecessoribus Roberti domini Elphinstoun pertinuerunt, et earum evidentie in minoritate quondam . . . . dom. E. (patris dicti Rob.) tempore perturbationis statim post bellum de Flowdoun destructe aut saltem perdite sunt, unde dictus . . . . . nullum introitum ad easdem in vita sua quesivit, sed eisdem virtute donationis Jac. V. regis de eorum nonintroitu sibi facte gavisus est, velut dictus Rob. tanquam heres dicti sui patris adhuc gaudebat,—de novo concessit dicto ROBERTO DOMINO ELPHINSTOUN, et MARGARETE DRUMMOND ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Rob. quibuscunque, sive eorum assignatis,—terras de Cragorth, cum piscariis in *lie cruve* et cimba, vulgo *lie cobill*, super aqua de Forth, vic. Streviling:—SOLVEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 627.

881. Apud Linlythquhow, 16 Jan.

REGINA &c., tanquam princeps et senescalla Scotie, concessit et, pro bono servitio, de novo dedit LAUCHLANO MAKLAUCHLANE de eodem, et KATHERINE TAIT ejus sponse,—3 librat. terrarum antiqui extentus de Askok, in insula et vic. de Bute;—quas Arch. M'Lauchlane de Askok resignavit:—TENEND. dictis Lauch. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Lauch. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 243.

882. Apud Edinburgh, 19 Jan.

REGINA &c., confirmavit cartam Georgii Stratoun de eodem,—[qua, pro amore, ac pro summa pecunie per Rob. Arbuthnot de eodem persoluta, concessit filio suo et heredi apparenti ALEXANDRO STRATOUN, et AGNETI ARBUTHNOT ejus conjugi, filie dicti Rob.,—terras ville de Myltoun de Matheris, cum molendino ac terris molendinariis, et astrictis multuris terrarum et villarum de Matheris ac Petteinowis et totius dominii de Lowrenstoun, cum aliis multuris, sequelis et privilegiis tunc et ab antiquo solitis, et terras villarum de Westir et Eister Butheris, in dominio suo de Lowrenstoun, vic. Kincardin:—TENEND. dictis Alex. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque, de regina:—RESERVANDO dicto Geo. et heredibus suis de Myltoun de Matheris 4 acras terrarum et 7 domos cum earum ortis per 7 piscatores inhabitatas, cum cimba piscatoria per eosdem laborata, sine ulla animalium pastura:—TEST. Johanne Stratoun fratre germano dicti Geo., Geo. Arbuthnot, Joh. Ogilvy, Davide Fullartoun, Davide Gardnar, Alex. Wodman, Wil. Hill, ... Ingrahame, D. Andrea Arbuthnot capellano:—Apud Lowrenstoun, 21 Apr. 1553]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 664.

883. Apud Edinburgh, 30 Jan.

REGINA &c., confirmavit cartam feudifirme factam per Jac. commendatarium de Kelso et conventum ejusdem JACOBO DUCI DE CHETTELLARAULT com. Aranie dom. Hammiltoun, tutori regine et gubernatori Scotie, in vitali redditu, ac filio ejus primogenito et apparenti heredi

JACOBO HAMMILTOUN, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—de 5 librat. terrarum antiqui extentus de Watstoun, in baronia de Stanehous, vic. Lanark ; —per Joh. Somervale de Cambusnethen in favorem dictorum Jac. patris et filii resignatis :—Apud dictum monasterium de Kelso, 5 Nov. 1550 :—TEST. 35. 28. 4. 37. 31. 30. 32. xxxi. 57.

884. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam resignationis factam per quondam M. Geo. Lokhart, theologie professorem ac decanum Glasguen., JACOBO DUCI DE CHETTELLARAULT &c., heredibus ejus et assignatis,—de domo tegulata, vulgo *ane sklait hous*, orto et tribus rudis terrarum adjacen. (quas quond. M. David Hammiltoun rector de Carstaris, qui decessit bastardus, de quond. M. Richardo Mureheid decano Glasguensi tenuit), in villa de Hammiltoun (inter terras Alex. Studaris, introitum cimiterii, horreum, et summam viam), vic. Lanark ;—que per Jacobum V. regem ob decessum dicti M. Dav. disposite sunt quond. D. David Hammiltoun capellano, qui easdem in manibus dicti Geo. earum superioris resignavit :—TENEND. de decano Glasguensi in feudifirma :—Apud Glasgow, 11 Oct. 1538 :—TEST. *ut in carta* 883. xxxi. 58.

885. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam feodifirme factam per Rob. commendatarium S. Crucis et conventum ejusdem, JACOBO DUCI DE CHETTELLARAULT &c., et heredibus ejus quibuscunque,—de terris de Eister et Wester Saltcoittis, 3½ bovatis 3 *cutlandis* etiam Saltcoittis nuncupat. (per quondam David Forester occupat.), terris de Carrounflat, Daratho, Carsybank, Polmound Ovir et Nethir cum molendino, terris molendinariis, multuris et *lie suckin*, terris de Litill Cars, Hill, Ovir Gilstoun, Brokinheuch, Reidheuch, Litill Gilstoun, Nethir Gilstoun, Quhytesyde, Ridding, Myddillrig, Lethame et Lethamedaill, cum molendino, terris molendinariis, multuris et *lie suckin*, terris de Mumrallis, Clerstoun, Elrig, Cauldcoittis, cum piscatione terrarum de Reidcobill, ac communi piscatione terrarum de Huke aliarumque terrarum in dominio de Kers, in recenti aqua et in Forth (reservando piscationes terrarum de Grange, et alias quascunque prius in feodifirma assedatas), cum tenentibus &c., vic. Lynlithqw et Striviling :—Apud Halierudhous, 1 Oct. 1552 :—TEST. *ut in carta* 883. xxxi. 59.

886. Apud Edinburgh, 30 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam feodifirme factam per David episc. Rossen. tanquam commendatarium de Cambuskynneth, et conventum ejusdem, JACOBO DUCI DE CHATTELLARAULT &c. in libero tenemento, et JACOBO HAMMILTOUN ejus filio primogenito et apparenti heredi, et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Joh. H. ejus fratri germano, secundo filio dicti ducis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., ... H. eorum fratri germano, tertio filio dicti ducis, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Claudio H. eorum fratri germano, quarto filio dicti ducis, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni H. alias *callit Johne of Cliddisdale*, fratri dicti ducis, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. cognomen et arma de Hammiltoun gerentibus legit. et propinquioribus quibuscunque,—de terris et baronia de Kettilstoun cum terris dominicalibus earundem, terris de Bailside, 5 acris terrarum in terris dominicalibus vulgo *the Manis*, molendino, terra molendinaria et parvo molendino dicto Litill-mylne, terris de Wedukdaill, terris ville de Kettilstoun, cum molendino, *lie suckin* et astricta multura ejusdem, vic. Linlythqw :—Apud Cambuskynneth, 3 Feb. 1550 :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 60.

887. Apud Linlythqw, 31 Jan.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Hoppringill de Smaillem,—[qua, pro speciali amore, concessit MARGARETE GORDOUN filie Willelmi G. de Creuchlaw, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras suas de Murehous, Blakchester, Nether Commoun et Halkerland,

extenden. ad 5 librat. antiqui extentus, in dominio de Lauderdaill, vic. Berwik :—TENEND. de rege :—TEST. M. Bernardo Baillie rectore de Lamyngtoun, M. Rob. Hoppringill rectore de Morhame, Rogero Gordoun, And. Martin, Tho. Lambe, M. Tho. Keirne notario publico :—Apud Edinburgh, 17 Jul. 1542] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 221.

888. Apud Edinburgh, 1 Feb.

REGINA &c., confirmavit THOME FRASER feodatario de Belty, et AGNETI WISCHEART ejus conjugi,—terras de Myd-Belty, cum manerie, molendino fullonum, molendino granorum, multuris, silvis &c., infra bondas vic. de Abirdene, in baronia de Durris et vic. de Kincardin per annexationem ;—quas idem Thomas personaliter resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Ag. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Thome quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 227.

889. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REGINA &c., concessit JOANNI MENTEITH dom. feodi de Kers, et HELENE MENTEITH ejus conjugi,—duas bovatas terrarum de Dalgrayn, in dominio de Strevilingschire, vic. ejusdem ;—quas Elesabeth Levingstoun sponsa quondam Willelmi Menteith de Kers resignavit :—TENEND. dictis Jo. et Hel. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Joannis quibuscunque, quibus def., seniori heredum fem. dictorum Jo. et Hel. absque divisione :—REDDEND. firmas, devoria et feudifirme servitia debita et consueta :—RESERVATO libero tenemento dicte Eles. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 621.

890. Apud Edinburgh, 4 Feb.

REGINA &c., ad feudifirmam dimisit KATHERINE MAXTOUN relicte Andree Johnestoun, in libero tenemento, et WILLELMO JOHNESTOUN filio inter dictos And. et Kath. legit. procreato, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, in feodo, —2 marcatas terrarum de Casteltoun de Foulis (extenden. in rentali suo ad 4 lib., et pro parte marte 4 sol.), quartam partem ville et terrarum de Drummyfingally (ad 40 sol., et pro parte marte 4 sol.), in senesc. de Straitherne, vic. Perth :—REDDEND. annuatim firmas supradict., et 6 den. augmentationis pro qualibet ; et duplicando feudifirmam ad introitum heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 628.

891. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Stewart de Ballelone et Achemore,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO STEWART vicecomiti de Bute et Arane, et heredibus ejus masc.,—33 solidatas 4 den. terrarum de Ballelone et Achemore antiqui extentus, in dominio insule de Bute, vic. ejusdem :—REDDEND. regine tanquam principi et senescalle Scotie feodifirmas et devorias debit. et consuet. : —TEST. Archibaldo Stewart de Largeane, Wil. Stewart de Ambrismore, Wil. Stewart, Cuthberto Yung, Donaldo M'Gilmore fabro lignario :—cum subscriptione D. Jacobi Makweraith notarii publici ex mandato dicti Joh. :—Apud Rothissay, 4 Feb. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 40.

892. Apud Striveling, 18 Feb.

REGINA &c., concessit ALEXANDRO SCHAW in Caumismoir, et AGNETI SCHAW ejus conjugi,—5 marcat. terrarum antiqui extentus de Coldoch, in senesc. de Menteith, vic. Perth ;—quarum feodum Jac. Gib filius et heres apparens Roberti G. de Carribbir (cum consensu dicti Rob. et Joannis Schaw curatorum suorum), liberum tenementum dictus Rob., personaliter resignaverunt :—TENEND. dictis Alex. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, in feudifirma :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 228.

893. Apud Streviling, 18 Feb.

REGINA &c., concessit JOANNI CALEN-

DAIR in vitali redditu, et GEORGIO CALENDAR ejus filio, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, senioribus heredibus fem. dicti Geo. quibuscunque absque divisione, hereditarie,—3½ bovatas terrarum de Newtoun de Bothkinner (exceptis salmonum piscariis, *lie kippar* et *smoltis*, cum carbonibus et carbonariis, regine reservandis), in dominio de Strevilingschire, vic. ejusdem; —que fuerunt dicto Jo. per Jac. V. regem in feudifirma locate :—REDDEND. annuatim regine feudifirme firmas &c. ut prius, viz. 5 libras 5 sol. 7 den., 7 bollas ordei, 7 capones, cum ariagiis cariagiis debitis et consuet. (15 sol. 9 den. in augmentationem antiqui rentalis); necnon abbati et conventui de Cambuskynneth 3 bollas 2 modia tritici; necnon edificando politiam solo corresponden.; ac duplicando dict. integram feudifirmam ad introitum heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 622.

894. Apud Striviling, 21 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Andree Toceoch senioris de Munze,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo ANDREE TOCEOCH juniori, heredibus ejus et assignatis,—quartam partem suam terrarum de Monze cum molendino earundem, in comitatu et senesc. de Stretherne, vic. Perth :—TENEND. de regina :—TEST. And. Tocyoche de Muniward, David Drummond de Culquhalze, Fergusio Tocyoch in Callendrebeg, Dunc. Tocyoch de Pettyn, Wil. Sinclare in Innerpeffry, Eugenio M'Clerych in Munnyward, Jac. Chefold (Chesolme?) in Cronlyk, Malc. Drummond de Bordland, And. Tocyoch de Brigend :—cum subscriptione dicti Andree senioris pennam notarii tangentis :—Apud ecclesiam parochialem de Creif, Dunkelden. diocesis, 5 Nov. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 53.

895. Apud Edinburgh, 23 Feb.

REGINA &c., confirmavit cartam Gilberti Brabner burgen. de Abirdene,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HENRICO MIDDILTOUN in Clerkhill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —dimedietatem solarem ville de Ovir Cremond vocat. Cremond-gorth, in baronia de Cremond, vic. Abirdene :—TENEND. de regina :—TEST. David Menzeis, Jo. Bradner, And. Serer, Tho. Smout, M. Jo. Chalmer, M. Gilb. Murray notario publico :—Apud Abirdene, 22 Dec. 1553] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Hen., voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si ante captionem sasine fuisset concessa :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 43.

896. Apud Edinburgh, 25 Feb.

REGINA &c.,—cum clare constaret terras infrascriptas predecessoribus Thome Trotar pertinuisse, et antiquas evidentias per incursionem Anglorum tempore guerre combustas, amissas et destructas fuisse,—de novo concessit et quitteclamavit dicto THOME TROTAR, heredibus ejus et assignatis,—terras de Flureiswallis, vic. Berwik :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 223.

897. Apud Edinburgh, 27 Feb.

REGINA &c., concessit ALEXANDRO IRWYNG, nepoti et heredi apparenti Alexandri I. de Drum,—terras et baroniam de Drum, cum castro, salmonum piscaria in aqua de Dee, ac molendinis earundem, vic. Abirdene; cum annexis, viz. terris de *lie* Park de Drum, cum *lie park*, silvis et molendinis, cum 2 celdris farine avenatice dicto *lie* Park pertinentibus, cum terris de Quhitriggis et Reidmyre, vic. Kincardin; terris de Lunmay, Largneis, Auchindowr et Tarlane, cum maneriebus, molendinis et piscariis tam in aquis dulcibus quam in salsis, portu et *lie Havin* de Lunmay, cum molendinis, multuris, piscationibus, lacubus, silvis, *lie parkis*, tenentibus &c., ac cum terris de Cowle cum earum castro et molendino, vic. Abirdene; et cum annuo redditu . . . marcarum de terris de Crawtoun et Owres, vic. Kincardin;—quas dict. Alex. senior resignavit :—TENEND. dicto Alex. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis et assignatis quibuscunque dicti Alex. :—RESERVATO libero tenemento dicto Alex. seniori :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 620.

898. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Patricii Mowet dom. de Boquhellie et Freschwik, —[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. MALCOLMO HALCRO, preposito ecclesie cathedralis Orchadensis,—6 denariatas terrarum ville de Ockingill, in baronia de Frescewik, infra bondas Cathanie, vic. Invernys :—TENEND. dicto Malc., quo deficiente, Hugoni H. filio ejus naturali, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Niniano H. fratri carnali dicti Hug., et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Eduardo H. eorum fratri carnali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., proximo et legit. heredi domus de Halcro, et ejus heredibus quibuscunque secundum tenorem infeodationis ejusdem confecte seu fiende, de regina :—TEST. Rob. episc. Orchaden., Pat. Chene de Essilmonth milite, Tho. Annand de Ouchterellon, M. Jeronimo Chene rectore de Torry, Joh. Forbes de Tullygony, M. Edw. Bruce de Kennett, Hen. Fruche, Wil. Gib, M. Pet. Galbraith notario publico :—Apud Elgin, 22 Feb. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxx. 734.

899. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Alexandri Doles de Cantray,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME NARNE de Cromdaill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Myd-Large et Eister-Large, cum molendino, multuris, tenentibus &c., in dominio de Strathnarne, vic. Invernes :—TENEND. de regina : —TEST. Hen. Doles filio et herede apparente dicti Alex., Jo. Doles, Donaldo Makkerane, Jo. Narne, M. Jac. Farquharsone et M. Martino Logy notariis publicis :—Apud Invernes, . . . Nov. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 215.

900. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Davidis Rankelour de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit M. JACOBO MAKGILL burgensi de Edinburgh, et JONETE ADAMESOUN ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et JACOBO MAKGILL eorum filio et heredi apparente hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Nethir Rankelour, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Fyffe :—TENEND. de regina : —TEST. M. Jo. Hepburne rectore de Dalry, Jo. Patersoun, Adamo Wauch, Wil. Chene, Jac. Makcartnay et Jo. Jhonestoun notariis publicis :—Apud Edinburgh, 3 Mar. 1553] : —INSUPER concessit dictis M. Jac. &c.— wardam et nonintroitum dict. terrarum, cum relevio cum contingeret :—TEST. 27. 28. 4. 37. 31. 30. 32. xxxi. 213.

901. Apud Edinburgh, 4 Mar.[1]
REGINA &c., confirmavit DAVIDI DOMINO DE DRUMMOUND, et LILIE RUITHVEN domine Drummound ejus conjugi,—terras de Ochtirardour, cum castro, fortalicio, mansione, manerio, terris dominicalibus et silvis, terras de Polhillok, Kirktoun de Ochtirardour, Threphill, cum toftis, croftis, terris burgalibus, firmis, omnibus privilegiis burgi de Ochtirardour, molendinum de Ochtirardour cum ejus multuris, terras de Drymmen cum castro, fortalicio ac manerio, terras de Dallechrevin, Mew, Glenboletochane, cum silvis earundem, Doneray, Caruvicray, Garcharrow, Dalchongze, cum molendinis et multuris ejusdem, *lie* Browsterland de Mewe, Dwchilray Eister et Wester, terras de Craginniech cum molendino, Innerclair, Classinwade, Awchingerycht, Camnischane Over et Neddir, Classingall-more, Classingall-Wester, terras de Strageyth, viz. Bordland de S., Awchinglen, Cultis Over et Neddir, Thomchar, Kirktoun de Strageyth, molendinum de S., Awlychmore, Awlychgrew, terras de Corlundie, in senesc. de Stratherne, vic. Perth ; terras de Kincardin in Menteth, viz. Bordland cum *lie warde*, pomerio et prato earundem, Custri, Dargra, Awlychla, Collidochis, Calyechattis, Annantis, in senesc. de Menteth, vic. Perth ;—quas idem Dav. resignavit :—TENEND. dictis Dav. et Lil. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta

[1] Dated 4th May 1553, an. reg. 12. As this involves a discrepancy between A.D. and regnal year, the above date has been adopted from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxvii. fol. 9.

infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Davidis quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 231.

902. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REGINA &c., concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ALEXANDRO HAMMILTOUN in Prestoun, et AGNETI HEPBURNE ejus conjugi,—unam duarum terrarum husbandiarum vocat. Rowestounislandis, necnon 2 marcatas 4 sol. 6 den. alterius dictarum ter. husb., in dominio de Ballincreiff, vic. Edinburgh et constab. de Hadingtoun ;—quas Richardus Maitland de Lethingtoun, eques auratus, personaliter resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Ag. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alexandri quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 245.

903. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REGINA &c., concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit JOANNI NARNE filio et heredi apparenti Thome N. baronis de Croimdane, et MARGARETE FORBES ejus conjugi,—terras et baroniam de Crundane, viz. terras dominicales de Lathyntie cum earum molendino, *lie* Over et Nether Auchquhroskie, Dallie-quhapill et Reineabillie, cum tenentibus &c., lacubus, silvis, piscariis et annexis, in dominio de Straithspay, vic. Invernes ;—quas dictus Thomas resignavit :—TENEND. dictis Jo. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. quibuscunque :—RESERVATO vitali redditu de Lathyntie, Ovir et Nethir Auchquhroskie et Reineabillie, dicto Thome et Katherine Grant ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 247.

904. Apud Edinburgh, 8 Mar.

REGINA &c., ad feudifirmam dimisit JONETE LIDDELL domine de Halkerstoun, filie natu maxime et heredi quondam Joannis L. filii et heredis quond. Joannis L., —terras de Aliburne, in dominio de Ettrikforrest, vic. Selkirk ;—quas Jac. IV. rex dicto Jo. juniori ad feudifirmam dimisit, prout in rentali, sub subscriptione M. Thome Marjoribankis clerici registri, de data apud Striviling, 30 Maii 1510, contentum est ; et ad quas dicta Joneta ob deperditionem sasine introitum consequi non valuit :—TENEND. dicte Jon. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, et ejus assignatis :—SOLVEND. annuatim 30 libras ; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum ; necnon faciendo politiam solo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 232.

905. Apud Edinburgh, 9 Mar.

REGINA confirmavit cartam Joannis Grant de Ballindalloch,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se ab una, et Pat. G. filium suum seniorem inter se et Barbaram Gordoun conjugem suam procreatum, et Geo. Gordoun de Gicht militem et M. Wil. Grant ejus curatores, ab altera partibus,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit dicto PATRICIO GRANT—terras de Tullochcarrone, Bellavill, Drumgrane et Aewin, cum salmonum piscariis super aquis de Spey et Awin eisdem adjacen., ac cum molendinis super eisdem edificandis, vic. Banffe :—TENEND. dicto Pat. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter dictos Jo. et Barb. legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque, de regina :—RESERVATO libero tenemento dicto Jo. :—TEST. D. Geo. Meldrum de Fivie milite, M. Wil. Grant, Jac. Gordoun, Wil. Chene, Alex. Williamesoun : —Apud Edinburgh, 4 Mar. 1553] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 45.

906. Apud Edinburgh, 9 Mar.

REGINA &c., confirmavit cartam Jacobi Dunbar de Tarbot,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO LESLIE de Kilmonie, et KATHERINE GRANT ejus sponse,—terras et baroniam de Tulliglennis, cum tenentibus &c., in comitatu de Murray, vic. Elgin et Fores :—

TENEND. dictis Walt. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Walteri quibuscunque, de regina:—TEST. Alex. Gordoun de Bochrome, Wil. Leslie in Redrie, Joh. Leslie in Geldwell, Joh. Caddell, Alex. M'Williame, D. Joh. Gibsoun notario publico:—Apud burgum de Fores, 7 Nov. 1553]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 52.

907. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Roberti Lamme, alias nuncupat. Barroun Lamme,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI GRANT de Ballindalloch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—annuum redditum 16 marcarum sibi spectantem de terris et baronia de Tulloychicarroune, vic. Banffe:—TENEND. de regina:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. Thoma Bailye, Alex. Williamsoun, Wil. Vyot:—cum subscriptione D. Joh. Gibsoun notarii publici, manu dicti Rob. calamum tangente:—Apud Elgin, 23 Dec. 1552]:—INSUPER dictum ann. red. dictis terris et baronie consolidavit, ut unica sasina pro omnibus sufficeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 62.

908. Apud Edinburgh, 9 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam factam per Joh. Erskin filium et heredem apparentem Johannis E. de Dwn, ac dominum feodi terrarum et baronie de D., cum consensu ejus patris dom. liberi tenementi earundem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JACOBO KEYTH in Schelis, heredibus ejus et assignat.,—dimedietatem solarem terrarum et ville de Gleskenno, tertiam partem umbralem terrarum et ville de Balnely, in baronia de Dwn, vic. Forfare:—TENEND. de regina:—TEST. Johanne Vyschart de Pitterro, Alex. Vyschart in Cosnoch, Tho. Vyschart alias Myllar, Wil. Fullartoun, Alex. Hog, David Rook, D. And. Arbuthnoth, D. Joh. Smyth et M. Alex. Vyle capellanis ac notariis publicis:—Apud . . . . ., 22 Nov. 1552]:—INSUPER dict. terras de novo quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 213.

909. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam quondam Alexandri Levingstoun de Terentera,—[qua, pro bono servitio, ac pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit (quond.) JOANNI SALMOND (in Balquhatstane), et JONETE WEDDELL ejus sponse,—tertiam partem terrarum suarum de Balquhatstane, per dictum Jo. occupatam, extenden. in rentali suo ad 40 sol. (reservata tertia parte 2 acrarum ex boreali parte de P(e)itrig), in parochia de Slamannan, vic. Striveling:—TENEND. dictis Jo. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. quibuscunque, de dicto Alex.:—REDDEND. annuatim 4 libras; necnon faciendo dicto Alex. servitium tempore exercitus regis; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum:—INSUPER, si dicte persone vel heredes inciderent in aliquo amerchiamento, vulgariter *bludewekis*, solverent dicto Alex. pro quolibet *bludeweke* 40 sol.:—TEST. Alex. Levingstoun filio et herede apparente dicti Alex., M. Jo. Williamesoun preposito de Seyttoun, Geo. Weddell, Alex. Young, Jac. Young, D. Jac. Arthur capellano, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 3 Nov. 1536]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 214.

910. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam quondam Alexandri Levingstoun de Terentera,—[qua, pro bono servitio, et pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO ARTHOUR (in Balquhatstane), et JONETE WEDDELL ejus sponse,—tertiam partem terrarum suarum de Balquhatstane, per dictos Alex. A. et Jon. occupatam, extenden. in rentali suo ad 40 sol. (reservata *ut in carta* 909), in parochia de Slamannan, vic. Striveling:—TENEND. dictis Alex. A. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. A. quibuscunque, de dicto Alex. L.:—REDDEND. &c. (*ut in carta* 909)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 218.

911. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REGINA &c., confirmavit JOANNI PETTINDREICH de eodem, et MARGARETE DUMBREK ejus conjugi,—terras et villam terrarum dominicalium, *lie* Manis, de Pettindrech, cum toftis, croftis &c., vic. Banff; —quas idem Joannes resignavit :—TENEND. dictis Jo. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joannis quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 222.

912. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REGINA &c., concessit ANDREE KER, filio et heredi apparenti D. Walteri K. de Cesfuirde militis,—terras et baroniam de Cesfuirde, cum castro et annexis, viz. terram husbandiam in Cavertoun vulgo Huntlyislandis nuncupat., terras et baroniam de Auld Roxburgh, cum castro, castri loco, molendino, jure patronatus hospitalium de *Masyndewis* Jedburgh et Roxburgh respective, terras de Altounburne, vic. Roxburgh; cum turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, nemoribus, piscariis, toftis, croftis, tenentibus &c. ;—quas dictus Walt. resignavit :—TENEND. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Walt. de corpore legit. procreatis, quibus def., M. Marco K. fratri dicti Walt. et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., And. K. fratri ejusdem et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., And. K. de Fawdounsyde et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., D. And. K. de Hirssell militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Gilberto K. de Primsydeloch et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jac. K. de Mersingtoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Geo. K. de Lyntoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., (Geo.) K. de Gaitschaw et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti And. cognominis de Ker et arma domus de Cesfurde gerentibus :—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme, cum *lie castell-wairdis* debit. et consuet. :—RESERVATIS dicto Walt. libero tenemento, et Isobelle Ker ejus sponse vitali redditu et conjuncta infeodatione in quantum de aliqua parte earundem habuit, cum rationabili tertia cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 238.

913. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REGINA &c., concessit ANDREE KER, filio et heredi apparenti Walteri K. de Cesfurde militis,—terras de Prymside cum earum molendino, extenden. ad 20 librat. antiqui extentus, binas partes terrarum de Cavertoun vulgo Ruthirfuirdislandis nuncupat., terras de Fothringame cum molendino, 20 librat. ant. ext. de Hownum cum molendino, 20 librat. de Smalhame, vic. Roxburgh; cum turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, nemoribus, piscationibus, toftis, croftis, advocationibus ecclesiarum, beneficiorum, capellaniarum, tenentibus &c. omnium dict. terrarum ;—quas dictus Walt. resignavit :—TENEND. (*ut in carta* 912) :—REDDEND. annuatim wardas &c., cum tribus sectis ad tria placita capitalia vic. de Roxburgh :—RESERVATIS (*ut in carta* 912) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 239.

914. Apud Edinburgh, 12 Mar.
REGINA &c., tanquam princeps et senescalla Scotie, concessit ANDREE KER, filio et heredi apparenti D. Walteri K. de Cesfurde militis,—20 marcat. terrarum de Cavertoun, vulgo Boydis-landis, in dominio de Cavertoun, vic. Roxburgh ;—quas dictus Walt. resignavit :—TENEND. (*ut in carta* 912) :—REDDEND. 21 marcas feudifirme; ac sustentando politiam fundo corresponden. :—RESERVATIS (*ut in carta* 912) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 240.

915. Apud Edinburgh, 14 Mar.
REGINA &c., confirmavit GEORGIO RAMSAY feodatario de Dalhoussy, et ELESABETH HEPBURNE ejus sponse, —2 terras husbandias ville de Fulden (per Geo. Ramsay occupat.), vic. Berwik; terras de Eister et Wester Boddummys (per Mariotam Alexander olim occupat.), terras de Edislaw (per Alex. Pentland occupat.), vic. Edinburgh ;—quas idem Geo. resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Eles. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et

propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Geo. quibuscunque :—FACIEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 229.

916. Apud Linlythqw, 24 Mar.
REGINA &c., confirmavit cartam Johannis Erskin de Manes,—[qua, pro summa pecunie per Jo. Wischart de Pittaro persoluta, vendidit JOANNI WISCHART pupillo, filio et heredi quondam Jacobi W. de Carnebeg, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem solarem terrarum ville sue de Balhaggarteis, in baronia ejusdem et comitatu de Mar :—TENEND. de regina :—TEST. Jo. Arbuthnot in Portertoun, Jo. Gorthy, Tho. Nairne, D. And. Arbuthnot capellano, D. Jo. Smyth notario publico : —Apud Pittaro, 20 Mar. 1553]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 217.

ANNO DOMINI 1554. ANNO REGNI 12.

917. Apud Linlythquhow, 28 Mar.
REGINA &c., concessit JACOBO HAMMILTOUN filio et heredi apparenti Andree H. de Meidhope, et ejus heredibus,—5 librat. terrarum de Schawfeild, in baronia de Rutherglen, vic. Lanark ;—quas Elesabeth Hammiltoun de Schawfeild resignavit : —RESERVATO libero tenemento dictis Eles. et Andree ejus sponso :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 623.

918. Apud Edinburgh, 28 Mar.
REGINA confirmavit cartam Johannis Swyntoun de eodem,—[qua, pro summa pecunie per Rob. Lauder de Bas persoluta, vendidit KATHERINE LAUDER filie legitime et natu maxime dicti Rob., in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras suas de Cranschawis, Thornneburne, Howbog et Doghous, cum molendinis, turribus &c., vic. Berwik :—TENEND. de regina :—TEST. Wil. Wod in Newmyln, Hugone Wod in Petcokkis, Clariode Robesoun, Jac. Steill, Joh. Lawder in Farnelawis, D. Willelmo Lamb notario publico :—Apud Crenschawis, 24 Oct. 1552] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxi. 301.

1033. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REGINA dedit literas legitimationis HUGONI KENNEDYE bastardo, filio naturali Johannis Kennedy in Skeldoun.
xxxi. 271.

1034. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REGINA confirmavit cartam Malcolmi M'Kee de Craichlaw,—[qua,—cum consensu conjugis sue Cristine Dunbar, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., —pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HUGONI KENNEDY de Barquhone, heredibus ejus et assignatis,—4 marcat. terrarum antiqui extentus de Camquhart, in baronia de Loncastell, vic. Wigtoun :—TENEND. de regina :—TEST. Niniano Boyd de Achtrochir, Arch. Underwod, Wil. Boyd, Quintino Boyde, Alex. Ros, Johanne Boyd fabro, Jacobo Dalgleis, Alex. Adair notario publico :—cum subscriptionibus dictorum Malc. et Cris., scribere nescientium, manibus calamo appositis et per notarium ductis : —Apud Insche, 30 Jul. 1551] :—TEST. 35. 29. 4. 38. 39. 40. 30. 32.
xxxi. 277. et 316. et xxxii. 654.[1]

1035. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REGINA confirmavit JACOBO FORESTAIR de Corstorphin, et JONETE LAUDER ejus conjugi,—terras de West-Cragis de Corstorphin, cum tenentibus &c., vic. Edinburgh; terras de Clerkingtoun, cum turre, fortalicio, manerio, tenentibus &c., molendinis, multuris, carbonibus, carbonariis, advocatione beneficiorum, baronie de Corstorphin unitas, vic. Edinburgh;—quas idem Jac., cum consensu M. Henrici Sinclar decani Glasguen., M. Johannis Sinclar decani a Restalrig, M. Davidis Borthuik de Lochill, et Davidis Forestair burgensis de Edinburgh, curatorum suorum, resignavit :—TENEND. dictis Jac. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis et tallie dicti Jac. quibuscunque; absque ruptura dicte baronie :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 300.

1036. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REGINA confirmavit ADAMO FRANCHE de Thornydikis, et MARGARETE HOPPRINGILL ejus conjugi,—terras de Thornydikis, cum manerie, molendinis, tenentibus &c., vic. Berwik; unam tenandriam terrarum in villa de Petcokkis cum *lie mylsteid* earundem, vic. Edinburgh, infra constab. de Hadingtoun;—quas idem Adamus personaliter resignavit :—TENEND. dictis Ad. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Adami quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxi. 283.

1037. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REGINA confirmavit cartam Johannis Boill de Kelburne,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo ROBERTO BOILL—5 marcat. terrarum de meridionali Ballachtmarting antiqui extentus, in insula majori Cumray, vic. Bute :—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque, de regina tanquam principe et senescalla Scotie :—REDDEND. annuatim 4 libras 6 sol., 5 bollas ordei et unam *lie lardinar mart* :—RESERVATO libero tenemento dicto Joh. et Agneti Ros sponse sue,

[1] The list of witnesses is in the last copy only.

et eorum alteri diutius viventi:—TEST. Joh. Andro, Joh. Or in Fairlie, Joh. Huntar in Cumray, D. Jacobo M'Werartye vicario de Kingert:—cum subscriptione dicti Joh. B. per dictum D. Jac. M'Werartye notarium super calamum ducta:—Apud Kelburne, 6 Oct. 1554]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 289.

1038. Apud Edinburgh, 8 Feb.
REGINA confirmavit cartam quondam Willelmi Turing de Foverne,—[qua, pro summa pecunie sibi tradita, et pro aliis beneficiis, concessit JONETE LESLIE, in ejus pura viduitate, in vitali redditu,—terras de Petmillan et Miltoun de Foverne, in baronia de Foverne, vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—TEST. Johanne Spens dom. juniore (de) Bodum, Sebastiano Innes, Walt. Innes, Nich. Murray, M. Gilb. Blakhall, D. Wil. Thomesoun:—Apud Tullefour, 12 Dec. 1550]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 290.

1039. Apud Edinburgh, 9 Feb.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Suthirland de Duffous et Querrelwod,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI SUTHIRLAND de Kirkland de Duffous, et MARGARETE DUNBREK ejus sponse,—10 acras terrarum orientalis partis ville ecclesiastice de Duffous (per dictum Joh. occupat.), in dominio de D., 4½ acras de Lidgait de Querrelwod (per Tho. Collie occupat.), in dominio de Q., vic. Elgin et Fores:—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Johannis quibuscunque et assignatis, de regina:—REDDEND. servitia debita et consueta:—INSUPER dictus Alex. obligavit se, heredes suos et assignatos, ad relevand. dict. 4½ acras ab omni annuo redditu exeunte de Lidgait et Querrelwod capellanis ecclesie cathedralis Moraviensis sive aliis:—TEST. Tho. Young burgen. de Elgin, Jac. Gaderar burgen. de Elgin, Wil. Innes in Crukemure, D. Joh. Gibsoun notario publico:—Apud Elgin, 1 Jun. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 279.

1040. Apud Edinburgh, 9 Feb.
REGINA confirmavit cartam Thome Cuming dom. baroniarum de Alter et Doles,—[qua,—cum consensu Alexandri Cuming de Ernside et M. Alexandri Cuming de Barmukkatie, curatorum suorum ad lites et negotia, necnon (quondam) Alexandri C. de Alter avi sui, vitalis redditarii dictarum baroniarum,—pro summa pecunie dicto avo suo de consensu dict. Tho. et curatorum persoluta, vendidit JACOBO INNES de Drany, et KATHERINE GORDOUN ejus sponse,—villas et terras de Blakhillis, Reuynnour et Rewiniche, in baronia de Dolles, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dictis Jac. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, quibus deficientibus, Jacobo I. eorum filio secundario, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Tho. I. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Pat. I. fratri dicti Tho., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Wil. I. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jacobi senioris quibuscunque, de regina; cum potestate ad colend. dict. terras hactenus minime cultas:—RESERVATIS astrictis multuris de Blakhillis ad molendinum de Dolles:—REDDEND. dicto Tho. C. 2 den. argenti nomine albe firme:—TEST. Johanne Cuming burgen. de Elgin, Joh. Annand, D. Joh. Gibsoun, notariis publicis:—Apud burgum de Elgin, 13 Apr. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 280.

1041. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REGINA confirmavit cartam Roberti Logane de Restalrig,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit (servitori regine) M. ROBERTO RICHARDSOUN vicario de Ekfurde, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem suam terrarum de Gogar vocat. Nethir Gogar (occupat. per Rob. Craufurde, Rob. Young, Nich. Young, Georgium Uchiltre et Joh. Uchiltre), vic. Edinburgh:—TENEND. de regina:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—TEST. Jac. Logane, Geo. Fergussoun, Geo. Skirling, Petro Eldair, Joh. Young, Alex. Wedderburne, notariis:—Apud Edinburgh,

8 Nov. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 303.

1042. Apud Striviling, 14 Feb.
REGINA concessit JOHANNI DUNBREK filio et apparenti heredi Willelmi D. de Urtan, heredibus ejus et assignatis,—quintam partem terrarum et baronie de Barmuktie cum piscariis, excepta dimedietate terrarum de Mulben Johanni Grant de Freuquhy spectante, vic. Elgin et Fores;—quam dictus Wil. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Wil.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 313.

1043. Apud Striveling, 25 Feb.
REGINA dedit literas legitimationis DAVIDI ANDERSOUN, filio naturali quondam Davidis Andersoun in Newtile. xxxi. 293.

1044. Apud Edinburgh, 29 Feb.
REGINA confirmavit cartam Johannis Erskin baronis de Balhaggartie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI ERSKIN de Dun, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Eistir Brechin, alias Westir Morphy vel Morphy-Fraser (viz. Manis-Petbidlie cum *lie cruvis* et salmonum piscaria super aquą de Northesk, terras de Cantirland cum manerie, terras de Kynnard, cum superioritate de Lumgar cum lacu et piscaria earundem), vic. Kincardin:—REDDEND. annuatim regine tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Kincardin, cum servitio warde &c., necnon servitia debita et consuet.:—TEST. Wil. Fullartoun de Ardech, Geo. Wischart burgen. de Dunde, Roberto Gaw, Andrea Carnegy, Alex. Strathauchin, Joh. Berclay, D. Johanne Gilbert notario publico:—Apud Dun, 10 Jan. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 357.

1045. Apud Striveling, 8 Mar.
REGINA, tanquam princeps et senescalla Scotie, post legitimam etatem suam 12 annorum completam, et post generalem revocationem in postremo parliamento suo factam, de novo dedit et quitteclamavit EDWARDO MURE de Myddiltoun in vitali redditu, et JOHANNI MURE heredi-tarie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Middiltoun, cum tenentibus &c., in baronia de Terboltoun, balliatu de Kilestewart, vic. Air;—que fuerunt dictorum Edw. et Joh. ut supra, tente de Matheo olim com. de Levinax; et quas, cum regine devenerant ob forisfacturam dicti Mathei, regina cum consensu Jacobi ducis de Chasteau-la-rault com. Aranie dom. Hammyltoun &c., tunc tutoris sui, contulit quondam Jacobo Hammiltoun de Bogwod, dictos Edw. et Joh. (quamvis insontes a criminibus dicti Mathei) de eorum hereditate denudans; et quas dictus Jacobus H. a dictis Edwardo et Johanne usque in suum decessum detinuit; et que regine jam secundo devenerunt ratione dicte revocationis:—TEST. "*ut prescribitur.*"
xxxi. 282.

1046. Apud Striveling, 8 Mar.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Dunbar de Cumnok,—[qua, pro magna summa pecunie sibi per Alex. Andersoun persoluta, vendidit JACOBO ANDERSOUN filio dicti Alex. A., et BESSETE INNES ejus sponse,—terras suas de Chappelfeild, in dominio de Westfeild, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dictis Jacobo et Bessete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque:—REDDEND. regine unum den. albe firme:—TEST. David Thomsoun burgen. de Elgin, Johanne Chesholme, David Thom-elder, D. Johanne Gibsoun notario publico:—Apud Elgin, 31 Mar. 1553]:—Necnon aliam cartam ejusdem Alex. Dunbar,—[qua, pro magna summa pecunię sibi per Alex. Andersoun de Pettinsair persoluta, vendidit dictis Jacobo et Bessete, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis,—duodecimam partem ville et terrarum de Westfeild (per David Boythe tenentem occupat.), in dominio de Westfeild, vic. Elgin et Fores:—TENEND. de regina:—REDDEND. dicto Alex. D. unum den. albe firme:—TEST. et de data *ut supra*]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 309.

1047. Apud Striveling, 9 Mar.
REGINA concessit MARTINO WAUS burgensi de Invernys, patruo quondam D. Johannis W. capellani, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre cum cauda, extenden. ad tres particatas, in burgo de Invernys ex parte orientali vici quo itur ad ecclesiam ejusdem (inter terras D. Davidis Cuthbert et Jac. Patersoun, et *lie* Foulepule);—quod regine devenit ob decessum dicti Joh., bastardi non legitimati et sine legit. dispositione facta:—REDDEND. servitia burgi debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 278.

1048. Apud Striviling, 16 Mar.
REGINA confirmavit cartam Johannis Bannatyne de Corhous,—[qua, pro amore &c., concessit ISSOBELLE HAMMYLTOUN filie quondam Jacobi com. Aranie dom. Hammyltoun, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—dimedietatem terrarum de Logoch et Allerstokis, vic. Lanark:—TENEND. de rege:—TEST. Rob. Leslie de Inverpeffer, Joh. Hammyltoun de Newtoun, Jacobo Meldrum notario publico:—Apud Edinburgh, 21 Jul. 1529]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 333.

1049. Apud Striveling, 23 Mar.
REGINA concessit ROBERTO CALLENDER de Duratour, in vitali redditu,—2½ marcatas terrarum de Wester Mukcroft (per Jac. Robesoun occupatas), 20 sol. de Thomfyn (per quondam Wil. Menteith prius occupat.), in quibus dictus Rob. in vitali redditu tunc extitit, in comitatu de Levinax, vic. Striveling;—necnon ROBERTO CALLENDER de Ballencloch juniori, filio dicti Rob. C. de D., heredibus ejus et assignatis,—dictas terras, cum 2½ marcat. de Wester Mukcroft, et terras de Ballincloch, Corroure, Baldow, Thombowe, Eister Mukcroft, Litill Mukcroft, cum tenentibus &c., in dictis comitatu et vic.;—que omnes fuerunt predecessorum dicti Roberti junioris, de Matheo olim com. de Levinax tente; et regine devenerunt ob forisfacturam dicti Mathei, et Willelmo domino Simpill disposite fuerunt, qui eas dicto Rob. juniori concessit; et que regine devenerunt ratione generalis revocationis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 284.

1050. Apud Striviling, 23 Mar.
REGINA confirmavit cartam Jacobi Scrymgeour de Glaswaill,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME OGILVY de Westir-Cragis, et JONETE FRASER ejus sponse,—dimediam partem tertie partis terrarum de Wester Glenquharratie et Bellentor, in baronia de Lumthrathine et vicecomitatu de Forfar:—TENEND. dictis Thome et Jonete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos procreatis et eorum assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, dicti Tho. heredibus legit. in secundis nuptiis procreandis, et assignatis dicti Tho., quibus def., Joanni O. filio naturali dicti Tho., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., Joanni O. fratri germano dicti Tho., et heredibus ejus masc. legitime procreatis, quibus def., Alex. et Arch. O. fratribus germanis dicti Tho. et heredibus eorum masc. respective, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Tho. et assignatis quibuscunque, de regina:—TEST .Jacobo Barre, Geo. Robertsoun, Geo. Spalding, Alex. Ramsay, Jo. Guthre, Rob. Alexandro, notariis publicis:—Apud Dunde, 20 Apr. 1555]:—INSUPER dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 655.

ANNO DOMINI 1556. ANNO REGNI 14.

1051. Apud Striviling, 25 Mar.[1]
REGINA concessit ALEXANDRO HOME, filio et heredi apparenti Georgii H. de Lundeis,—5 marcatas terrarum de Unschenach, 10 marcat. de Rednoch, terras de Argatheis et Lundeis extenden. ad 16 librat. 13 sol. 4 den., cum tenentibus &c., in dominio de Menteith, vic. Perth;—quas

[1] Dated 24 Mar. 1556, an. reg. 14. As this involves a discrepancy between A.D. and regnal year, the above date is adopted from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxviii. fol. 69.

dict. Geo. resignavit :—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus quibuscunque :—RESERVATIS regine maritagio dicti Alex. cum contingeret; necnon libero tenemento dicto Geo. et Margarete Erskin ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 235.

1052. Apud Striveling, 13 Apr.
REGINA dedit literas legitimationis PAULO DUNBAR bastardo, filio naturali Johannis D. de Mochrame. xxxi. 291.

1053. Apud Striviling, 13 Apr.[1]
REGINA concessit AGNETI CRAUFURDE, filie seniori et uni heredum quondam Willelmi C. de Hanyng,—dimedietatem terrarum de Manwell, viz. terrarum de Hanyng, Mawdustoun, Nicholtoun, Gillanderisland, Manwellrig, Gilmudylandis ac Westir Ballinbreich, necnon molendini de Manwell, cum tenentibus &c., vic. Striviling;—quam Margareta C., filia junior et una heredum dicti Wil., resignavit :—TENEND. dicte Ag. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicte Ag. quibuscunque :—TEST. . . . . xxxi. 304.

1054. Apud Striveling, 16 Apr.
REGINA,—intelligens quod progenitores sui multa et diversa privilegia artificibus burgorum et civitatum regni sui concesserunt, nempe ut eligerent homines suarum artium in superiores et decanos ad visitandum et expendendum omnes artes ut nulla extortio in liegiis regni Scotie in usum traheretur, sed ut quilibet artifex laboraret sedulo in sua arte citra fraudem, et ut conficerent statuta, mulctas et tormenta desuper, et eadem executioni demandarent, et ut persone per hujusmodi artifices lese compensarentur; preterea concesserunt privilegia probis artificibus qui liberi burgenses burgorum essent ad navigandum et mercimoniis utendum sicut alii mercatores regni Scotie; cum aliis privilegiis &c.;—quibus tamen per actum parliamenti mense Jun. 1555 ob certas causas derogando, ordinatum extitit ne ulli decani exinde intra burgum eligerentur, sed ut prepositus et ballivi ac consules uniuscujusque burgi artifices maxime probos et in eorum artibus edoctos eligerent ad festum Divi Michaelis annuatim, et ne ulli artifices officium gererent intra burgum preter duos annuatim eligendos in concilium burgi, cum diversis aliis restrictionibus &c.;—a cujus statuti tempore nihil ex causis que ad id parliamentum impulerunt, ad effectum est deductum; quinimmo omnia remissius quam antea acta sunt;—propterea dispensavit cum omnibus ARTIFICIBUS BURGORUM ET CIVITATUM REGNI SCOTIE circa dict. actum parliamenti, ac reposuit eos ad habend. decanos artificiorum qui suffragia et vota in eligendis burgorum officiariis haberent &c., et audirent computa communium bonorum et essent pars auditorum eorundem, et convenirent et facerent licita statuta circa suas artes ad conservationem boni ordinis et sustentationem divini servitii ad sua altaria, et navigarent &c. :—INSUPER omnia privilegia per progenitores suos concessa ratificavit. xxxiii. 192.

1055. Apud Edinburgh, 29 Apr.
REGINA concessit ARCHIBALDO ERGADIE COMITI dom. Campbell et Lorne &c., heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—5 marcatas terrarum antiqui extentus de Fewnand, cum piscaria earundem super aqua de Aw, unam marcat. ant. ext. de Auchindryne, cum tenentibus &c., in baronia de Lochow, vic. Ergile;—quas Duncanus M'Corkatill de Fawteland resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 295.

1056. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REGINA dedit literas legitimationis ROBERTO LUVELL bastardo, filio naturali Willelmi L. xxxi. 294.

1057. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REGINA confirmavit cartam Davidis Hoppringill de Slegden,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ALEX-

[1] The date is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxviii. fol. 26.

ANDRO HUME de Manderstoun, heredibus ejus et assignatis,—5½ terras husbandias de Slegden, in comitatu Marchie, vic. Berwik :—REDDEND. regine 7 libras 10 sol. feudifirme; ac duplicando dict. firmam ad introitum heredum :—TEST. Geo. Hume, Joh. H., fratribus dicti Alex., Bartholomeo Hume, Wil. Smaill, Alex. Lidgait, D. Jac. Broun capellano :—cum subscriptione notarii pro dicto Dav. scribere nesciente :—Apud Manderstoun, 19 Feb. 1555] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 302.

1058. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REGINA confirmavit cartam Johannis Drummond de Innerpeffry militis,—[qua, cum consensu Margarete domine Gordoun conjugis sue, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., concessit consang. suo WILLELMO DRUMMOND de Balloch, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cultquhattak et Cultballoch, in senescallata de Straitherne, vic. Perth;—in excambium pro terris de Bordland de Creif et Broich, in eisdem senesc. et vic. :—TENEND. de regina in feudifirma :—REDDEND. pro Cultballoch 5 lib., et 6 sol. pro *lie mart sylver*, pro Cultquhattok 3 lib., et 6 sol. pro *lie mart sylver* :—TEST. M. Jac. Gordoun cancellario Moravien., Pat. Maxtoun, Geo. Ogilvy, Jac. Striveling, Andrea Toscheoch juniore de Monze, D. And. Strathhenry prebendario de Monze notario publico :—Apud Innerpeffre, 12 Mar. 1554] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 443.

1059. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REGINA confirmavit cartam Alisone Chartris relicte Thome Fotheringhame de Powry,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit CRISTOFERO (sive Cristallo) SEYTOUN in vitali redditu, et ALEXANDRO SEYTOUN ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Torsoppy, cum cimbicula et piscaria super fluvium de Tay pro salmonum aliorumque piscium captura, vic. Perth :—TENEND. de regina :—INSUPER constituit David Seytoun et Jac. Seytoun ballivos suos ad dand. sasinam :—TEST. Wil. Bonar de Rosse, Wil. B. et Davide B. filiis ejus, Davide Balfour servo ejus :—Apud Wester Powrie, 16 Maii 1555] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 294.

1060. Apud Edinburgh, 30 Apr.
REGINA confirmavit cartam Alsone Charteris, relicte Thome Fotheringhame de Powrie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit CRISTOFERO SEYTOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Fergundeny, vic. Perth :—TENEND. de regina :—cum precepto sasine directo Alexandro Rankelour et Johanni Spens :—TEST. D. Joh. Broun, Walt. Peirsoun, Tho. Peirsoun, Davide Peirsoun :—Apud Powrie, 3 Nov. 1554] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 296.

1061. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REGINA confirmavit ROBERTO BOYD filio et heredi apparenti Adami B. in Penkill, et KATHERINE GORDOUN ejus conjugi,—4 marcat. terrarum de Pemont alias Culsow antiqui extentus, et 20 sol. de Pene ant. ext., cum mansione, edificiis, hortis et pomeriis, in comitatu de Carrik, vic. Air;—quas idem Rob., cum consensu dicti Adami liberetenementarii earundem, resignavit :—TENEND. dictis Roberto et Katherine eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legitimis heredibus dicti Roberti quibuscunque, de regina tanquam Scotie principe et senescalla :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 63.

1062. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REGINA dedit literas legitimationis ALEXANDRO KINCRAIGY bastardo, filio naturali quondam Roberti K. de Auld Lindoris. xxxi. 296.

1063. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REGINA dedit literas legitimationis JOHANNI SCHAW bastardo, filio naturali Johannis S. lanionis in villa de Leith. xxxi. 298.

1064. Apud Edinburgh, 1 Maii.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Gordoun de Auchindoir,—[qua, pro summa

pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO GORDOUN nepoti suo, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Johnnis-leis, extenden. ad 40 sol. antiqui extentus, vic. Abirdene :—TENEND. de regina :—TEST. Geo. Gordoun, Geo. Leslie, Adamo Mark, D. Davide Andersoun sacellano, Tho. Daloquhy notario :—cum subscriptione notarii de mandato dicti Wil. senioris :—Apud Auchindoir, 15 Apr. 1556] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 299.

1065. Apud Edinburgh, 1 Maii.

REGINA confirmavit cartam Jacobi Ros de Ouchtergavin,—[qua,—cum consensu Margarete Creichtoun conjugis sue,—pro dilectione &c., ac pro amplis pecuniarum summis persolutis, vendidit JACOBO ROS filio suo et heredi, et JONETE SCHAW ejus sponse,—terras de *lie* Manis de Ouchtergavin, cum manerio et principali loco habitationis sue, tertia parte molendini ejusdem, orientalem dimedietatem de Preistoun de Ouchtergavin, cum tenentibus &c., in baronia de Ouchtergavin, vic. Perth : —TENDND. dictis Jac. juniori et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus quibuscunque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. junioris quibuscunque, de regina : —RESERVATIS libero tenemento dicto Jac. seniori, et vitali redditu dimedietatis dict. terrarum, cum principali et vetere aula habitationis sue, dicte Marg. :—TEST. D. Waltero Robertsoun notario publico, Joh. Spens, Joh. Watterstoun :—Apud Ouchtergavin, 27 Apr. 1556] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 320.

1066. Apud Edinburgh, 1 Maii.

REGINA confirmavit cartam Jacobi Striviling de Keir,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WALTERO GRAHAME, et MARGARETE STRIVILING ejus sponse, sorori dicti Jac.,—5 marcat. terrarum antiqui extentus de Broklandkilloch (per Malc. Makgrever et . . . . occupatas), in senesc. de Menteith, vic. Perth :—TENEND. dictis Walt. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walteri quibuscunque, de regina :—TEST. Willelmo Striviling de Ardoch, Dominis Andrea Lauder, Alex. Andersoun, capellanis chori Dunblanen., Roberto Leirmonth notario publico :—Apud civitatem Dunblanen., 30 Apr. 1556] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 355.

1067. Apud Edinburgh, 1 Maii.

REGINA confirmavit cartam Davidis Cunynghame de Robertland,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GRISILLIDI HAMMYLTOUN filie legitime quondam Jacobi H. de Stanehous, in vitali redditu,—6 marcat. terrarum de Cassiltounes, cum molendino fullonum earundem, 40 sol. de Horsmure, 40 den. de Lochsyde, 40 sol. de Halket, terras de Watterland-Hessilbank extenden. ad 5 marcat., in balliatu de Cunynghame, vic. Air ; 16 solidat. de Castelwallis antiqui extentus, in baronia et vic. de Renfrew :—REDDEND. regine unum den. albe firme :—INSUPER dictus Dav. voluit quod unica sasina apud Cassiltoun capienda pro omnibus staret :— cum precepto sasine directo Cuthberto Cunynghame :—TEST. Pat. Cunynghame fratre dicti Dav., Jacobo Hammyltoun de Wodsyde, Jacobo Weir in Nerstoun, Joh. Mure notario publico :—Apud Irwin, 26 Mar. 1556] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 419.

1068. Apud Edinburgh, 2 Maii.

REGINA confirmavit cartam factam per Tho. Mowbray de Foulfurde, cum consensu M. Johannis Spens ejus curatoris,—[qua, —pro perimpletione contractus initi inter Joh. Mowbray de Barnbowgall fratrem suum ab una, et se et dict. curatorem cum auctoritate officialis S. Andree infra archidiaconatum Laudonie interposita ab altera partibus, de data 24 Dec. 1555,—vendidit dicto JOHANNI MOWBRAY, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Foulfurde, cum carbonibus et carbonariis, vic. Edinburgh :—TENEND. de regina :—TEST. M. Wil. Pennycuke rectore de eodem, Hercule Meiffen burgen. de Edinburgh, Hugone Dowglas de Langnudry, Johanne

Moffat, Joh. Scot notario publico :—Apud Edinburgh, 2 Mar. 1555] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 312.

1069. Apud Edinburgh, 6 Maii.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Car portionarii de Lumlathin,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ISSOBELLE SCRYMGEOURE filie Jacobi S. de Bawbuchlie, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—sextam suam partem terrarum de Lumlathin, vic. Forfar :—TENEND. de regina :—TEST. Johanne Scrymgeoure de Glaistra constabulario de Dunde, Jacobo Scrymgeoure de Reidgothin, Jac. Scrymgeoure de Glaswell, Jacobo Nycholsoun : —Apud Edinburgh, 9 Maii 1556 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 335.

1070. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REGINA concessit GEORGIO CLAPANE nepoti et heredi apparenti Georgii C. de Carslogye, heredibus ejus et assignatis,—solarem dimedietatem terrarum dominicalium de Carslogye, cum principali loco, fortalicio, mansione, pomeriis, ortis, *lie parkis* et cunicullariis, vic. Fiffe ;—quas dictus Geo. senior resignavit :—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet. :—RESERVATO libero tenemento dicto Geo. seniori :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 315.

1071. Apud Edinburgh, 8 Maii.
REGINA confirmavit cartam Georgii Stratoun de eodem,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANDREE ARBUTHNOT in Petcarlis, in vitali redditu, et ROBERTO ARBUTHNOTH ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—terras et villam de Litill Futhes, in baronia de Stratoun, parochia de Kinneff, vic. Kincardin :—TENEND. de regina :—TEST. Joh. Stratoun fratre germano dicti Geo., Alex. Fullertoun de Dunnone, Arch. Burnet, Wil. Mores, Tho. Broun, D. And. Arbuthnot capellano : —Apud Pitcarlis, 31 Oct. 1555] :—INSUPER, pro bono servitio dictorum And. et Roberti, concessit eis nonintroitum cujuscunque heredis dict. terrarum ob quamcunque causam :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 334.

1072. Apud Edinburgh, 14 Maii.
REGINA confirmavit cartam Andree magistri de Errole, dom. feodi terrarum et dominii de Errole,—[qua,—cum consensu Georgii com. de Errole patris sui, domini liberi tenementi dictarum terrarum &c., ac Johannis com. de Suthirland, Patricii dom. Ruthven et M. Thome Hay prepositi de Bothanis,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit WILLELMO MURRAY de Tulibardin, heredibus ejus quibuscunque et assignatis,—solarem dimedietatem terrarum dominicalium de Errole (per And. Blair occupat.), terras de Lornye et Ros, necnon annuum redditum 8 bollarum victualium (tertiam partem frumenti, tertiam ordei, tertiam farine avenatice) de umbrali dimed. dict. terrarum dominicalium, vic. Perth :—TENEND. de regina :—TEST. Joh. com. de Athole, Joh. Stewart de Stuix, Tho. Hay rectore de Dulmaoch, Antonio Ruthirfurde, M. Joh. Hutoun, notariis publicis :—Apud Edinburgh, 13 Maii 1556] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 299.

1073. Apud Edinburgh, 21 Maii.
REGINA confirmavit JOHANNI MOWBRAY de Barnebowgall, et ELIZABETH KIRKCALDY ejus conjugi,—terras de Eist Craigy, cum molendino, cimba *lie cobill*, et piscaria super aqua de Awmond, et terras de Litill Barnebowgall, vic. Linlithqw ;—quas, partes baronie de Dummany prius extantes, idem Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 308.

1074. Apud Edinburgh, 25 Maii.
REGINA ad feodifirmam dimisit JACOBO MURE, filio et heredi quondam Alexandri M. in Bothkennar,—4 bovatas ex terris suis de Bothkennar, in dominio de Strivilingschire, vic. ejusdem :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 6 libras 18 sol. 8 den., 8 bollas

ordei, 8 capones, cum ariagiis et cariagiis debit. et consuet., secundum formam rentalis Jac. V. regis; ac duplicando dict. 6 lib. 18 sol. 8 den. ad introitum heredum; necnon faciendo politiam in edificatione domorum et hortorum et plantatione arborum solo corresponden.:—RESERVATO vitali redditu Katherine Levingstoun relicte dicti Alex. et matri dicti Jac.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 206.

1075. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REGINA concessit ALEXANDRO DALMAHOY filio et heredi apparenti Willelmi D. de eodem, heredibus ejus et assignatis, —terras et baroniam de Dalmahoy, cum molendinis, multuris, tenentibus &c., extenden. ad 10 libratas terrarum antiqui extentus, cum superioritate terrarum de Ovir Libertoun, cum turribus, fortaliciis et maneriebus, vic. Edinburgh;—quas dictus Wil. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Wil., ac maritagio dicti Alex. regine (si eum contingeret minime maritatum esse post decessum dicti Wil.), et rationabili tertia Helene Monypenny sponse dicti Wil. cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 310.

1076. Apud Edinburgh, 28 Maii.
REGINA,—quia progenitores sui &c. (*ut in carta* 1054),—respectum habens quod burgus de Perth potissimum sustentus est et indies fortunis, ordine et politia artificum increscebat, et quod illi numero reliquos inhabitatores dicti burgi excesserunt, et ipsos mercatores equarunt in solutione omnis generis portoriorum *lie stentis*, taxationum et impositionum quarumcunque in dict. burgum impositarum, et quod parati sunt perpetuo ad propugnandum regine auctoritatem suis corporibus et bonis sicuti reliqui dicti burgi,—dispensavit cum ARTIFICIBUS BURGI DE PERTH circa actum parliamenti mense Jun. 1555 tenti (quo provisum est ne decani artificiorum eligerentur &c.); ac reposuit ipsos ad habend. decanos artificiorum qui suffragia in eligendis burgorum officiariis intra burgum haberent, et quod dicti artifices qui sue artes fuerunt maxime periti, honesti et opulenti intra dict. burgum eligerentur ad ipsos eligendos in officia qualiter cum mercatoribus dict. burgi, et ut officiarii crearentur intra dict. burgum ad equalem numerum cum ipsis mercatoribus; et ut (ad) officia quorum uni duntaxat usus concessus est, mercatores et artifices vicissim annuatim seligerentur; et quod dicti artifices ad privilegia gilde pro solutione suorum denariorum decano gilde reciperentur, et si ab eo repellerentur, ut prepositus aut unus ballivorum eos reciperet sicuti prius consuetum fuit; et ut artifices fierent commissarii equali numero cum mercatoribus; et ut essent equales auditores compotorum communium bonorum dicti burgi; et ut haberent equalia privilegia, officia et libertates cum mercatoribus:—INSUPER ratificavit privilegia per progenitores suos dictis artificibus concessa. xxxi. 314.

1077. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REGINA confirmavit cartam Roberti Turing de Foverne,—[qua,—cum consensu Johannis Carnegy de Fetheis curatoris sui, —vendidit HELENE CARNEGY, in ejus viduitate, in vitali redditu,—terras suas de Mekill Tibberta, Watrachemure, Balgreischaw, Aitkynishill et Drummis, in baronia de Foverne, vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—cum precepto sasine directo Roberto Gardin:—TEST. M. Davide Carnegy rectore de Kynnoule, Alex. Lyell filio et herede apparente . . . . Lyell de Balmaledy, Geo. Carnegy, Pat. Ros:—Apud Kynnard, 27 Maii 1556]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 332.

1078. Apud Edinburgh, 31 Maii.
REGINA confirmavit cartam factam per Margaretam Cunynghame unam filiarum ac trium heredum quondam Jacobi C. de Polmais inter ipsum et (quond.) Agnetem Bruce ejus sponsam procreat., necnon unam ejus quinque heredum,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI CUNYNGHAME de Drumquhassill, et ISOBELLE CUNYNGHAME ejus conjugi,—tertiam suam partem terrarum subscript. sibi tanquam uni trium heredum dicti Jac. inter eum et dictam Ag. procreat. pertinentem, viz. $5\frac{1}{2}$ bovatarum de Arthmallair, 4 bovatarum de Polknaif, 5 marca-

tarum de Slamannane, dimedie bovate de Hallis de Arth, in baronia de Polmais-Cunynghame, vic. Striviling; necnon quintam suam partem reliquarum terrarum subscript., sibi tanquam uni quinque heredum dicti Jac. spectantem, viz. terrarum de Polmais-Cunynghame olim nuncupat. Polmais-Marschell, cum integra manerie, domibus, edificiis, hortis et pomariis, quintam partem terrarum de Polmais-Sinclare, quarte partis de Levylandis et de Arthbeg, quintam partem 2½ bovatarum de Erthmallare et brasinarum earundem, 3 bovatarum de Polfoulis, 10 marcatarum de Slamannane, cum quinta parte advocationis ecclesie de S. alternative cum vacare contingeret, quintam partem dimedie bovate de Hallis de Arth, piscationum 2 cobillarum super aqua de Forth, tertie partis de Escheschelis et Spittelfeild, integrarum terrarum de Bochaldy, sexte partis de Ardargy, bine partis de Ovir Auchinlosky, sexte partis de Petconochquhy, cum tenentibus &c. omnium dictarum terrarum, in baronia de Polmais-Cunynghame, vic. Striviling per annexationem; cum quarta (quinta) parte juris patronatus capellanie altaris apostolorum Petri et Pauli infra ecclesiam parochialem de Striviling:—Tenend. dictis Joh. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque, de regina:—Reddend. annuatim pro dict. partibus de Polmais-Cunynghame, Polmais-Sinclare, Levylandis, piscationum in Forth, Auchinlosky et Ardargy, unum den. argenti nomine albe firme; pro ceteris unam sectam ad tria placita capitalia vic. de Striveling, cum wardis &c.:—Reservato libero tenemento dicte Marg.:—Test. Alex. com. de Glencarne, Wil. Cunynghame de Cunynghameheid, Roberto ministro de Failfurd, Hugone Cunynghame de Walterstoun, Rob. Cunynghame filio et herede apparente dicte Marg., Wil. Cunynghame de Fynnik, M. Adamo Wallace, Willelmo Hegait notario publico, D. Geo. Brounsyde capellano ac notario publico:—cum subscriptione notarii pro dicta Marg. scribere nesciente:—Apud Glasqw, 27 Maii 1556]:—Necnon cartam factam per Katherinam Cunynghame unam filiarum et trium heredum &c. (*ut sup.*), necnon unam quinque heredum (*ut sup.*),—[qua,—cum consensu Duncani Narne sponsi sui pro ejus interesse,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit dictis Johanni et Isobelle—tertias et quintas partes suäs terrarum &c. suprascript. (manerie de Polmais-Cunynghame excepta):—Tenend. dictis Joh. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joh. quibuscunque, de regina:—Reddend. *ut sup.*:—Test. Rob. Bruce de Auchinbowy, Joh. Grahame de Baldorrane, Rob. Cunynghame, Tho. Adam, D. And. Dawsoun, M. Alex. Chalmer, Rob. Ramsay, notariis publicis:—cum subscriptione dicte Kath. per notarium publicum:—Apud Striveling, 26 Maii 1556]:—Test. 35. 29. 38. 39. 40. 30. 32. xxxi. 438.

1079. Apud Edinburgh, 2 Jun.

REGINA concessit ANDREE EPISCOPO CANDIDECASE, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 41 marcarum 2 sol. 8 den. de terris dominicalibus de Caprintoun, in balliatu de Kile-stewart, vic. Air;—que terre fuerunt Johannis Cunynghame de Caprintoun, de regina tanquam principe et senescalla Scotie tente per servitium warde; et 12 Maii 1556 dictus ann. red. appreciatus fuit et Johanni Craufurd in Schaw procuratori dicti And. venditus pro 783 marc. (de resta summe 829 marc. 6 sol. 8 den. dicto And. debite pro decimis garbalibus terrarum de Kilesmure et Barmure, in parochia de Mauchlene, vic. Air, croppe anni 1541, extenden. ad 34 celdras 9 bollas farine avenatice, pretium bolle 20 sol., perceptis per dict. Joh. absque licentia dicti And., tunc abbatis de Melros), necnon pro 41 marc. 6 sol. 4 den. pro salario Alexandri Strang clavigeri, vicecomitis in hac parte[1] (prout in appreciationis pro-

[1] On 21 Mar. 1555, the moveables found on the lands of Collisfeild had been apprized at the market cross of Ayr by Hector Dunbar of Coilstang, Geo. Craufurde in Balquhure, Wil. Wallace

cessu, manu D. Edwardi Lene notarii publici et scribe ejusdem signato, plenius contentum est):—et voluit regina quod dictus Joh. Cunynghame, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 307.

1080. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REGINA dedit literas legitimationis JOHANNI M'COULE et EUGENIO M'COULE bastardis, filiis naturalibus D. Dougalli Makcoule M'Infrear. xxxi. 305.

1081. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REGINA concessit ELIZABETH BLAIR, in libero tenemento,—quartam et decimamsextam partes terrarum de Kelour, exceptis molendino et terris molendinariis earundem, vic. Forfar;—quas Joh. Halden de Kelour, cum consensu Georgii Blair in Gardrum curatoris sui, resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 306.

1082. Apud Edinburgh, 4 Jun.

REGINA confirmavit cartam Roberti Forestar de Buchquhan,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME GRAHAME de Boquhoppill, et CRISTINE OLIPHANT ejus conjugi,—2 marcatas terrarum antiqui extentus de Calzemuk, in senesc. de Menteith, vic. Perth:—TENEND. dictis Tho. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, de regina:—TEST. M. Pat. Grahame rectore de . . . . . , Nigello Gilmour burgen. de Strivelingh, Joh. Fentoun, M. Alex. Chalmer notario:—Apud Striviling, 28 Maii 1556]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 354.

1083. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REGINA confirmavit cartam Willelmi Drummond de Ballocht,—[qua, pro perimpletione contractus initi inter se et Geo. D. filium suum ab una, et Hen. Drummond de Rickertoun et Marg. D. ejus filiam ab altera partibus,—concessit dicte MARGARETE DRUMMOND, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras de Cultballoch, in senesc. de Straitherne:—REDDEND. regine tanquam senescalle Scotie 5 libras 6 sol. feodifirme:—TEST. Andrea Myllar in Cultballoch, Joh. Philpsoun servo dicti Wil., Alano Justice, D. Rob. Rollok scriba curiarum vic. dé Perth, notariis publicis:—Apud Balloch, 22 Apr. 1556]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 389.

1084. Apud Edinburgh, 6 Jun.

REGINA confirmavit cartam Henrici Drummond de Rycartoun,—[qua concessit filio suo secundogenito legitimo WILLELMO DRUMMOND, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Petcarnis, cum molendinis, multuris, tenentibus &c., in senesc. de Stratherne, vic. Perth:—TENEND. de regina:—RESERVATO libero tenemento dicto Henrico et Jonete Creichtoun sponse sue:—cum precepto sasine directo Cristino Fynlasoun:—TEST. Roberto Low-

---

in Auchinweit, and David Cunynghame of Balquhane, viz. a brown (*subniger*) bandy-legged (*loripes*) horse for £40, a black horse at 20 marks, and a boll of oats at 20s.; but the bishop refused to take the horses at so high a valuation; and on 31 Mar. 1556 they were re-apprized at the market-cross of Edinburgh, by Wil. Lychtharnes, Tho. Holden, blacksmiths, John Ford dwelling in Edinburgh, and John Patoun, viz. the brown horse at £20, the black horse at £10; and at these prices they were sold to Symon M'Quharie servant and procurator of the bishop. The names of the assize summoned to apprize the lands on 21 Apr. 1556 were:—Geo. Campbell* of Mungarswod, Rob. Craufurde* (of Clolyland), ... Drumsey, Tho. Henry in Trabroch, Joh. Andersoun in Orchert, Jas. Campbell in Lochlie, Wil. Cunynghame* younger of Caprintoun, Jas. Michell* in Burnheid, David Craufurd of Kers, John Mure* in Auldtounburne, Wil. Dunlop in Robertoun, George Craufurd of Lefnoreis, Jas. Craufurd* in Maynholme, James Kennedy* of Knokdoun. They refused to return any verdict, and when summoned again for 12th May only those whose names are marked with an asterisk appeared; and the vacancies were filled by John Campbell in Logane, Pat. Logane of that ilk, Joh. Reid in Balloch-myln, Charles Tait of Adamehill, John Campbell of Schankistoun, Jas. Spottiswod in Fowlar, David Myllar in Parkmyln, Edw. Mure in Myddiltoun. Wil. Cunynghame younger of Caprintoun and Rob. Craufurd of Clolyland dissented from the finding, and the latter brought in a separate verdict.

mond, Wil. Drummond, Tho. Drummond, M. Malcolmo Drummond notario publico:—cum subscriptione dicti Hen., tangentis pennam notarii:—Apud civitatem Dunblanen., 25 Jul. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 391.

1085. Apud Edinburgh, 8 Jun.
REGINA dedit literas legitimationis JOHANNI DOWGLAS et ALEXANDRO DOWGLAS bastardis, filiis naturalibus Richardi D. clavigeri, servitoris sui. xxxi. 338.

1086. Apud Edinburgh, 8 Jun.
REGINA confirmavit fundationem factam per D. Wil. Broun rectorem de Cumnok et vicarium de Moy,—[qua, in presentia Jacobi Dempstar presbyteri Moraviensis dioces., notarii publici, donavit D. Johanni Patersoun sororio suo, vicario pensionario ECCLESIE PAROCHIALIS DE FORES, et ejus successoribus,—annuum redditum 20 sol. de terra seu tenemento et edificiis super eam sumptibus dicti Wil. constructis, in burgo de Fores ex parte boreali cimiterii dicte ecclesie parochialis (inter terram seu mansum dicti vicarii ad occiden., communem venellam ad torrentem nuncupat. *the Burne of Masset* ad orien.);—pro uno obitu annuatim &c.:—de quo ann. red. Pat. Boynd unus ballivorum burgi de Fores sasinam dedit dicto Joh.:—TEST. Arch. Broun, Jac. Duffe, burgen. de Fores, D. Joh. Clerk, D. Jacobo Rausoun, sacellanis, Tho. Broun serjando:—Super solo dicti tenementi, hora 3 P.M. aut eocirca, 6 Feb. 1553, indictione 12, pontificatus Julii III. anno 6]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 356.

1087. Apud Edinburgh, 8 Jun.
REGINA dedit literas legitimationis JOHANNI COCHRANE bastardo, filio naturali servi sui Alexandri C., ac JACOBO COCHRANE seniori et JACOBO COCHRANE juniori bastardis, filiis naturalibus Jacobi C. fratris germani dicti Alex. xxxi. 580.

1088. Apud Edinburgh, 16 Jun.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Wache de Dawik,—[qua concessit MARIOTE FLEMYNG filie Willelmi F. de Boghall, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—pro matrimonio inter se et eam contrahendo,—8 libratas terrarum antiqui extentus de Wester Dawik, cum terris dominicalibus, turre, fortalicio, manerie, molendinis, multuris, vic. Peblis:—TENEND. de regina:—TEST. Jac. dom. Flemyng, Wil. Flemyng, Jac. Cokburne de Skirling, Wil. Kincaid, Joh. Aitoun, Tho. Sinclare notario publico:—Apud Edinburgh, 6 Jun. 1556]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 387.

1089. Apud Abirdene, 23 Jun.
REGINA confirmavit ALEXANDRO CUMING de Culter, et JONETE STEWART ejus sponse,—terras de Hirne, in baronia de Culter-Cuming, vic. Abirdene;—quas idem Alex. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Jon. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 442.

1090. Apud Invernys, 13 Jul.
REGINA dedit literas legitimationis D. JACOBO TERRES (capellano), bastardo, filio naturali Andree Terres in Elgin. xxxi. 321.

1091. Apud Invernys, 13 Jul.
REGINA confirmavit cartam Donaldi Donowne de Kenroy, filii et heredis quondam Johannis D. de Davidstoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JOHANNI M'KENZE de Kintaill, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem suam terrarum de Cultaloid et Drine, in comitatu Rossie, vic. Invernys:—TENEND. de regina tanquam com. Rossie:—TEST. Dunc. Bayne de Tulche, Rob. Marschell, Lauchlano Bayne, Joh. Bayne, Alex. Makneill Dunnowne, Dunc. M'Gillandris, Donaldo M'Gillewan, burgensibus de Dingwall, M. Martino Logy, D. Davide Berclay, D. Joh. Robertsoun, notariis publicis:—cum subscriptione dicti Don. D. per penuam notarii:—Apud Tulch, 7 Jun. 1556]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 358.

1092. Apud Invernys, 23 Jul.
REGINA dedit literas naturalizationis RICHARDO WALKAR, in partibus Anglie nato, ad dignitatibus fruendum ac negotia licita exercendum.
xxxi. 323. et xxxii. 187.

1093. Apud Invernys, 23 Jul.
REGINA confirmavit cartam M. Davidis Dunbar decani Moraviensis,—[qua, pro magna summa pecunie persoluta, vendidit probe mulieri MAGEE FRASER in vitali redditu, necnon HUGONI ROS in Delny et AGNETI CHEISHOLME ejus sponse et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Hug. quibuscunque,—villam et terras de Clwyne, in baronia de Moythnes et Golfurde, vic. Narne :—TENEND. de regina: —TEST. M. Alex. Barone, Hugone Ros filio quondam Johannis R. de Ballevat, Florentino Hayme, D. Johanne Gibsoun notario publico :—Apud Boyth, 12 Jul. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxi. 324. et xxxii. 188.

1094. Apud Invernys, 2 Aug.
REGINA confirmavit JOHANNI DENONE, et KATHERINE ROS ejus conjugi,—terras dicti Johannis tertie partis ville et terrarum de Arkboll, in comitatu Rossie, vic. Invernys ;—quas idem Joh. resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxi. 337.

1095. Apud Invernys, 3 Aug.
REGINA concessit WALTERO OGYLVY, filio secundogenito Walteri O. de Boyne militis,—terras de Baldavy, in baronia de Monbray, vic. Banff ;—quas dictus Walt. senior et Cristina Keyth ejus conjux resignaverunt :—TENEND. dicto Walt. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Walteri senioris et assignatis quibuscunque :—RESERVATO libero tenemento dictis Waltero seniori et Cris. :—TEST. 35. 29. 4. 41. 39. 40. 30. 32. xxxi. 66. et 317.

1096. Apud Invernes, 7 Aug.
REGINA confirmavit cartam M. Davidis Dunbar decani Moraviensis,—[qua, pro magna pecunie summa persoluta, vendidit ALEXANDRO DUNBAR de Craigheid, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Petquhyne, vic. Narne :—TENEND. de regina :—TEST. Hugone Ros filio quondam Johannis R. de Balliviot, M. Alex. Barrone, Florentino Hayme, servitoribus dicti Dav., D. Joh. Gibsoun notario publico :—Apud Boith, 24 Jul. 1556]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 331. et xxxii. 192.

1097. Apud Invernys, 7 Aug.
REGINA concessit GEORGIO DOMINO GORDOUN, filio et heredi apparenti Georgii com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenach &c.,—officium vicecomitis de Invernys, necnon custodiam castri de Invernys cum terris assignatis pro feodo et custodia dict. castri, viz. Litil-Hiltoun, Portarland, Mekill Hiltoun, Casteltoun de Lefare, Culdowan, Knokingeill, Torbreik, Bellerobert, Esse, Tordorach, Bannachin, Drumdelyeok, Boichrobin, Dunnancroy, Dunnaynmoir, Dawchcarreach, Dawchlurgin, Dawchfoure, Dawchcarne, Dawchcreg, cum piscaria sub muro dicti castri, vic. Invernys ;—quas dictus com. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Georgio juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto comiti et ejus heredibus ut prius iterum reversuras ; cum potestate vicecomites deputatos ordinandi infra bondas de Caithnes, Ros, Lochquhabir et in aliis longinquis partibus, ac quotidie ad tempora necessaria sedendi in villis de Thane et Dingwell pro bondis Rossie, et in Weik et Dornoch pro bondis de Cathnes, et in Inverlochty et Kingusy pro bondis de Lochquhaber et Badyenach ; ac cum potestate fortalicia infra dict. castrum edificandi &c. :—TEST. 35. 4. 38. 39. 40. 30. 32. xxxi. 400.

1098. Apud Invernys, 14 Aug.
REGINA confirmavit cartam Thome

1206. Apud Oppidum Edinburgi, 26 Sept.
REGINA, e consensu trium regni statuum, ratificavit pacis fedus percussum per Geo. com. ab Huntlie dom. Gordoun et Badyenach &c. cancellarium, Rob. episc. Orchaden., Joh. Bellenden ab Auchnoule justiciarie clericum, et Rob. Carnegy a Kynnard, equites auratos, commissarios suos, cum Hoyteth Tiabbern, in urbe Embda consiliario, ANNE AB OLDENBURGH et Delmenhorst vidue Frisie orientalis comitisse legato,—[qua conventum est de abolitione inimicitiarum et libertate commercii inter Scotos et subditos dicte comitisse; item cautum est ex parte Scotorum ne quid derogaretur veteri amicitie cum Gallorum regibus; item, si contingeret imperatorem, Hispanie, Anglie Danieve reges, aliamve quamcunque nationem, contra reginam Scotie arma movere, dicta comitissa nulla eos re juvaret:—Apud civitatem Abirdonensem, 19 Oct. 1556]:—et clausulam, "jure tamen Germanici imperii in nos ratione feudi manente illeso," sic inseri voluit ut non esset liberum comitisse Embdensi cum ordinibus Germanici imperii copias jungere adversus Scotos, nisi belli denunciatione legitime facta:—literis manu Marie regine dotarie et regentis subscriptis. xxxi. 547.

1207. Apud Edinburgh, 30 Sept.
REGINA confirmavit cartam Christoferi Seytoun, fratris germani Johannis S. de Lathreis,—[qua concessit ALEXANDRO MYRETOUN, et CRISTINE SEYTOUN ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, ac DAVIDI MYRETOUN eorum filio in feodo, et heredibus ejus quibuscunque,—terras de Randelstoun et Ladilandis, in constabularia de Craill, vic. Fiffe:—TENEND. de regina:—TEST. Waltero Allirdice, M. Thoma Fermore, David Spens, notariis publicis:—Apud S. Andream, 9 Aug. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 310.

1208. Apud Edinburgh, 2 Oct.
REGINA confirmavit cartam Roberti Gordoun de Halheid,—[qua,—pro magna pecunie sibi per Jac. Innes de Towchis persoluta, et hoc pro finali perimpletione contractus matrimonialis,—concessit ELIZABETH INNES filie dicti Jac., in vitali redditu,—terras de Auldtoun et Bogfarne (reservatis molendino de B., multuris et *lie* Myll-croft ejusdem), in baronia de Cusny, vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—

TEST. Walt. Innes, And. Innes in Turraff, D. Joh. Innes pensionario de Abirkirdour: —Apud Auchintoill, 25 Sept. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 548.

1209. Apud Edinburgh, 2 Oct.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Falconar de Halkertoun,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ALEXANDRO WISCHART de Carnebeg, et MARJORIE FALCONAR ejus sponse,—mediam tertiam partem terrarum maneriei de Halkertoun, in baronia de H., vic. Kincardin:—TENEND. dictis Alex. W. et Mar. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus legit. et propinquioribus dicti Alex. W. quibuscunque et assignatis, de regina: —REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. Thoma Fraser, Joh. Perk, M. Alex. Wylee notario publico:—Apud Halcartoun, 30 Aug. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 253.

1210. Apud Edinburgh, 5 Oct.
REGINA confirmavit ANDREE LUNDY de Balgony, et JONETE LYNDESAY ejus conjugi,—terras de Pitlochie cum turre et fortalicio, terras de Bannothy cum molendino Bannothy-mylne nuncupato, in comitatu et vic. de Fyffe;—quas idem And. resignavit:—TENEND. dictis And. et Jonete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Andree quibuscunque, in feudifirma:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 549.

1211. Apud Edinburgh, 6 Oct.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Chene de Arnage,—[qua concessit JONETE FRASER matri sue, domine tertie de Arnage, in vitali redditu,—pro finali perimpletione contractus matrimonialis facti inter quondam Joh. C. patrem suum et dictam Jon.,—terras de Towye, dimedietatem occidentalem terrarum antiqui molendini de Arnage, cum dimed. molendini de A., terris molendinariis., multuris et sequelis ejusdem, in dominio de A., vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—TEST. M. Roberto Lummisden, Eliz. Keith, M. Joh. Robertsoun:—Apud Auchnacant, 6 Sept. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 571.

1212. Apud Edinburgh, 25 Oct.
REGINA concessit JOHANNI GRANT de Frewchquhy—terras de Parkhill, vic. Fiffe;—que regine devenerunt ob forisfacturam Johannis Leslie olim de Parkhill, et tunc ratione generalis revocationis, non obstantibus aliis dispositionibus earundem in minore regine etate factis:—TENEND. dicto Joh. G. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, in feudifirma:—SOLVEND. firmas &c. contentas in carta dicto Joh. L. concessa:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 552.

1213. Apud Edinburgh, 26 Oct.
REGINA confirmavit cartam quondam Johannis Creichtoun de Innernytie,—[qua, —cum consensu Eufamie Bruce sponse sue,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit THOME MARSCHALL archicoco regio, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westoun de Keynlandis (per Rob. Gregour, Alanum Dow et Wil. Brounjohne occupat.), in baronia de Innernytie, vic. Perth:—TENEND. de rege:—TEST. Johanne Creichtoun de Strathurd milite, Alex. C. filio dicti Joh. C. de Innernytie, Alex. Hammiltoun, Joh. Henry, Adam Wawane, Joh. Buchquhannane, Joh. Makneill, Alex. Makneill, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 27 Feb. 1534]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 575.

1214. Apud Edinburgh, 27 Oct.
REGINA confirmavit cartam Jacobi Striveling de Drongy-Neische,—[qua, pro pecuniarum summa sibi persoluta, vendidit M. PATRICIO GRAHAME rectori de Kilmoir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—25 solidat. terrarum de Drongy-Neische, per dictum Pat. occupatas, in senesc. de Menteith, vic. Perth:—TENEND. de regina:—TEST. Waltero Grahame de Drumlaane, Davide Drummond, Roberto Lany alias Buchquhannane M'Watte, Don-

aldo Haw, Rob. Don notario publico :—Apud Dalworne, 5 Jun. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 467.

1215. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REGINA dedit literas legitimationis ROBERTO LESLIE, filio bastardo naturali Georgii com. de Rothes. xxxi. 555.

1216. Apud Edinburgh, 28 Oct.
REGINA dedit literas legitimationis DAVIDI GUTHRE bastardo, filio naturali D. Jacobi G. xxxi. 569.

1217. Apud Edinburgh, 31 Oct.
REGINA confirmavit cartam Johannis Edyear de Wedderlie,—[qua,—pro perimpletione matrimonii,—pro quadam summa pecunie sibi nomine dotis per Geo. Hoppringill de Torwodlie persoluta, vendidit ELIZABETH HOPPRINGILL filie dicti Geo., sponse sue future, in ejus virginitate, in vitali redditu,—terras suas de Eister, Wester et Myddill Wodheidis, extenden. ad 6 terras husbandias, vic. Berwik ; binam partem molendini de Wodderlie, cum terris molendinariis ei corresponden. :—TENEND. de regina :—cum precepto sasine directo Richardo Edyar :—TEST. Georgio Nesbit de eodem, Richardo Edyar fratre germano, Johanne Hoppringill in Clyftoun, D. Pat. Sandersoun, D. Joh. Brydin notario publico :—Apud Torwodlie, 26 Oct. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 440.

1218. Apud Edinburgh, 5 Nov.
REGINA confirmavit GEORGIO KENNEDY de Balmaclanochquhane, et JONETE KENNEDY ejus conjugi,—4 librat. terrarum antiqui extentus de Alhaltane, Glennavey et Glennalway, cum tenentibus &c., in balliatu de Carrik, vic. Air ;—quas idem Geo. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Geo. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicte Jon. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 258.

1219. Apud Edinburgh, 5 Nov.
REGINA confirmavit cartam Georgii Stevinsoun, feodifirmarii terrarum subscriptarum,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo DAVIDI STEVINSOUN—decimamsextam partem terrarum de Luthre, in dominio et senesc. de Fiffe :—TENEND. dicto Dav. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de regina : —SOLVEND. 4 libras 12 sol. 11 den. feodifirme ; et duplicando dictam firmam ad introitum heredum :—RESERVATIS libero tenemento dicto Geo., et rationabili tertia Jonete Cant sponse sue :—TEST. Davide Killoch, Wil. Michell, Paulo Bartlat, Geo. Kinloch :—cum subscriptione dicti Geo. S. manu sua ad calamum :—Apud Luthre, 2 Feb. 1550] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 279.

1220. Apud Edinburgh, 8 Nov.
REGINA confirmavit cartam Jacobi Twedy de Drummelzear,—[qua,—pro perimpletione partis contractis initi inter Jac. Dowglas de Drumlangrig militem et Jonetam D. ejus filiam ab una, et se ab altera partibus,—concessit dicte JONETE DOWGLAS, in ejus pura virginitate, in vitali redditu, et heredibus inter se et eam legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis heredibus suis quibuscunque,—10 libratas terrarum antiqui extentus ex orientali latere torrentis de Drummelzear (prebentes annuatim 76 bollas farine avenatice, 28 bol. ordei, 52 libras firme, et tertiam partem 24 dietarum feni *lie won hay*), vic. Peblis : —TENEND. de regina :—TEST. M. Roberto Dowglas preposito (de) Lincluden, Jac. Twedy de Frude, D. Joh. Tailyeour, Joh. Johnestoun notario publico :—Apud Edinburgh, 9 Nov. 1557 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 564.

1221. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REGINA concessit JOANNI WALLACE de Cragy, et ejus heredibus,—terras de Ovir et Nethir Smythistoun, Lady-yardis, Adamiscroft et Litill Auchinweit, extenden. in integro ad 10 marcat. antiqui extentus, in baronia de Terboltoun, vic. Air ;—que fuerunt predecessorum dicti Jo., tente de comitibus de Levinax ; et regine devenerunt ob forisfacturam Mathei olim com. de L., et

ratione generalis revocationis ;—necnon, pro bono servitio dicti Jo. et ejus predecessorum, et quia dictus Jo. de criminibus dicti Math. immunis fuit, dict. terras ei de novo dedit: —TEST. 35. 29. 42. 39. 40. 30. 32.

xxxi. 503.

1222. Apud Edinburgh, 18 Nov.

REGINA confirmavit cartam factam per Jonetam Kennedy, sororem et unam heredum quondam Patricii K. de Bargaltoun,—[qua,—cum consensu Georgii K. de Balmaclanochane sponsi sui,—pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI GREIRSOUN de Lag, et EGIDIE KENNEDY ejus conjugi,—dimedietatem suam terrarum baronie de Bargaltoun (viz. Bargaltoun, Largscheane, Deremole, Culvane, Donane et Grenonesoderm), in parochia de Balmageith, senesc. Kirkcudbricht:—TENEND. dictis Joh. et Egid. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque seu assignatis, de regina:—cum precepto sasine directo Johanni Welsche:—TEST. Roberto Greirsoun Inglistoun, Joh. Greirsoun, Alexandro Kessane, Jac. Ros notario publico:—Apud Balmaclanochane, 9 Nov. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 561.

1223. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REGINA confirmavit cartam quondam Archibaldi com. Angusie dom. Dowglas,—[qua concessit MARGARETE MAXWELL conjugi sue, in vitali redditu,—10 marcat. terrarum de Wolvcrewikis et Newtoun, 5 marcat. de Toftis, superius molendinum de Dowglas vocat. Brokas-myln (ad firmam habitum per Wil. Inglis in Scrogtoun), in dominio de Dowglas, vic. Lanark:—TENEND. de regina:—TEST. D. Wil. Turnbull, David Ecclis, M. Joh. Bannatyne notario publico:—Apud Dowglas, 26 Jan. 1546]:—NECNON processum transumpti,—[qua D. And. Langlandis prior de Newbottill commissariusque generalis jurisdictionis monasterii de N., ad instantiam Davidis Creichtoun procuratoris dicte Marg., transumi fecit instrumentum sasine in prothogollorum libro quondam M. Johannis Bannatyne notarii publici,—(de sasina per dictum Arch. data dicte Margarete, in vitali redditu,—de terris de Reidsyde, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; necnon de donatione dicte Marg. 16 boum, et granorum super dict. terris crescentium: —TEST. Rob. Dowglas, Geo. Turnbull, Geo. Cotland:—26 Jul. 1546, indictione 4, pontificatus Pauli III. anno 12):—TEST. D. Joh. Bannatyne suppriore de Newbottill, consang. et custode libri prothogollorum dicti M. Joh., D. Johanne Harvy, religiosis dicti monast., Joh. Reid, Jac. Arrais, Jac. Red, Wil. Portews, laicis:—In loco judiciali intra parochialem ecclesiam de Newbottill, 3 Jul. 1557, hora 11 A.M. aut eocirca, indictione 15, pontificatus Pauli IV. anno 3 :—Sequitur attestatio Georgii Cok, artium magistri, clerici S. Andree dioces., notarii publici]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 562.

1224. Apud Edinburgh, 4 Dec.

REGINA dedit literas legitimationis ALEXANDRO LOGANE, filio naturali Thome L. in Dalry intra senesc. Kirkcudbricht. xxxi. 566.

1225. Apud Edinburgh, 8 Dec.

REGINA confirmavit cartam Davidis episc. Rossen., commendatarii de Cambuskynneth, —[qua,—cum consensu decani et canonicorum Rossen.,—pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit fratri suo ROBERTO LESLIE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras baroniarum de Farindonald et Ardmanoch dicto episcopatui spectantes, viz. Kilquhoane, Udwall, Ester Culbo, Eister Balblair cum brasina, brasinam S. Martini cum crofta ejusdem, vic. Invernys:—REDDEND. annuatim dicto episc. pro Kilquhoane 4 marcas, pro gressuma 17 sol. 9 den. cum obulo, quartam partem marte custumalis, unum mutonem, 6 pultrias, unum hedum, 20 ova pro 3 den., bollam avenarum custumarum ; pro Udwall 6 marc. 6 sol. 8 den., pro gressuma 28 sol. 11 den., 8 bol. victualium firme, dimedietatem marte custumalis, 2 mutones, 12 pultrias, 2 hedos, 40 ova pro 6 den., 2 bol. avenarum custumalium, cum bolla avenarum *ly suggarun aitis ;* pro Eister Culbo 6 marc., pro gressuma 26 sol. 8 den., 4 bol.

victualium firme, dimed. marte custumalis, 2 mutones, 12 pultrias, 2 hedos, 40 ova pro 6 den., 100 onera focalium custumalium, 8 onera *lie tak turris*, 2 bol. avenarum custumalium, cum bolla avenarum *lie suggeroun aitis*; pro Balblair (alias Kirkmichaell) 4 marc., pro gressuma 17 sol. 10 den., quartam partem marte custumalis, unum mutonem, 6 *lie pultrie*, libram canabis, 60 onera focalium, cum 2 modiis avenarum *lie suggeroun aitis*; pro brasina de Kirkmichell 12 sol., 6 capones, 6 anseres, pro gressuma 4 sol.; pro brasina et crofta S. Martini 10 sol., pro gressuma 3 sol. 4 den., tanquam firmas &c. consuet.; pro erragiis, carriagiis, clebis seu focalibus 30 sol.; et in augmentationem rentalis 13 sol. 4 den.; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Canoniam Rossen.; ac duplicando dict. feudifirmam ad introitum heredum; et si in solutione deficerent sic quod solutio unius termini in alium curreret usque ad tres terminos continuos, hec infeodatio nulla foret: —TEST. M. Marco Kar commendatario de Newbottill, Davide Balfour, Georgio Leslie, Joh. Knowis, Alex. Fullartoun, servitoribus dicti episc., Dominis Thoma Stephinstoun, Jac. Buchart, Donaldo Scherar, Alexandro Pedder, notariis publicis:—Apud Canoniam Rossen., 9 Jan. 1556, consecrationis dicti episcopi anno 6]:—NECNON aliam cartam ejusdem episc.,—[qua, cum consensu &c. (*ut supra*), ad feudifirmam dimisit dicto Roberto Leslie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque (dummodo dict. assignati non essent majoris status quam dictus Rob.),—terras baronie de Ardroseir, viz. terras de Ardroseir, piscariam salmonum et aliorum piscium de A., brasinam superiorem de A., brasinam inferiorem cum croftis, terras de Wester Delny, Eister D. cum ejus brasina, vic. Narne et Invernys:—REDDEND. annuatim dicto episc. pro terris de Ardroseir 24 marcas, pro gressuma 8 marc., 2 martas, 8 mutones, 18 capones, 18 *ly pultre*, 8 hedos, 160 ova, 4 bollas avenarum; pro *malis* brasine superioris 20 sol., pro gressuma 6 sol. 8 den.; pro *malis* brasine inferioris de A. 2 marc., pro gressuma 8 sol. 11 den., 2 mutones, 24 capones; pro piscaria salmonum 10 marc.; pro Wester Delny 6 lib., pro gressuma 3 marc., 4 mutones, 1 martam, 12 capones, 12 *lie pultre*, 2 bol. avenarum, 4 hedos, 80 ova; pro Eister Delny 5 lib. 6 sol. 8 den., 35 sol. 7 den. pro gressuma, 4 mutones, 1 martam, 6 capones, 6 *lie pultre*, 2 bollas avenarum, 4 hedos, 80 ova; pro brasina de Eister D. 13 sol. 4 den., pro gressuma 4 sol. 5½ den., tanquam firmas &c. consuet.; pro arragiis, carriagiis, glebis seu focalibus 40 sol.; et in augmentationem rentalis 45 sol.; necnon prestando &c. (*ut sup.*):—TEST. M. Marco Ker commendatario de Newbottill, D. Joh. Nicholsoun vicario de Lagane, Geo. Monypenny, Alex. Thomesoun, Ric. Irring, incolis Canonie Rossen., Dominis Tho. Stephinsoun, Jac. Buchart, Alex. Pedder, notariis publicis:—Apud Canoniam Rossen., 3 Oct. 1556, consecrationis dicti episc. anno 6]:—NECNON aliam cartam ejusdem Dav., et conventus de Cambuskynneth,—[qua, pro beneficiis &c., ad feudifirmam dimiserunt Roberto Leslie de Ardroseir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras baronie de Duglie, molendinum de Arngosk cum terris molendinariis, multuris et sequelis (dicto monast. tanquam patrimonium spectan.), decimas garbales ville de Duglie (non ex proprietate dicti monast., sed jure quesito sibi incumben.), in dominio de Cambuskynneth, vic. Perth:—REDDEND. annuatim dicto monast. pro Duglie 80 marc., pro molendino 6 marc., tanquam firmam consuet., 6 marc. in augmentationem rentalis de Duglie, 40 sol. in augmentationem firmarum dicti molend., extenden. in toto ad 63 lib. 6 sol. 8 den.; et episcopo Dunkelden. pro dict. decimis 5 lib. in relevamen fructuum dicti monast.; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, hec locatio nulla esset:—TEST. Davide Balfour in Powis, Hen. Abircrummy in Carsy, D. Jacobo Nicholsoun camerario de Cambuskynneth, Joh. Knowis, Johanne Abircromy, Alex. Fullartoun, servitoribus dicti episc., D. Alex. Swyntoun, D. Alex. Pedder, notariis publicis:—Apud monast. de Cambuskynneth, 1 Nov. 1557]:—TEST. 35. 29. 38. 39. 40. 30. 32.

xxxi. 581.

1226. Apud Edinburgh, 8 Dec.

REGINA concessit DAVIDI MURRAY

in Kers, heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—terras de Stokland et Croftandrie, extenden. ad 4½ acras, in senesc. de Straitherne, vic. Perth;—in quantum regine ratione nonintroitus aut ob perditionem sasine pertinuerunt;—que fuerunt quondam Caroli Murray in Kers, avi dicti Davidis, et tribuloso tempore elapso sasina dicti Car. perdita erat, quocirca dictus Dav. introire non potuit; et regina nonintroitum earum ei disposuerat, et nulle alie persone jus ad eas habere pretendebant:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 275.

1227. Apud Edinburgh, 11 Dec.
REGINA confirmavit THOME BROUN burgensi de Irwin, et KATHERINE MURE ejus conjugi,—dimedium 5 marcatarum terrarum antiqui extentus de Errathill, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air;—quod eadem Kath. resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicte Kath. quibuscunque, in libera alba firma:—TEST. "*ut preceden.*" xxxi. 576.

1228. Apud Edinburgh, 12 Dec.
REGINA confirmavit cartam Georgii Leslie, filii et heredis apparentis Willelmi L. de Aykinway,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter Geo. com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenach &c., et se pro ipso et tanquam procuratorem dicti Wil., de data apud Abirdene, 22 Jun. 1557,—cum consensu dicti Wil., concessit dicto GEORGIO COMITI DE HUNTLIE, et ELIZABETH KEITH ejus sponse,—quartam partem terrarum de Cokclarrachie, terrarum et molendini de Newbiggin, et crofte de Fethy, cum 2 bovatis itineribus terrarum suarum de Garye, vic. Abirdene;—in excambio terrarum de Tochir, et dimedietatis ville et terrarum de New-Rane, vic. Abirdene, in feudifirma de Willelmo episc. Abirdonen. tentarum, et dicto Geo. L. et heredibus suis masc. per dictum com. concessarum:—TENEND. dicto com. et dicte Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti com. quibuscunque, de regina:—TEST. Johanne com. Suthirlandie, Jacobo Gordoun de Hadoch, Joh. Gordoun de Carnefechill, Alex. Con de Auchry, M. Joh. Leslie rectore a Nivibus officiali Abirdonen., M. Joh. Innes notario publico:—Apud Edinburgh, 15 Jul. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 267.

1229. Apud Edinburgh, 14 Dec.
REGINA confirmavit JOHANNI DOMINO DE INNERMEITH, et Domine ELIZABETH BETOUN ejus sponse,—terras dominicales *lie* Manis de Reidcastell, cum castro, fortalicio, manerio, ortis, pomeriis et piscariis, cum molendino de Inverkelour, terris molendinariis et multuris ejusdem, terrarum brasinariam *lie* Brewland de Inverkelour, terram brasinariam *lie* Brewland de Incheak, in baronia de Inverkelour, vic. Forfare;—quas idem Johannes personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. in carta tallie dicti Joh. contentis, aut ejus assignatis; et, pro bono servitio dicti Joh., absque ruptione dicte baronie:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 556.

ANNO REGNI 16. ANNO DOMINI 1557.

1230. Apud Edinburgh, 16 Dec.
REGINA dedit literas legitimationis GEORGIO ERSKIN bastardo, filio naturali Georgii E. xxxii. 239.

1231. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Forestare de Garden,—[qua,—cum consensu Joannis Bellenden de Auchnoule militis, et Jacobi Sandelandis de Cruvy, curatorum suorum,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO DRUMMOND de Carnok, heredibus ejus et assignatis,—septimam suam partem terrarum de Carnok, in baronia de Plane, vic. Striviling:—REDDEND. annuatim regine partem

10 librarum stirlingorum de dicta baronia debitarum, secundum ratam dict. terrarum; ac sectam ad curiam justiciarie Laudonie intra vic. de Striviling:—cum precepto sasine directo Joanni Makclelland juniori: —TEST. Alex. Bruce de Artht, Jo. B. ejus fratre, Jo. Forestare de Logy, Duncano Forestare de Quenishauch, Joanne Cragingelt de eodem, Edw. Bruce in Mongwell, Jac. Millar notario:—Apud Edinburgh, 15 Maii 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 505.

1232. Apud Edinburgh, 12 Jan. REGINA confirmavit DAVIDI GRAHAME de Fyntry militi, et MARGARETE OGILVY ejus sponse,—molendinum granorum de Fyntry, cum terris molendinariis, multuris et sequelis, in baronia de F., vic. Striviling; terras de Myltoun de Bochclivie et Middiltoun earundem, terr. de Garraroun, Kilboy, cum molendino de Bochclivie, terris molendinariis, multuris et sequelis, in baronia de Bochclivie, vic. Perth;—quas idem Dav. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Dav. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Davidis sive assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 572.

1233. Apud Edinburgh, 12 Jan. REGINA confirmavit cartam Willelmi Chene de Arnage,—[qua, pro matrimonio secum contrahendo, et pro pecuniarum summis per Alex. Irwin de Drum persolutis, concessit MARGARETE IRWIN sorori dicti Alexandri, in vitali redditu,—terras maneriei de Mekill Arnage, cum pertinen. (demptis terris de Carndellis possessis per Jonetam Fraser matrem dicti Wil., dominam tertie de Arnage), in baronia de Arnage, vic. Abirdene:—TENEND. de regina:—TEST. Alex. Gordoun de Abiryeldy, Alex. Fraser de Durris, Alex. Chawmer, Magistris Roberto Lumisden, Alex. Skeyne, Georgio Fraser:—Apud Abirdene, 15 Jan. 1555]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 577.

1234. Apud Edinburgh, 13 Jan. REGINA confirmavit cartam Alexandri Doles de Cantra,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ANGUSIO M'CUINTOSYCH filio et apparenti heredi Donaldi M., heredibus ejus et assignatis,—terras de Loppen cum molendino, in baronia de Duris, vic. Invernys:—TEST. Rob. Marschall in Invernys, D. David Cuthbert vicario de Warlaw, Eugenio M'Ferquhar Reoch, D. Jac. Bucheart notario publico:—cum subscriptione dicti Alex. ad calamum ducta:—Apud Invernys, 26 Sept. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxi. 574.

1235. Apud Edinburgh, 16 Jan. REGINA,—quia per contractum in libris dominorum concilii registratum, de data 12 Feb. 1550, Rob. Scott olim de Wamfray et Adamus S. ejus filius et heres apparens tenti sunt infeodare Joh. Hammyltoun de Beynstoun in terris de Ryisholme cum pertinen. (viz. terris et manerie de R., terris de Flaswod, North-Blais, Toftis), extenden. ad 11 marcat. antiqui extentus, in balliatu de Cunynghame, vic. Air, vel ei persolvere 1200 marcas; et dicte terre per decretum dominorum concilii a dictis Rob. et Ad. evicte sunt, ita quod dictum Joh. infeodare non possent; et eorum terre ad limites regni et in montanis provinciis jacebant, quo ad denunciand. officiario vix patuit accessus; et dictus Joh. scribas, officiarios seu inquisitionis personas invenire non potuit qui ad capitales burgos de Jedburgh, Selkirk, Peblis, ob periculosum tempus accedere voluerunt; et, dictis Rob. et Ad. citatis ad eorum habitationis locum de Aikwod (ubi dictus Ad. egrotus tum decubuit), 15 Jan. 1557 (comparentibus M. Davide Borthuik procuratore dicti Joh., et M. Edmundo Hay procuratore dictorum Rob. et Ad.) in pretorio de Edinburgh appreciate fuerunt[1] terre de Litill Ormestoun-Wester et Hath-

[1] Names of assize:—Alex. Lauder in Crynglie, Tho. Lowis in Hawtoun, Alex. Kirk in Tempilhill, Wil. Patersoun in Langcoitt, Joh. Andersoun in Bordland, James Caverhill of Fowlege, Alex. Horsburgh of that ilk, John Stoddart in Edinburgh, John Weichman in Peblis, Pat. Newtoun *ibid.*, John Hay *ibid.*, Jas. Robesoun *ibid.*, Nic. Vache *ibid.*, Stephen Mak in Bonyntoun, Tho. Diksoun *ibid.*, Alex. Lauder in Hathpule, John Govane in Cardrono.

pule, vic. Peblis (per dict. Rob. in libero tenemento et dict. Adamum in feodo tente de Joh. dom. Borthuik in alba firma sub reversione summam 900 marc. continente), pro 900 marc., et annuus redditus 18 marc. de terris de Bonyntoun, vic. Peblis (per dict. Rob. de regina tentis per servitium warde), pro 300 marc., et pro 60 marcis pro salario Alexandri Makculloch vicecomitis in hac parte;—igitur concessit dicto JOHANNI HAMMYLTOUN, et ejus heredibus,—dictum ann. red.:—et voluit quod dicti Rob. et Adamus, heredes eorum et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 436.

1236. Apud Edinburgh, 16 Jan.

REGINA concessit AGNETI HAMMYLTOUN filie quondam Jacobi H. de Fynnart militis, in vitali redditu,—terras dominicales de Dalmahoy, extenden. ad 5 librat., cum turre, fortalicio, manerie, hortis, pomeriis, columbario, molendino et multuris, 32 bovatas in villa de D., in baronia de D., vic. Edinburgh (per And. Mure, Joh. Hardy, Geo. Alexander, Joh. Thomsoun, Margaretam Wilschot, Alexandrum Thomsoun parvum, Tho. Legat, Gilb. Blak, Tho. Wynrem seniorem et juniorem, Jac. Thomesoun, Alex. Thomesoun, Helenam Monypenny occupatas);—quas Alex. Dalmahoy de eodem resignavit:—Reservata dicte Helene ejus conjuncta infeodatione et tertia terrarum de Dalmahoy, extenden. ad 10 librat., pro ejus vita:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 573.

1237. Apud Edinburgh, 17 Jan.

REGINA confirmavit cartam Jacobi dom. Flemyng,—[qua concessit JOHANNI FLEMYNG fratri suo, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Auchtirmony, 50 libras annui redditu de terris de Kers abbati et conventui de Halicroce spectantibus, vic. Striviling; terras et baroniam de Lenze, cum villa et burgo de Kirkintullo, 5 libratas terrarum de Cummernald, cum terris dominicalibus, castro, fortalicio et libera foresta, vic. Dunbertane; 3 librat. de terris dominicalibus de Boghall cum fortalicio, villam et burgum de Biggar, cum acris terrarum circa eum jacen., terras et baroniam de Thankertoun et Biggar, vic. Lanark; terras de Over Mynzeane, Over Kingildurris, superioritatem dimedietatis de Glenrusco, unam acram terrarum de Olivercastell jacen. ex parte orientali torrentis de O. ex latere strati publici, terras de Urrisland, molendinum ejusdem, Logane, Mosfennane, Quartar, Chapelgill et Cardrono, vic. Peblis; dimedietatem de Sunderland, cum turre, fortalicio, molendinis, tenentibus &c., vic. Selkirk; 24 marcatas de Lowrie, vic. Forfar; 24 marcatas de Dunbullis, vic. Perth; terras vocatas Fresillislandis extenden. ad 3 librat., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; cum molendinis, multuris, piscariis, castris, turribus, fortaliciis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum omnium dict. terrarum:—Insuper voluit quod sasina apud castrum de Cummernald capienda staret pro Auchtirmony, dicto ann. red., et Cummernald; et quod sasina apud villam de Kirkintullo staret pro Lenze et Kirkintullo; et quod sasina apud principale messuagium de Boghall staret pro Boghall ac villa, burgo et acris de Biggar; et quod sasina apud villam de Thankertoun staret pro baroniis de T. et Biggar; et quod sasina apud maneriem de Mosfennane staret pro terris in vic. de Peblis et pro Frisillislandis:—Reddend. regine pro Cummernald, Boghall, villa, acris et burgo de Biggar, unum par calcarium deauratorum, pro Auchtirmony et dicto ann. red. unum par calcarium deauratorum, nomine albe firme; pro ceteris servitia debita et consuet.:—Reservato libero tenemento dicto Jac.:—Proviso quod quandocunque dictus Jac., heredes masc. ejus de corpore legit. procreati, aut assignati, persolverent dicto Joh. uno die intra solis ortum et occasum integra summa 20 libras super altare Divi Jacobi apostoli infra ecclesiam collegiatam B. Egidii de Edinburgh, dictus Joh. dict. terras &c. resignaret; et si a receptione dicte summe se absentaret, liceret eam in manibus thesaurarii aut decani gilde burgi de Edinburgh consignare;—et si dictus Jac. absque heredibus masc. de suo corpore decederet, et filiam non nuptam de corpore

suo procreatam haberet, dictus Joh. persolveret dicte filie 3000 marc.; et si . . . . . tunc dom. Maxwell (cujus maritagium dicte filie per donationem regine spectavit), obiret, sic quod dicta filia nullum commodum inde recuperaret, tunc dictus Johannes persolveret dicte filie 4000 marc.; et si dictus Jac. haberet duas filias non nuptas, summa 2500 marc. filie secunde persolveretur; et si tres non nuptas haberet, summa 2000 marc. tertie persolveretur; et si plures haberet, unicuique reliquarum 1000 libre persolverentur:—RESERVATA rationabili tertia Barbare Hammiltoun conjugi dicti Jac. cum contingeret:—et dictus Jac. consensit quod hoc infeofamentum in libris dominorum concilii registraretur, et ad id constituit Magistros Davidem Borthuik, Davidem M'Gill, Tho. M'Calzeane et Joh. Spens . . . . . conjunctim et divisim procuratores suos:—TEST. Joh. Flemyng juniore de Boghall, M. Tho. F. ejus fratre, Wil. Striviling, Joh. Arnot, M. Joh. Kene, Joh. Johnestoun notario publico:—Apud Edinburgh, 15 Jan. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 578.

1238. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REGINA concessit JACOBO INNES de Drany, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westfeild per Alex. Patrie occupatas (solven. annuatim 6 bollas farine et ordei, pretium bolle 16 sol. 8 den.), vic. Elgin et Fores;—que fuerunt Alexandri Dunbar de Cumnok, de regina tente per servitium warde; et (bonis mobilibus apud locum habitationis dicti Alex. Dunbar nuncupat. Castell juxta burgum de Fores, et apud terras de Westfeild per dictum Alex. P., Andream Layng et Hen. Flesĉhar occupat., frustra quesitis) 20 Dec. 1557 appreciate fuerunt[1] et dicto Jacobo vendite pro 100 libris de quibus dictus Alex. D. et Pat. D. ejus filius et heres apparens tenti fuerunt relevare dictum Jac. ad manus Alexandri prioris de Pluscardin, et pro 5 lib. pro salario Johannis Forsyth clavigeri et Johannis Cuming nuncii, vicecomitum in hac parte:—et voluit regina quod dictus Alex. D., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 244.

1239. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REGINA confirmavit cartam Davidis Guleng, feodatarii quarterii molendini subscripti,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVIDI WALWOD civi S. Andree, et JONETE MOTTO ejus sponse,—quarterium suum molendini de Ardet, alias Munsy-myln, cum terra et astrictis multuris ejusdem, in dominio et senesc. de Fiffe:—TENEND. dictis Dav. W. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Dav. quibuscunque, de regina:—REDDEND. 3 libras 6 sol. 8 den., et 4 capones, feodifirme, cum ceteris servitiis et oneribus in carta per Jac. V. regem dicto Dav. G. confecta contentis:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. Smyth cive S. Andree, And. Muffet ejus servitore, Davide Spens notario publico:—Apud civitatem S. Andree, 20 Jan. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 579.

1240. Apud Edinburgh, 26 Jan.

REGINA confirmavit cartam Hectoris Makclane, dom. feodatarii terrarum et baroniarum de Dawart &c.,—[qua,—cum consensu patris sui Hectoris M., dom. liberi tenementi earundem,—pro amore &c., et pro summa pecunie sibi per Arch. com. Ergadie dom. Campbell et Lorne &c. persoluta, vendidit JONETE CAMPBELL filie dicti Arch., in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—6 marcat. terrarum antiqui extentus de Dunnonwltych et Rannaychquhen, 4 marcat. ant. ext. de Auchityimolane, in dominio de Knabdale; 6 marcat. 6 sol. 8 den. ant. ext. de Corryquheulych, 2 marcat.

---

[1] Names of assize:—Wil. Dumbrek of Urtane, Jas. Murray of Cuthbardy, Wil. Leslie (of) Aikinway, Alex. Urquhard of Burrosyairdis, Alex. Brody of that ilk, Alex. Cuming of Ernsyde, David Dowglas of Erlismyln, Jheronimus Spens in Alves, Alex. Tulloch burgess of Fores, Arch. Broun *ibid.*, Joh. Murane *ibid.*, Tho. Watsoun in Kame, Nic. Gilliam in Manachtie. Officer of court, Tho. Ker.

ant. ext. de Downy, 2 marcat. ant. ext. de Touelik, 8 marcat. ant. ext. de. Inverlochquhy, cum piscatione salmonum ejusdem, in dominio de Lochquhaber; 2½ marcat. de Auchtrannych, 2½ marcat. de Auchnohay, 2 marcat. 3 sol. 4 den. de Auchigawlen, cum turre, fortalicio et manerie, et piscatione salmonum ejusdem, 16 sol. 8 den. ant. ext. de Aquhittywictrousling, 6 sol. 8 den. ant. ext. de Strone, 3 marcat. ant. ext. de Ullodyle et Strone, in dominio de Morvarne; extenden. in integro ad 40 marcat. 6 sol. 8 den. ant. ext., vic. Tarbert per annexationem; cum tenentibus &c. :—TENEND. de regina: —TEST. Joh. electo Insularum ac commendatario de Ercatten, Arch. dom. de Lorne, Jacobo M'Connill de Donyvag et Glens, M. Alex. Campbell decano Moravien., Joh. Campbell de Lochnanell, Joh. Lawmont de Inverin milite, M. Rob. Lawmond preposito de Kilmone, D. Davide Lausoun rectore de Kilmolowak ac notario publico :—cum subscriptione dicti Hect. senioris apud pennam per notarium ducta :—Apud Dunnone, 26 Dec. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 292.

1241. Apud Edinburgh, 27 Jan.
REGINA confirmavit M. HENRICO LAUDER advocato suo, et AGNETI STEWART ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hen. quibuscunque,—10 marcat. terrarum antiqui extentus nuncupatas *the Nethirthrid*, in parochia de Kirkcormok, senesc. Kirkcudbricht;—quas idem Hen. personaliter resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 437.

1242. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Leyth de Premina,—[qua, pro summa pecunie sibi per Tho. Chene feodatarium de Essilmond persoluta, vendidit URSULE CHENE filie dicti Tho., in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—binas suas partes carucate de Ardwyne, vulgariter *my tua part of ane pleuch-landis of Ardwyne*, per Pat. Andersoun occupat., in regalitate de Garreauch, vic. Abirdene :—TENEND. de regina :—TEST. Joh. Leslie de Balquhane, Pat. Cheyne de Esilmond milite, M. Rob. Lumisden burgen. de Abirdene, Joh. Leyth fratre germano dicti Wil., M. Joh. Nicholsone, M. Wil. Settoun, notariis publicis :—Apud Abirdene, 20 Dec. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 228.

1243. Apud Edinburgh, 3 Feb.
REGINA, tanquam senescalla Scotie, confirmavit cartam Johannis Lokart de Bar,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit HUGONI WALLACE de Carnale, heredibus ejus et assignatis,—5 librat. terrarum antiqui extentus de Knokewart, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; necnon obligationem warrantizationis dict. terrarum sibi in carta Hugonis Campbell de Lowdoun inserta, quam obligationem dicto Hug. assignavit :—TENEND. de senescalla Scotie :—TEST. Jac. Chalmer de Gaitgirth, Joh. Lokart filio dicti Joh., Wil. Mortoun, Joh. Bowie :—Apud Edinburgh, 4 Jan. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 226.

1244. Apud Edinburgh, 3 Feb.
REGINA concessit DAVIDI DURY filio et heredi apparenti Henrici D. de eodem et Jonete D. ejus conjugis, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Dury, cum castro, turre, fortalicio, molendinis, tenentibus &c., vic. Fiffe;—quas dicta Jon. resignavit :—RESERVATO libero tenemento dictis Hen. et Jon. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 255.

1245. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REGINA confirmavit ALEXANDRO DOMINO HUME, et Domine MARGARETE KER ejus conjugi,—terras et baroniam de Broxfeild, cum molendino, piscariis, tenentibus &c., vic. Roxburgh;—quas idem Alex. resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque; absque ruptione baronie de Home :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 246.

1246. Apud Edinburgh, 4 Feb.
REGINA dedit literas legitimationis MAR-

IOTE LEVYNGSTOUN, filie naturali quondam Archibaldi L. de Castelcary. xxxii. 287.

1247. Apud Edinburgh, 5 Feb. REGINA confirmavit cartam factam per Alex. Bertane burgen. de Edinburgh, filium et heredem quondam Andree B. burgensis ejusdem,—[qua,—pro pecuniarum summis sibi persolutis, necnon pro perimpletione contractus de data apud Edinburgum, 10 Aug. 1555,—vendidit JOHANNI PATERSOUN burgensi de Cowpar, heredibus ejus et assignatis,—terras suas ac terras dominicales de Ballinbreych (exceptis manerie et orto earundem), molendinum de B. cum terris molendinariis, terras de Heychhame, Logy, Ballindirrane, molendinum de Tacis cum terris molendinariis, vic. Fiffe: —TENEND. de regina:—TEST. M. Joh. Gray, Jac. Harlaw, notariis publicis, Alex. Jamesoun burgen. de Cowpar, Davide Laute notario publico:—Apud Edinburgum, 9 Nov. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 242.

1248. Apud Edinburgh, 5 Feb. REGINA confirmavit cartam factam per Alexandrum Bertane burgen. de Edinburgh, filium et heredem quondam Andree B. burgensis ejusdem,—[qua,—pro pecuniarum summis sibi persolutis, necnon pro perimpletione contractus de data apud Edinburgum, 10 Aug. 1555,—vendidit JOHANNI PATERSOUN burgensi de Cowpar, heredibus ejus et assignatis,—quartam suam partem terrarum dominicalium de Leslie, orientalem quarteriam vocat., vic. Fiffe:—REDDEND. regine unum den. albe firme:—TEST. et de data *ut in carta* 1247]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 243.

1249. Apud Edinburgh, 6 Feb. REGINA dedit literas legitimationis ALEXANDRO GORDOUN bastardo, filio naturali M. Willelmi Gordoun sacerdotis. xxxii. 233.

1250. Apud Edinburgh, 6 Feb. REGINA dedit literas legitimationis JOHANNI GORDOUN bastardo, filio naturali M. Willelmi G. sacerdotis. xxxii. 234.

1251. Apud Edinburgh, 6 Feb. REGINA dedit literas legitimationis JACOBO SALMOND et WILLELMO SALMOND fratribus, bastardis, filiis naturalibus M. Willelmi S. xxxii. 274.

1252. Apud Edinburgh, 10 Feb. REGINA concessit HECTORI FERGUSOUN in Dalduff, heredibus ejus et assignatis,—2 marcat. terrarum de Reddellistoun per Alex. Brakanrig occupat., dimediam marcat. earundem per Tho. Craufurde occupat. (valentes annuatim 10 libras 13 den. et obulum), in comitatu de Carrik, vic. Air;—que fuerunt Johannis Kennedy de Blairquhen, nepotis et heredis quondam Jacobi K. de B., de regina tente per servitium warde; et (postquam Wil. Makinder serjandus et officiarius balliatus de Carrik summonuerat dictum Johannem apud Blairquhan et apud locum ejus habitationis in Glasgw, necnon Johannem Cunynghame de Caprintoun, Johannem Maxwell de Terreglis militem, Johannem Wallace de Dundonald et Johannem Schaw de Haly, ejus tutores testamentarios, et denunciaverat 5 marcat. terrarum de Reddelistoun, 2 marcat. de Knokbraik, et marcatam de Kerfyn) 16 Nov. 1557 (dictis Joh. K. et tutoribus comparentibus per Joh. Mure in Altounburne procuratorem) appreciate fuerunt[1] et dicto Hect. vendite pro 201 libris 2 sol. 6 den. in completam solutionem summe 651 marc. 2 sol. 8 den. super dictum Joh. K. obtente in curia balliatus de Carrik 28 Aug. 1554, necnon pro 10 lib. 13 den. et obulo pro feodo Davidis Kennedy de Culzeane, ballivi deputati de Carrik:—et voluit regina quod dictus Joh. Kennedy, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas dicto Hectori, heredibus

[1] Names of assize:—Duncan Craufurd of Camlarg, Gilb. Baird of Kilquhynze, Rob. Campbell of Craigdow, Rob. Cathcart of Carltoun, Quintin Schaw of Grumet, Ninian Blair of Fischartoun, Hugh Cathcart of Arrwy, Hugh Campbell in Poterstoun, John Campbell in Sandhill, John Quhitfurde in Ballach, David Kennedy of Bardrocht, Hugh Wallace of Strabrakane, Wil. Fergusone in Ballachneill, John Craufurde son and heir apparent of the said Duncan, Geo. Kennedy of Balmaclanochquhane.

ejus et assignatis, persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 229.

1253. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REGINA concessit PATRICIO MURRAY de Tibbermure, heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—annuum redditum 6 marcarum de interiore parte interioris terre ex parte australi borealis vici burgi de Perth (juxta terram D. Wil. Davidsoun);—qui regine devenit ob decessum Agnetis Davidsoun bastarde, filie Katherine Quhite, absque legit. heredibus aut legit. dispositione; et quem regina cum consensu Jacobi ducis de Chattellarault com. Aranie dom. Hammiltoun, gubernatoris pro tempore, dicto Pat. disposuit; et qui regine devenit ratione generalis revocationis:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 282.

1254. Apud Edinburgh, 28 Feb.
REGINA confirmavit cartam Archibaldi Douglas de Glenbervy,—[qua concessit filio suo et heredi apparenti WILLELMO DOWGLAS de Kennay—terras, villas et baroniam de Glenbervy, cum turre, fortaliciis, molendinis, tenentibus et tenandriis, Drumlethy et Petskaly, terras de Barres, de Arbady et Inchemarlyeoch cum molendinis earundem, vic. Kincardin; terras de Kennay cum molendinis, vic. Abirdene; terras et baroniam de Braidwod, villam de B., Langschaw, molendinum de Maschok et terras ei adjacen., cum turre et fortalicio earundem, ac cum tenandria de Hedis, et una marca annui redditus de eisdem, cum advocatione patronatus hospitalis S. Leonardi prope burgum de Lanark, et terris eidem pertinen., vic. Lanark; terras de Grenane cum molendinis, in comitatu de Carrik, vic. Air; cum turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, silvis, piscariis tam in aquis recentibus quam salsis, tenentibus &c., advocatione rectorie et ecclesie de Glenbervy et ceterorum beneficiorum et capellaniarum omnium dict. terrarum, cum 13 sol. 4 den. annui redditus de villa de Inverrowry; omnes per cartam regis Jac. V. dicto Archibaldo concessam incorporatas in baroniam de Glenbervy:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Archibaldo et legitimis et propinquioribus heredibus suis quibuscunque reversuras, de regina:—RESERVATO dicto Archibaldo libero tenemento dict. terrarum, preter Kennay:—TEST. Alex. Falconer de Halkertoun, Joh. Erskin de Balhagartye, Jac. Skeyne apparente de eodem, Alex. Irwyng apparente de Belty, filiis in lege dicti Arch., David Stewart de Inchebrek, Rob. Douglas in Barres, Jac. Spark in Drumlethy, M. Andrea Elder notario publico, Rob. Myll scriba curie vicecomitatus de Kincardin:—Apud Glenbervy, 10 Jan. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 223.

1255. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REGINA concessit M. JOHANNI CARDELLE chirurgo, Marie regine dotarie et regentis servitori familiari,—licentiam disponendi super ejus terris et possessionibus quibuscunque, non obstante quod extraneus et in partibus Gallie natus erat; et deficiente dispositione, voluit quod ejus propinquior agnatus seu cognatus esset ei heres. xxxii. 247.

1256. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REGINA dedit literas legitimationis WILLELMO FOSTER et WALTERO FOSTER bastardis, filiis naturalibus Georgii F. de Kiddisdale. xxxii. 259.

1257. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REGINA concessit JONETE LESLIE sponse Johannis Grant de Freuchy, pro ejus vita, et dicto JOHANNI GRANT, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—terras de Mulben cum castro et fortalicio, terras de Mekill Ballinbreich, cum piscariis, molendinis, multuris, tenentibus et tenandriis, vic. Elgin et Fores; terras de *lie tua* Cunynghais, Auldcarne, Mekil et Litill Culquhoch, cum piscariis, molendinis, multuris, tenentibus, tenandriis, vic. Invernys;—quas idem Joh. personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 241.

1258. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REGINA confirmavit cartam Davidis Makculloch de Drochtaig,—[qua, pro 500 mar-

cis sibi persolutis, vendidit JOHANNI DUNBAR de Mochrum, heredibus ejus et assignatis,—officium coronatus vicecomitatus de Wigtoun:—TENEND. de regina:—TEST. Archibaldo Mure in Bar, Joh. Dunbar juniore de Knokschynnoch, D. Ludavico Frasell capellano, Laurentio Thomesoun, Alex. M'Kynnay in Bra, D. Alex. Broun capellano ac notario publico: —Apud mansionem de Bar infra parochiam de Mochrum, 3 Mar. 1557]:—TEST. 35. 29. 42. 39. 40. 30. 32. xxxii. 260.

1259. Apud Edinburgh, 13 Mar.
REGINA confirmavit JOHANNI MIDDILTOUN de Kilhill, et KATHERINE STRAITHAUCHIN ejus sponse,—binam partem ville et terrarum de Bent, unum *lie outsett* de Nethir-seitt de Halkertoun (per Tho. Fox occupat.), vic. Kinkardin;—quas idem Joh. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque: —REDDEND. jura et servitia ante dictam resignationem debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 277.

1260. Apud Edinburgh, 18 Mar.
REGINA confirmavit cartam factam per Tho. Calwart, filium et heredem quondam Thome C. in Kingis-bernis,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit DAVIDI ADE pistori, civi S. Andree, in vitali redditu, et JOHANNI ADE ejus filio naturali et legitimo, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—decimamsextam partem suam terrarum de Kingis-bernis, in dominio et senesc. de Fiffe:—TENEND. de regina; cum communi pastura, libero introitu et exitu pre terris de Kippo ad Kingismure; cum potestate ad effodiend. cespites &c., et extractione miricarum super eundem accordan. antiquo usui:—SOLVEND. 50 sol., 9 bollas frumenti, 11 bol. ordei, 7½ capones, nomine feudifirme; ac duplicando dictam feudifirmam ad introitum heredum; et edificando hortum &c., secundum tenorem carte Jacobi V. de data 6 Jan. an. reg. 22[1]: —TEST. M. Joh. Jaksoun cancellario Cathanen., Magistris Jac. Twedy, Wil. Rynd, Joh. Gourlay:—cum subscriptione dicti Tho. manu per notarium publicum ad calamum ducta, se nesciente scribere:—Apud S. Andream, 20 Feb. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 264.

1261. Apud Edinburgh, 20 Mar.
REGINA confirmavit cartam Patricii dom. Ruthven, vicecomitis de Perth,—[qua concessit conjugi sue JONETE STEWART domine Methven, in vitali redditu,—terras de Straithbrane et Glenche, manerium et locum ejusdem vocat. Trochry, in dominio de S. et G., vic. Perth:—REDDEND. dicto Pat. unum den. albe firme, cum ariagiis et cariagiis et aliis servitiis guerrarum tempore consuet.; necnon antiquam firmam 98 librarum prebendariis capelle regie Strivilengen., nomine feudifirme:—cum precepto sasine directo Gilberto Kennedy et Alexandro M'Duff de Fandowy:—TEST. M. Davide Halyburtoun preposito de Methven, D. Hen. Eldar, Rob. Rollok, notariis publicis: —Apud burgum de Perth, 10 Mar. 1557]: —TEST. 35. 29. 42. 39. 40. 30. 32. xxxii. 268.

1262. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REGINA confirmavit cartam Henrici Reidheuch de Abirleidnauch,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit filio suo WILLELMO REIDHEUCH, heredibus ejus et assignatis,—terras de Wester Abirleidnauch, molendinum de A. cum terris ejusdem, terras de Thomparroun, in senesc. de Straitherne, vic. Perth:—REDDEND. regine 29 libras, cum parte de *lie martsilver* solit. et consuet., nomine feodifirme; necnon duplicando feodifirmam ad introitum heredum; et edificando mansionem cum aula, camera, horreo, bostari, columbari, pomeriis, hortis et aliis politiis necessariis solo correspondentibus:—TEST. Edw. Reidheuch de Tulycheddle, Malcolmo M'Kenrik, And. Cuthbert:—Apud Abirleidnauch, 3 Maii 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 250.

[1] Perhaps a mistake for 29. See No. 2553 of the previous volume.

1263. Apud Edinburgh, 23 Mar.[1] REGINA dedit literas legitimationis JOHANNI MONRO bastardo, filio naturali Georgii M. de Dalcarty. xxxii. 315.

ANNO DOMINI 1558. ANNO REGNI 16.

REGINA concessit JACOBO CAMPBELL filio fratris Colini C. de Ardkinglas, heredibus ejus et assignatis,—assisas halices occidentalis maris a *lie* Pentland-firth ad *lie* Mule Galwidie, infra singulas insulas, et tam longe sicuti fluxus maris currit in aqua de Clyde ;—in quibus Jac. V. rex in sua minoritate dictum Colinum infeodavit, quod infeofamentum per revocationem in ejus manibus devenit ; et dictus Col. dictum Jac. in feodo terrarum suarum infeodari fecit, sic quod dictis halicibus post decessum dicti Col. gaudere deberet :—REDDEND. 6 lastas et 2 baralia bonarum et sufficientium halecum apud pontem de Glasgw infra festa S. Martini et P.V.M., nomine feudifirme :—RESERVATO libero tenemento dicto Col. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 453.

1412. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Fraser de Phillorth,—[qua, pro gratitudinibus &c., concessit ALEXANDRO FRASER nepoti suo, et MAGDALENE OGILVY ejus sponse,—terras de Pettalloquhois (inter Pettowlis et Pettindrum), vic. Abirdene :—TENEND. dictis Alexandro juniori et Mag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de rege et regina :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. M. Joh. Stewart archidiacono Abirdonen., Michaele Ogilvy de Cultis, M. Wil. Fraser de Aytoun, Martino Forman, Alex. Currour, Alexandro Fraser, M. Geo. Duncane notario publico :—Apud burgum de Banff, 29 Oct. 1559] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 504.

ANNO DOMINI 1562. ANNO REGNI 20.

1413. Apud S. Andream, 9 Apr.
REGINA concessit WILLELMO MAGISTRO DE RUTHVEN, et DORATHIE STEWART ejus conjugi,—terras de Haliland (per Joh. Ronaldsoun occupat.), Few (per Walt. Ruthven occupat.), Guidlieburne (per relictam Thome Coling occupatas), Hoill (per Joh. Murdoch et Tho. M'Clarun occupat.), Leyththame (per Jac. Meldrum occupat.), Westir Heychcheme (per Patricium Weddell occupat.), in baronia de Ruthven, vic. Perth ;—quas Patricius dom. Ruthwen, pater dicti Wil., personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Dor. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. de corpore dicti Wil. legit. procreatis, quibus def., heredibus aut assignatis dicti Wil. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 569.

1414. Apud S. Andream, 26 Apr.
REGINA confirmavit cartam Johannis Erskin de Dun,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JACOBO ERSKIN filio suo, et JONETE GRAHAME ejus uxori,—terras et baroniam de Eister Brechyne, alias Wester Morphy vel Morphy-Fraser, viz. Manis-Petbidlie, cum *lie cruves* et salmonum piscaria earundem super aqua de Northesk, in dicta baronia, vic. Kincardin :—TENEND. dictis Jac. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus

dicti Jacobi quibuscunque, de regina :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Kincardin, cum servitio warde &c. :—TEST. Rob. Erskin de Nathro, Wil. Foulertoun de Ardo, Rob. Clerk burgen. de Montros, M. And. Eldar notario publico :—Apud burgum de Montros, 31 Mar. 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 591.

1415. Apud Edinburgh, 18 Maii.
REGINA concessit et de novo dedit ANDREE WARDLAW, filio et heredi apparenti Henrici W. de Torry,—terras et baroniam occidentalis partis de Lochquhorschire, viz. terras de Brountoun, Dalginche, cum lacu de Balquharge, advocatione capelle de Inchegall, terras de Tretoun cum marresia, Eistir et Wester Newtoun, Over et Nethir Markinche, cum molendinis et acris ejusdem, Bychty, Pettinhaglis, in dominio de Dalginche, quarterium de Blair-Crambeth et de Kinnaird, dimedietatem de Drumlochirnoch et de Byn, cum villa de Corshill supra Inchegall cum privilegiis et libertatibus ejusdem, cum turribus, fortaliciis, maneriis et hortis, pomeriis, lacubus, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., in dicta baronia per annexationem, vic. Fyffe;—quas dictus Hen. resignavit :—et voluit regina quod unica sasina apud terras dominicales de Inchegall capienda pro omnibus staret : —TENEND. dicto And. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Hen. quibuscunque :—RESERVATIS dicto Hen. libero tenemento, Katherine Lundy ejus sponse vitali redditu de Ballingarie, Navitie et dimedietate de Byn (que prius ei in conjuncta infeodatione pertinuerunt), ac rationabili tertia sponse dicti Hen. pro tempore cum contingeret :—TEST. *ut in carta* 1431. xxxii. 567.

1416. Apud Edinburgh, 4 Jun.
REGINA confirmavit cartam Johannis Haitlie de Mellestanis,—[qua,—pro perimpletione unius partis contractus initi inter se et Hen. H. filium suum et heredem apparentem, feodatarium de Mellestanis (cum cousensu Andree Ker de Hirsell militis et Thome Haitlie in Sneip, ejus curatorum, pro eorum interesse), ab una, et Steph. Burnefeild filium et heredem apparentem Stephani B. de Greinlawdene ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 12 Maii 1562, in libris concilii registrat.,—pro summa pecunie persoluta, vendidit dicto STEPHANO BURNEFEILD juniori, et heredibus ejus masculis quibuscunque sive assignatis (quia terre prius talliate fuerunt), —terras de Blasinbraid et Brumehill, cum tenentibus &c., vic. Berwik :—TENEND. de regina :—TEST. Johanne Westoun, Tho. Williamesoun burgen. de Edinburgh, Wil. Burnefeld filio dicti Steph. senioris, Geo. Millar in Cormokhoip, Jac. Myllar et Alex. Hay ejus servo :—Apud Edinburgh, 14 Maii 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 526.

1417. Apud Haliruidhous, 8 Jun.
REGINA confirmavit cartam Jacobi Clerk domini portionarii de Luthre,—[qua,—ex speciali licentia regine sub ejus signeto et subscriptione manuali, de data apud Edinburgh, 7 Jan. anno regni 19,—pro summa pecunie persoluta, vendidit ROBERTO CLERK filio suo, heredibus ejus et assignatis,—suas $1\frac{1}{2}$ decimassextas partes terrarum et ville de Lutherie, in dominio et senesc. de Fyffe :—SOLVEND. regine 6 lib. 19 sol. 4 den. et obulum, nomine feudifirme ; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum ; necnon faciendo omnia contenta in carta dicto Jac. per regem Jac. V. concessa :—cum precepto sasine directo Davidi Kynloch et Davidi Stewinsoun :—TEST. Davide Baxter burgen. de Cupro, Jacobo Andersoun, Tho. Flescheour notario publico :—cum subscriptione dicti Jac. C. manu per notarium ducta :—Apud burgum Cupri, 3 Jun. 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 523.

1418. Apud Edinburgh, 10 Jun.
REGINA concessit ALEXANDRO LAUDER filio et heredi apparenti Willelmi L. de Haltoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Quhytlawis et Burngranis, cum molendinis, multuris, silvis, piscariis, tenentibus &c., vic. Berwik ;—quas Robertus Lauder de Burngranis resignavit ;—cum nonintroitu et actione recognitionis quos regina habere potuisset de dictis terris :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 382.

1419. Apud Edinburgh, 3 Jul.
REGINA concessit JOHANNI HAMMILTOUN (filio secundogenito et cessionario quondam Jacobi H. de Stanehous), heredibus ejus et assignatis,—10 librat. terrarum et baronie de Stanehous (solven. annuatim 28 marc. 4 sol. 5⅓ den. monete, 3 celdras 15 bollas farine et 1 celd. ordei, pretium bolle 20 sol., 30 capones, pretium 45 sol., servitia valen. 5 lib., extenden. in integro ad 105 lib. 2 sol. 9⅓ den.), vic. Lanark;—que tente fuerunt de regina per servitium warde, et in manibus superioris fuerant per 68 annos, cum firmis extenden. ad 40 lib. annuatim, nonintroitu per reginam donato dicto Jac.; et 15 Maii 1562 appreciate[1] fuerunt pro 2000 lib. 12 sol. 9 den. et obulo in partem solutionis dict. firmarum, et pro 100 lib. 2 sol. 9 den. pro feodo Roberti Ra nuncii, vicecomitis in hac parte:—et voluit regina quod persone habentes jus hereditarium ad dictas terras haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 386.

1420. Apud Striviling, 8 Jul.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Carnis de Litilltoun,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit NINIANO MUIRHEID, et MARIOTE REDDIK ejus sponse,—dimediam marcat. (per Geo. Carnis occupatam) de terris de Litiltoun, marcatam de 3 marcat. de L. (per dictum Wil. occupat.),—reservatis una crofta cum mansione desuper edificata, per dictum Wil. occupat., et 6 summarum bestialium pasturatione,—in parochia de Borg, senesc. Kirkcudbricht:—TENEND. dictis Niniano et Mar. et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Niniani quibuscunque, de regina:—TEST. And. Fullartoun de Carltoun, D. Alex. Finlaysoun capellano, Symone Sproit, Wil. Cailcane, Joh. M'Kenie:—cum subscriptione dicti Wil. Carnis per notarium ducta, se nesciente scribere:—Apud locum de Borg, 23 Apr. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 339.

1421. Apud Striviling, 14 Jul.
REGINA confirmavit cartam factam per Geo. Kennedy de Balmakclannochane et Jonetam Kennedy ejus conjugem, conjunctos infeodatores terrarum subscript.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendiderunt GEORGIO LOKHART burgensi de Air, fratri Johannis L. de Bar, heredibus ejus et assignatis,—6 marcat. terrarum de Ahaltoun et Glenalloway (per Dunc. Fergussone et Uthredum Adunuell occupat.), in comitatu de Carrik, vic. Air:—REDDEND. regine tanquam principi et senescalle Scotie servitium warde et relevii:—TEST. Wil. Lokhart, Jac. L., fratribus dicti Geo. L., Hen. M'Rankyne in Glengervane, Wil. Kessane, Geo. Kessane burgen. de Air, Joh. M'Ylmun serjando incolaque ejusdem:—cum subscriptione notarii ex mandato dicte Jon.:—Apud Balmakclannochane, 6 Jul. 1562]:—INSUPER dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 527.

1422. Apud Edinburgh, 25 Jul.
REGINA concessit PATRICIO BANERMAN filio et heredi apparenti Alexandri B. de Wattertoun, heredibus ejus et assignatis,—quarterium terrarum de Litill Aechmaquhoy, in parochia de Logy, vic. Abirdene;—quod dictus Alex. resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Alex. et Margarete Reid ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 357.

1423. Apud Haliruidhous, 1 Aug.
REGINA confirmavit cartam factam per Wil. Murray dom. liberi tenementi baronie de Tulibardin,—[qua, pro summa pecuniaria persoluta, vendidit filio suo WILLELMO MURRAY feodatario de Tulybardin, et AGNETI GRAHAME ejus sponse,—terras de Wester Lochlanis, in senesc. de

[1] Names of assize:—Alex. Baillie of Carfyn, Joh. Somervele of Cambusnethane, Joh. Robertoun of Ernok, Wil. Weir of Stanebyris senior, Jas. Greneschelis of Johnstoun, Rob. Hammiltoun in Garing, Rob. Hammiltoun of Dalserff, Tho. Weir of Kirktoun, Jas. M'Quharry of Auchintuill, Tho. Weir of Halkisland, Joh. Tweddaill of Bankheid, John Weir of Clenochdik, Gavin Murray of Edstouneheid, Wil. Levingstoun of Garwestwod, Arthur Hammiltoun senior in Meretoune.

Stratherne :—TENEND. dictis Wil. juniori et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque, de regina in feudifirma :—REDDEND. annuatim 10 lib.: —RESERVATO libero tenemento Davidi Murray olim de Wester Lochlanis :—TEST. Willelmo Murray de Letterbannachy, Wil. Murray in Carny, Tho. Toscheoch, Jacobo Murray filio dicti Wil. senioris, Geo. Murray, D. Hen. Oswell, Walt. Ramsay, notariis publicis :—Apud Eister Gask, 13 Maii 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 343.

1424. Apud Halyrudhous, 1 Aug.

REGINA confirmavit cartam factam per Joh. Murray, filium et heredem quondam Johannis M. familiaris servitoris ac barbetonsoris regis Jacobi V.,—[qua,—cum consensu Jonete Tennent sponse sue,—pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI HUCHESOUN burgensi de Edinburgh, et MARGARETE STEVINSOUN ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et JOHANNI HUCHESOUN eorum filio legitimo, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—terras et pratum vocat. Kingismedow, cum columbario earundem, vic. Edinburgh :—REDDEND. regine 14 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum; necnon edificando domos et politias solo corresponden. :—TEST. Wil. Murray fratre germano dicti Joh. filii, Jac. Tennent de Carnis, M. Joh. Hammyltoun de Bankell, Joh. Mosman, Joh. Foulis, notariis publicis :—Apud Edinburgh, 18 Dec. 1561] :—TEST. 35. 29. 39. 40. 36. xxxii. 375.

1425. Apud Haliruidhous, 6 Aug.

REGINA confirmavit cartam factam per Alex. Donaldsoun filium quondam Michaelis D.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit (quondam) THOME GRAHAME de Boquhoppill, heredibus ejus et assignatis,—5 marcat. terrarum de Bray de Cessintuly, et 40 solidat. de Balnadornok, in dominio de Menteith, vic. Perth :—REDDEND. regi et regine 21 marc. 6 sol. 8 den. feudifirme :—TEST. M. Walt. Balfoure, Wil. Schaw apparente de Knokhill, Rob. Balfoure, Jacobo Balfoure de Boghall, Jac. Kneland, M. Nic. Robesoun notario publico :—cum subscriptione notarii de mandato dicti Alex. :—Apud Edinburgh, 15 Aug. 1560] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 530.

1426. Apud Striviling, 17 Aug.

REGINA confirmavit cartam factam per Archibaldum Hereis de Madinpaup, heredem masc. quondam Willelmi dom. Hereis de Terreglis terrarum subscript.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI MAXWELL de Terreglis militi, et Domine AGNETI HEREIS ejus conjugi, —7½ marcat. terre de Reidcastell, cum earundem turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, nemoribus, piscariis, tenentibus &c., in senesc. Kirkcudbricht :—TENEND. dictis Joh. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus vel assignatis dicti Joh. quibuscunque, de regina :—REDDEND. wardas &c. :—TEST. Jacobo Geddes, Carolo Maxwell, Thoma Maxwell, D. Joh. Boyde capellano, Herberto Andersoun notario publico :—Apud Drumfreis, 22 Mar. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 338.

1427. Apud Invernys, 16 Sept.

REGINA confirmavit cartam Johannis Barroun alias Fraser, portionarii de Moneak, Tulak et Elrik,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se et Wil. Cuming burgensem de Invernys, de data apud dict. burgum, 8 Apr. 1562, ac pro summa pecunie persoluta, ac pro servitiis sibi per Jonetam C. filiam dicti Wil. in ejus pura virginitate factis et non fiendis,—concessit dicte JONETE CUMING—terras suas de Moneak in Ard, Tulak et Elrik in Straithnarne, vic. Invernys :—TENEND. dicte Jon. pro tempore ejus vite, et heredibus inter dictos Joh. et Jon. legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus propriis dicti Johannis quibuscunque, de regina :—TEST. Jac. Patersoun burgen. de Invernys, Alex. Thomesoun in Canonia Rossen., Joh.

Straichin, Wil. Bane officiario vicecomitatus de Invernys, Joh. Wrycht in Bewling, Johanne Wilsoun servitore Jasperi Vaus de Lochslyne, D. Johanne Nicholsone notario publico :—cum subscriptione notarii, dicto Joh. B. calamum tangente:—Apud Canoniam Rossen., 19 Maii 1562] :—TEST. *ut in carta* 1428. xxxi. 481.

1428. Apud Invernys, 17 Sept.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Denwne de Petnele,—[qua,—cum consensu M. Thome Denwne rectoris de Kincarne et Alexandri Clunes burgensis de Cromertie, curatorum suorum,—concessit provide ancille KATHERINE VAUS filie Jesperi V. de Lochslyne, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras de Petnele (per dictum M. Tho. et Joh. M'Culloch occupatas), in comitatu Rossie, vic. Invernys :—REDDEND. regine unum den. albe firme :—TEST. Rob. Suthirland in Eister Ganie, Donaldo Denwne in Mowretoun, And. Denwne de Wester Catbole, M. Wil. Watsoun, Joh. Wilsoun, Alex. Makkynnyn, Wil. Cuming notario publico :—cum subscriptione notarii, dicto Wil. Denwne calamum tangente :—Apud Lochslyne, 3 Mar. 1561] :—TEST. 35. 42. 52. 39. 40. 36. xxxi. 480.

1429. Apud Abirdene, 24 Sept.
REGINA confirmavit cartam Johannis Ros in Narn,—[qua vendidit nepoti suo JOHANNI ROS, filio et heredi apparenti quondam Patricii R., heredibus ejus et assignatis,—ob naturalem amorem, necnon ob pecuniarum summas per se dicto Joh. juniori tanquam heredi dicti Pat. debitas per eum quitteclamatas, et ob alias pecuniarum summas sibi persolutas,—terras nuncupatas Bellis-landis, cum toftis, croftis, domibus edificiis et crofta nuncupat Bellisaiker, infra villam de Aulderne, necnon terras nuncupat. Belgeams-landis cum toftis, croftis &c. nuncupatis Smyddyland (quarum crofta jacebat infra villagium de Aulderne et crofta ex parte boreali cimiterii ejusdem, inter terras Jac. Dunbar de Cumnok, extenden. a muro seu fossa dict. cimiterii ad terras decani Moravien.), vic. Narne :—REDDEND. regi 6 sotulares equinos ex ferro factos, nomine albe firme : —TEST. Wil. Ros, Matheo Patersoun, D. Jac. Wichtand, D. David Bowman, notariis publicis :—Apud Kilraok, 20 Maii 1537] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 482.

1430. Apud Abirdene, 13 Oct.
REGINA concessit JOHANNI OGILVY de Inchewin, et MARGARETE ERSKIN ejus conjugi,—dimedietatem terrarum de Auchnagray, Eister Auchleucry, et occidentalis quarte partis de Inchewin, cum dimed. bruerie et crofte de Kynnatie, in baronia de Kynnatie, vic. Forfare ;—quas Joanna Erskin, una duarum heredum ac filiarum quondam M. Willelmi E., resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Margarete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 434.

1431. Apud Abirdene, 13 Oct.
REGINA concessit JOHANNI MENTEITH feodatario de Kers, filio Roberti M. de K., et HELENE MENTEITH ejus conjugi,—terras terrarum dominicalium de Alveth, cum manerie et molendino granorum earum, terras de Middilwod, Carliscroft, Dyke, Downye, vulgo *the Harbeir*, et Hoill, cum silvis dict. terrarum dominicalium, in baronia de Kers per annexationem, vic. Striviling ;—quarum liberum tenementum dictus Rob., feodum idem Joh., resignaverunt :—TENEND. dictis Johanni et Helene eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis et tallie dicti Joh. quibuscunque :—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxii. 566.

1432. Apud Abirdene, 25 Oct.
REGINA confirmavit ALEXANDRO LINDESAY de Broidland, et ELIZABETH FALCONARE ejus conjugi,—terras et villas de Broidland et Phaisdo, in thanagio de Fethircarne, vic. Kincardin ;—quas idem Alex., cum consensu M. Jacobi

Wischarte de Balfeych et Alexandri W. ejus fratris, curatorum suorum, resignavit: —TENEND. dictis Alex. L. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, in feudifirma:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 389.

1433. Apud Abirdene, 30 Oct.
REGINA concessit JOHANNI CARRUTHERIS nepoti Johannis C. de Holmendis senioris, heredibus ejus et assignatis,—10 marcatas terrarum antiqui extentus de Rammirskaillis et Harthweth, cum tenentibus &c., in parochia de Lawmabane, senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfres;—quas Wil. Ramesay de Sipland resignavit: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 502.

1434. Apud Abirdene, 3 Nov.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Hay de Ury,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ALEXANDRO FRASER de Phillorth, heredibus ejus et assignatis, —terras de Tulykeraw, Blairmormond et *lie* Park vocat. Park de Creichmond, in baronia sua de Cremonth, vic. Abirdene: —TENEND. de rege et regina:—TEST. Alex. Fraser de Outlaw, Mich. Ogilvy de Cultis, Tho. Fraser de Kirktoun-Tyrie, Magistris Willelmo Fraser, Rob. Andersoun, Davide Brody notario publico:—Apud Phillorth, 27 Maii 1560]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 491.

1435. Apud Edinburgum, 15 Dec.[1]
REGINA confirmavit cartam Jacobi Frank burgensis de Peblis,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI WICHTMAN burgensi de Peblis, heredibus ejus et assignatis,—terras Frankislandis nuncupatas, vic. Peblis:—REDDEND. regine 6 allii capita nomine albe firme:—TEST. Andrea Hendersoun, Adamo Allane, burgensibus de Edinburgh, Davide Laute notario publico, Joh. Corsaw ejus servitore: —Apud Edinburgh, 8 Dec. 1562]:—TEST. 35. 42. 52. 53. 40. 36. xxxi. 488.

ANNO REGNI 21. ANNO DOMINI 1562.

1436. Apud Edinburgh, 16 Dec.
REGINA confirmavit cartam Georgii Makgie de Eggirnes,—[qua, pro 1000 libris persolutis, innumerisque aliis beneficiis &c., vendidit JOHANNI DUNBAR de Mochrum, et ELIZABETH MURE ejus conjugi, —5 marcatas 22 denariat. terrarum antiqui extentus suarum 10 marcatarum ant. ext. de Eggirnes, cum tenentibus &c., necnon superioritatem 4 marcatarum 11 sol. 4 den. dict. terrarum de Eggirnes et Carsquhill, in parochia de Kirkmadryne, vic. Wigtoun; molendinum de Eggirnes cum crofta molendinaria ex parte occidentali juxta aque stationem (occupat. per Maurisium M'Nawany), cum alia crofta occupata per Tho. Kennedy, et cum crofta occupata per Joh. M'Nawany, ex parte orientali dicti molend., cum domibus earundem, et cum aque stationibus *lie mylne-dammis*, aqueductibus deductis seu per aliquam partem dict. 10 marcatarum deducendis si opus foret, necnon cum astrictis multuris dict. 10 marcatarum, extendentibus ad decimumquintum granum fructuum, ordei, avenarum, blady, pisarum &c., cum multurarum sequelis, accidentibus et commoditatibus servitorum dicti molend., necnon cum astrictione solutionis lapidum ac lignorum molarium ac reparatione ejusdem, necnon advectione lapidum et lignorum, reparatione aqueductuum et aque stationum, cum libero passagio:—TENEND. dictis Johanni et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Joh. quibuscunque, de regina:—TEST. Alex. M'Kynna in Bra de Mochrum, Petro M'Ilwyane notario publico, Gilberto Herroun in Craluch, Joh. Dunbar in Orchartoun, Joh. M'Nawany in Eggirnes, Arch.

[1] Dated an. reg. 21. Placed here according to the A.D.

Mure in Arreallane:—Apud Mochrum, 6 Jan. 1560]:—TEST. *ut in carta* 1410.
xxxi. 485.

1437. Apud Edinburgh, 22 Dec.
REGINA concessit ALEXANDRO BALBIRNY filio et heredi apparenti Johannis B. de Inverrychty, heredibus ejus et assignatis uni aut pluribus,—terras de Inverrychty, cum manerie et molendino, vic. Forfare;—quas dictus Joh. et Margareta Gray ejus sponsa resignaverunt:—RESERVATO libero tenemento dictis Joh. et Marg.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 438 (i).

1438. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REGINA concessit ANNABELLE CUNYNGHAME domine Gaitgyrth, in vitali redditu, et JACOBO CHALMER de Gaitgyrth, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—2 marcat. terrarum de Over Laycht, 2 marcat. de Nethyr L., antiqui extentus, cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, silvis, piscariis, tenentibus &c., in baronia de Dalmellingtoun, balliatu de Kyle-regis, vic. Air;—quas Alanus dom. de Cathcart resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 381.

1439. Apud Edinburgum, 8 Jan.
REGINA confirmavit cartam Davidis Rossy de eodem,—[qua concessit JACOBO WOD de Bonytoun, heredibus ejus et assignatis,—binam partem terrarum de Ennenye, vic. Forfare;—in excambium pro dicti Jac. terris de Westertoun de Rossy, vic. Forfare, et pro Patricii W. ejus filii et heredis apparentis terris de Kinnereis, in regalitate S. Andree, vic. Forfare, secundum tenorem contractus initi apud Bonytoun, 29 Sept. 1561:—TENEND. de regina:—TEST. Joh. Leychton de Ulischawin, Joh. Foullartoun de Kynnaber, Ric. Mailwill de Baldowy, Joh. Farar rectore de Egglishoine, Alex. Ouchterlony, Walt. Wod, Herberto Gledstanis notario:—Apud Bonytoun, 30 Oct. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 354.

1440. Apud Edinburgum, 8 Jan.
REGINA confirmavit cartam factam per Jonetam Carutheris, seniorem filiam et alteram heredum duarum quondam Symonis C. de Mowswald,—[qua,—cum consensu Thome Roresoun de Bardannoch conjugis sui,—pro summa pecunie persoluta, aliisque gratitudinibus &c., concessit JACOBO DOWGLAS de Drumlangrig militi, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem suam terrarum subscript., viz. 20 libratarum antiqui extentus de Mowswald, Howquhat et Hatlandhill, cum turre, fortalicio, molendinis, advocatione ecclesie de M., 20 libratarum ant. ext. de Logane-tenement cum molendinis, 10 libratarum ant. ext. de Dronok cum dimed. piscarie earundem, 40 solidatarum de Cummertreis ant. ext., marcate de Stanereis, 20 libratarum de Pennersax cum advocatione ecclesie earundem, 10 marcatarum ant. ext. de Myddilbe cum advocatione ecclesie earundem, 5 marcatarum de West-Scalis ant. ext., 2 marcatarum ant. ext. in Hoddum, marcate ant. ext. de *lie* Holmis de Annand, vulgo Blewberylandis nuncupat., et quartam partem marcate de Westwod, cum tenentibus &c. omnium dictarum terrarum, ac dimedietatem 20 solidatarum de Raffelgill, in senescallatu Vallis Annandie:—TENEND. de regina:—TEST. Edw. Creichton de Sanchar, M. Rob. Dowglas preposito (de) Linclowden, Harberto Jarden de Auldgarth, Tho. Hog, Joh. M'Mauth filio et herede Jacobi M. de Dalpedder, Joh. Greir, M. Joh. Dowglas, D. Joh. Tailyeour rectore de Cummertreis:—Apud Dunlangrig, 16 Jul. 1562]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. D., dispensavit super sasina ante dictam confirmationem sumpta:—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxii. 376.

1441. Apud Edinburgh, 8 Jan.
REGINA confirmavit cartam factam per quondam Jac. Johnestoun, filium et heredem apparentem Johannis J. de eodem,—[qua,—cum consensu dicti patris, curatoris et gubernatoris sui,—pro summa pecunie persoluta, vendidit NICHOLAE DOWGLAS filie Jacobi D. de Drumlangrig (militis[1]), in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras de Johnestounholme, Ers-

[1] In introductory clause only.

wod, Bennetlaw et Kers, in senesc. de Annanderdale, vic. Drumfres :—REDDEND. regine unum denarium albe firme :—TEST. Magistris Tho. Marjoribankis, Jac. M'Gill, Jac. Bannatyne, And. M'Teir, Tho. Lamb, notariis publicis :—Apud Edinburgh, 17 Feb. 1544] :—TEST. *ut in carta* 1440.

xxxii. 377.

1442. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit JOHANNI CREICHTOUN de Ruthvenis, et ELIZABETH LINDESAY ejus conjugi,—ter. et baroniam de Craigis, viz. terras de Killerye, Eistir et Weistir Darye, Eistir et Over Craig, cum molendinis, terris molendinariis, proficuis, tenentibus &c., dimedietatem de Formale et Fornochty, vic. Forfare; terras de Brigtoun de Ruthven et Mylntoun de Ruthven-comitis, cum silva, foresta, molendino, terris molendinariis et multuris, cum annuis custumis fori S. Moindi, in baronia de Ruthven-comitis, vic. Forfare; tertiam partem de Balhary, vic. Perth;—quas idem Joh. juxta tenorem cujusdam contractus resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 438 (ii).

1443. Apud Edinburgh, 20 Jan.

REGINA confirmavit cartam quondam D. Alexandri Dik archidiaconi Glasguensis,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit M. JOHANNI MOSCROP advocato, heredibus ejus et assignatis,—terras de Dillerburn et Dogflatt, in baronia de Mennare, vic. Peblis :—TENEND. de regina :—TEST. Alano Dikesoun burgen. de Edinburgh, Kentigerno Tennent, Adamo Moscrop notario publico :—Apud Edinburgh, 4 Feb. 1555] :—NECNON cartam dicti M. Joh.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit MICHAELI NASMYTH, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras :—TENEND. de regina :—TEST. Adamo Moscrop, D. Joh. Alane, Bernardo Vache :—Apud Edinburgh, 5 Feb. 1555] :—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxi. 486.

1444. Apud Edinburgh, 28 Jan.

REGINA confirmavit cartam Hugonis com. de Eglingtoun dom. Montgomery &c.,—[qua,—pro perimpletione contractus initi apud Glasqw, 12 Aug. 1562, qua tentus est infeodare JOANNAM HAMMILTOUN, filiam Jacobi ducis de Chattellarault com. Aranie dom. Hammiltoun &c., in 600 marcis annuatim,—vendidit dicte Joanne, heredibus ejus et assignatis,—20 librat. terrarum antiqui extentus de Eistwod, cum turre, fortalicio, hortis et pomeriis, 13 librat. ant. ext. de Langsyde, Thankartland, Newlandis et Mureleis, cum molendinis, multuris, piscationibus, tenentibus &c. (terris de Henriis-croft occupat. per Wil. Blair exceptis), valentes annuatim (computando bollam farine ad 13 sol. 4 den. et bollam ordei ad 20 sol.) 250 lib. 8 sol. 3 den., in baronia et vic. de Renfrew; annuum redditum 149 librarum 11 sol. 9 den. de baronia de Eglissem seu de quacunque parte ejusdem, vic. Renfrew :—REDDEND. regine pro terris jura et servitia debita et consueta; pro dicto ann. red. unum den. albe firme :—TEST. Willelmo magistro de Eglingtoun, Joh. Montgomery de Brigend, Rob. Rae burgen. de Hammiltoun, Wil. Hiegate notario :—Apud Eglissem, 24 Oct. 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 490.

1445. Apud Edinburgh, 7 Feb.

REGINA confirmavit JOHANNI DOMINO ERSKIN, et ANNABELLE MURRAY ejus conjugi,—terras et dominium de Erskin, viz. terras de Ovir et Nethir Langoch, Ovir et Nethir Haltoun, Newtoun, Glenschinnach, Constable-land, Cowper-land, Eistpark, Eister, (Middill[1]) et Westir Portertoun, Westir et Eistir Ferry, Bischoptoun, Hiefeild, Inglistoun, West-park de Erskin, Roslandis, Bagarran, Drumcors et Barcloch, necnon ceteras terras dicti dominii si que essent, cum turre, ortis, pomariis, molendino, piscariis, tenentibus

[1] Supplied from the *Tenendas* clause.

&c., vic. Renfrew; terras de Barnyhill de Inchynnan, *lie* Bernis de I., et Awlandis de I., vic. Renfrew;—quas idem Joh. resignavit:—TENEND. dictis Joh. et An. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Johannis et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 387.

1446. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REGINA confirmavit cartam quondam Eliz. Binning de eodem,—[qua,—cum consensu (quondam) Alexandri Young notarii publici, curatoris sui,—pro summa pecunie persoluta, vendidit (quondam) WILLELMO HAMMILTOUN in Pardovane (patri WILLELMI HAMMILTOUN de Pardovane), heredibus ejus et assignatis,—7 bovatas terrarum de Eister Bynning (tunc per se a Roberto Bruce de West Bynning legitime redemptas, prout in decreto dominorum concilii plenius contentum est), vic. Linlithqw:—FACIEND. annuatim regi tertiam partem unius secte ad curiam ejus de Linlithqw; et REDDEND. unum den. argenti apud villam de Linlithqw, nomine albe firme:—TEST. Math. Hammiltoun in Lethame, Geo. Bard, Donaldo Foultoun, D. Joh. How sacerdote et notario publico:—Apud Edinburgh, 28 Jan. 1533]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 342.

1447. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REGINA,—quia quondam Alex. Ogylvy de Fyndlatter pro exheredatione Jacobi O. de Cardell, filii sui et heredis apparentis, sine ulla justa causa, de consilio quorundam ejus minime amicorum, infeodavit quond. Johannem Gordoun alias Ogylvy, filium quond. Georgii com. de Huntlie, in omni sua hereditate; et quondam regine mater Maria regina dotaria, percipiens dictum Jac. injuste exheredatum, magnis laboribus movit dictos Geo. et Joh. ex una et dictum Jac. ex altera partibus ad referendum omnem controversiam circa jus et amicitiam *lie kyndnes* que utraque dict. partium ad dict. terras habuit, in aliquos judices arbitrarios ab ipsis electos, et eis discordantibus in dictam regine matrem, que decrevit dictum Joh. infeodare dictum Jac. in dictis terris, quod dictus Joh. nunquam fecit;—tunc habens dict. terras in manibus suis ratione forisfacture dicti Joh., pro nonnullis lese majestatis criminibus ad mortem justificati,—pro bono servitio (et quia dictus Jac. virtute dicti decreti obligatus fuit ad infeodand. dictum Joh. in parte terrarum de Strathnarne et Cardell, et de mandato regine fratrem regine Jacobum com. Moravie in dict. terris infeodaverat), concessit dicto JACOBO OGILVY, heredibus ejus et assignatis,—terras et baronias de Ogilvy, viz. Fyndlatter, Deskfurde, cum molendinis, multuris, piscariis, silvis, forestis, parcis, turribus, fortaliciis, tenentibus &c., terras et baroniam de Drumnakeith, Blairschynnach, Castelfeild, Castelyairdis, cum officio constabularie de Culane et terris constabulariis vocat. Pittinbrunganis, advocatione ecclesiarum et capellaniarum de Culane et Deskfurde, in baronia de Ogilvy per annexationem, vic. Banff; piscariam super aqua de Ythane, cum tenentibus et tenandriis, vic. Abirdene:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 388.

1448. Apud Edinburgh, 12 Feb.[1]

REGINA confirmavit cartam Johannis Stewart de Sowbar,[2]—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ROBERTO STEWART filio secundario Jacobi S. vicecomitis de Bute, et heredibus ejus masc.,—5 librat. terrarum de Over et Nethir Kelspokis antiqui extentus, in dominio et insula de Bute, vic. ejusdem:—REDDEND. regi et regine tanquam senescallis Scotie feodifirmas et devorias debit. et consuet.:—TEST. Tho. Boyde de Lyne, Alex. Stewart, Alex. Oige Stewart de Langill, Pat. M'Werarthe molitore, Joh. Alane burgen. de Rothissay, Pat. M'Conquhy clerico, Joh. Hyndeman molitore:—Apud Kingarth, 22 Maii 1560]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 330.

1449. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REGINA, tanquam princeps et senescalla

[1] Dated A.D. 1564. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxi. fol. 75.

[2] In introductory clause, "in Sowbar."

Scotie, concessit DAVIDI HAMMILTOUN filio et heredi apparenti Johannis H. de Brouncastell burgensis de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Brouncastell, extenden. ad 4 marcat. antiqui extentus, cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, silvis, piscariis, in baronia de Kilbrid, vic. Lanerk;—quas dictus Joh. personaliter resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 433.

1450. Apud S. Andream, 21 Feb.

REGINA confirmavit PATRICIO MONYPENNY de Pilrig, et KATHERINE WOD ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque,—terras de Westhall, cum molendinis, manerie et cotagiis (in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh);—quas idem Patricius resignavit:—PROVISO quod liceret heredibus dicti Pat. dictas terras a dicta Kath. et heredibus inter eam et dictum Pat. procreatis redimere per solutionem 600 marc. in ecclesia B. Egidii de Edinburgh super premunitione 40 dierum, consignatione fienda (in casu non comparentie) in manibus thesaurarii aut decani gilde burgi de Edinburgh:—RESERVATA rationabili tertia Jonete Ramsay matri dicti Pat. pro ejus vita:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 139.

1451. Apud S. Andream, 22 Feb.

REGINA confirmavit instrumentum sasine—[date per Geo. Nesbit baronem de Dalzell, ballivum in hac parte (quondam) Georgii dom. Seytoun, Johanni Seytoun in Tranent actornato ROBERTI SEYTOUN filii dicti Geo. dom. S. legitime inter eum et Dominam Mariam Peris tunc ejus sponsam procreati, coram Johanne Mosman Glasguen. dioces. notario publico,—de terris de Mylis, in baronia de Tranent, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh,—(virtute precepti sasine per dictum Geo. dom. S. directi dicto Geo. N., Johanni Seytoun et M. Davidi Hammiltoun, post concessionem dict. terrarum dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Rob. inter dictos Geo. dom. S. et Mariam legit. procreandis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti dom. quibuscunque,—quousque dictus dom. infeodaret dictum Rob. in terris baronie de Bernis, in dictis constab. et vic., de dicto dom. et heredibus per servitium warde tenendis:—Apud Edinburgh, 25 Feb. 1548):—TEST. Alex. Seytoun de Moirhame, Ric. Prestoun de Quhithill, Joh. Cunynghame et Arch. Murdo incolis ville de Seytoun:—26 Feb. 1548, hora circiter 4 P.M., indictione 7, pape Pauli III. anno 15]:—Necnon aliud instrumentum sasine—[date per dictum Geo. Nisbet ballivum dicti dom., dicto Johanni Seytoun actornato dicti Rob., coram dicto notario,—de dimedietate terrarum de Grenedykis olim Georgio Aldinstoun pertinen., in baronia de Tranent, constab. et vic. antedictis,—(virtute precepti sasine per dictum Geo. dom. S. directi *ut supra*, post concessionem dict. terrarum dicto Rob. et heredibus suprascriptis:—Apud Edinburgh, 25 Feb. 1548):—TEST. *ut supra*, addito Wil. Allane in Grenedykis:—26 Feb. 1548, hora circiter 3 P.M., indictione &c. *ut supra*]:—INSUPER, pro bono servitio dictorum Marie et Roberti, concessit dicto Rob., et ejus heredibus antedictis,—wardam, nonintroitum et firmas de terminis preteritis dict. terrarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 520.

1452. Apud S. Andream, 24 Feb.

REGINA confirmavit cartam Johannis Dunnune dom. tertie partis de Arkbol,—[qua, pro perimpletione contractus initi apud Litill Terrell, 27 Jan. 1561,—cum consensu Katherine Ros sponse sue,—pro magnis pecuniarum summis sibi deliberatis, vendidit ALEXANDRO ROS de Litill Terrell, et ELIZABETH ROS ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi, heredibus eorum et assignatis,—tertiam partem ville et terrarum de Arkboll, in comitatu Rossie, vic. Invernes:—TENEND. de regina:—TEST. Joh. M'Culloch filio Willelmi M. de Mekill Terrall, Andrea Sudderland in Culkane, Donaldo Adamsoun, Joh. M'Culloch filio Willelmi M., Donaldo Thair in Tarbat, Alex. Gar in Mekill Terrall:—cum subscriptionibus dictorum Joh. D. et Kath.

per notarium, manibus suis calamum tangentium:—Apud Terrall-litill, 30 Jan. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 597.

1453. Apud S. Andream, 1 Mar.
REGINA confirmavit HUGONI FRASER de Gussachane, et MARGARETE MONRO ejus conjugi,—occidentalem dimedietatem terrarum de Eistir Culboky, orientalem dimed. dicti Hugonis terrarum de Westir C., cum domibus, edificiis, hortis earundem, prope oram maritimam in loco nuncupato *the Querrell*, in dominio de Ardmanach, vic. Invernes;—quas idem Hugo resignavit:—TENEND. dictis Hugoni et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Hug. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 460.

1454. Apud S. Andream, 2 Mar.
REGINA confirmavit cartam Davidis Boiswell de Glasmont,—[qua,—causa contractus inter se et Jacobum Sandelandis de Sanct-Monanis initi pro matrimonio inter personas subscript. contrahendo, et tunc completo,—pro pecuniarum summis in dicto contractu expressis, concessit JOHANNI BOISWELL nepoti suo et heredi apparenti, et ISOBELLE SANDELANDIS ejus sponse, filie dicti Jac.,—dimedietatem suam terrarum de Glasmont, et annuum redditum 36 bollarum farine avenatice et 12 bol. ordei de terris suis de Bauglelly-Eister, in baronia de Glasmont, vic. Fiffe:—TENEND. dictis Joh. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque, de regina:—TEST. Andrea Murray de Arngosk milite, Wil. Moncreif, Mich. Balfour de Munquhany, Alex. Moncreif, Joh. et Jac. Boswellis:—Apud Balmoto, 12 Dec. 1562]:—TEST. *ut in carta* 1435.
xxxi. 489.

1455. Apud S. Andream, 16 Mar.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Bane de Tullich,—[qua concessit ROBERTO MONRO de Foulis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietatem suam terrarum et piscariarum de Ferrincosky in Braquhat, viz. terrarum de Inverane et piscarie earundem, Linsetcroy, Linsetmoyr, Altasbeg, Altasmoyr, Achynes, et dimed. molendini de Inverane, vic. Invernes;—in excambium terrarum &c. (*in carta* 1456 *contentarum*), necnon pro infeodatione terrarum arabilium infra burgagium de Dingwell dicto Rob. spectantium:—TENEND. de regina:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. Donaldo Munro archidiacono Insularum, Hugone Munro Hectoris, Georgio M. fratre germano dicti Rob., Donaldo Kemp burgen. de Dingwell, Wil. Cummyng burgen. de Invernys, Wil. Munro vicario de Dingwell, Jacobo Buchart, notariis publicis:—Apud Foulis, 25 Jan. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 593.

ANNO DOMINI 1563. ANNO REGNI 21.

1456. Apud S. Andream, 31 Mar.
REGINA confirmavit cartam Roberti Munro de Foullis,—[qua concessit ALEXANDRO BANE de Tullich, et AGNETI FRASER ejus sponse, eorumque diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque dicti Alex. et assignatis quibuscunque,—terras suas de Westir Logy, cum molendino ejusque sequelis, multuris, brasina, toftis et croftis, in comitatu Rossie, vic. Invernes;—in excambium terrarum &c. (*in carta* 1455 *contentarum*):—TENEND. de regina tanquam comitissa Rossie:—TEST. et de data *ut in carta* 1455]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 594.

1457. Apud S. Andream, 3 Apr.
REGINA concessit pauperi suo oratori et servitori JOHANNI AULD, legitimo filio et heredi (per brevia capelle sue) quondam Willelmo A. fratri ejus patris deservito, heredibus dicti Joh. et assignatis,—tenementum terre cum horto jacen. infra burgum de Irwin ex australi latere summe vie ejusdem (inter terras Joh. Muriall et Joh. Cumyng, et cemiterium ecclesie);—regine

pertinens per decessum Jacobi Auld senioris et junioris bastardorum non rehabilitat. nec legitimat.:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 505.

1458. Apud S. Andream, 6 Apr.
REGINA confirmavit cartam fratris sui Jacobi[1] commendatarii perpetui prioratus S. Andree, et conventus ejusdem,—[qua,—pro magnis et longis servitiis sibi tam intra Scotiam quam in partibus Gallie et alibi impensis et impendendis,—ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI ORME, servitori suo, —terras de Priourlathyn, in dominio suo, intra regalitatem S. Andree, vic. Fiffe:—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, de dictis commendatario &c.:—REDDEND. 6 lib. 13 sol. 4 den., cum 12 caponibus, tanquam firmam antiquam, 3 lib. 6 sol. 8 den. in contentatione gressume ad ratum 95 marcarum pro qualibet decimononali locatione, et 3 lib. 6 sol. 8 den. cum 12 caponibus in augmentationem rentalis; cum 3 pultriis pro ipso Dav. et heredibus, et 2 pultriis pro quolibet cottariorum in dict. terris commoran., cum arreagiis, careagiis, servitiis et aliis devoriis sicut alii tenentes facere consueverunt; et tres sectas ad tria placita capitalia intra monast. S. Andree; necnon duplicando dict. feudifirmam ad introitum heredum; et plantando arbores, fraxinos viz. et quercus et hujusmodi similes solo congruentes; et quod essent dictis commendatario &c. fideles et amici, et in nullo adversarii nisi secundum juris permissionem; et servarent marchias illesas ab invasione circumjacentium, vel dictis commendatario &c. fideliter intimarent; et si deficerent in solutione feudifirme, vel in aliquo premissorum, sic quod duo termini decurrerent in tertium insoluti, caderent a jure; et quod jurisdictio dictis commendatario &c. spectaret sicut antea:—Apud dictum monast., 4 Jan. 1554]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 484.

1459. Apud S. Andream, 12 Maii.
REGINA confirmavit cartam Georgii Stratoun de eodem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ROBERTO ARBUTHNOT de eodem, in libero tenemento, et DAVIDI ARBUTHNOT ejus filio hereditarie,—orientalem tertiam partem terrarum de Arbirny (per And. Stratoun occupat.), in parochia de Benholme, vic. Kincardin:—TENEND. dicto Rob. *ut supra*, dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Roberto A. filio ejusdem Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de regina:—TEST. Geo. Vischert burgen. de Dundie, Joh. Symmer de Haltoun, Joh. Arbuthnot in Portertoun, Alexandro Pedy, M. And. Patricio, Rob. Myllis, notariis publicis:—Apud Lourenstoun, 19 Maii 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 483.

1460. Apud S. Andream, 14 Maii.
REGINA concessit JOHANNE DE LARYNEVEILE, sponse Roberti Betoun de Creich, in vitali redditu, et DAVIDI BETOUN eorum filio et heredi apparenti hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Urquhart, terras et baroniam de Donbug et Contrahillis, cum molendino, tenentibus &c., vic. Fyffe; terras et baroniam de Carntoun alias Fordoun, viz. terras de Convaly, Fordoun-flatt, cum molendino earundem Baltryne appellato, cum brasina apud ecclesiam de Fordoun, vic. Kincardun;—et dicto Davidi Betoun, et BEATRICI LESLIE ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus (et assignatis[2]) dicti Dav. quibuscunque,—terras de Creich, cum turre, loco et fortalicio earundem, terras de Nethir Reres, dimedietatem de Freland, 10 libras annui redditus de terris de Newtoun, 2 marcas ann. red. de terris de Flashill, vic. Fiffe;—et dicto Davidi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Derno, vic. Fiffe;—quas terras &c. de Donbug, Contrahillis, Carntoun et Creich dicti Robertus et Joh., reliquas dictus Rob. personaliter, resignaverunt:—REDDEND. pro Urquhart, Nethir Reres et Derno, firmas feudifirme et

[1] In introductory clause styled also "comes Moravie."
[2] Supplied from the *Tenendas* clause.

alias devorias debit. et consuet.; pro Freland albam firmam debit. et consuet.; pro reliquis jura et servitia debit. et consuet. :—RESERVATO libero tenemento dicto Rob., exceptis terris &c. dictis Dav. et Beatrici in conjuncta infeodatione concessis :—et quia in contractu matrimoniali dicti Dav. expressum est quod deficientibus heredibus masc. de corpore dicti Dav. procreatis, ipse David deliberaret dicto Rob. et heredibus ejus masc. reversionis literam pro redemptione dict. terrarum &c. a suis heredibus fem., voluit regina quod si dictus David solummodo unam heredem fem. viventem relinqueret, quam cito dictus Rob. aut heredes masc. persolverent 2000 lib., et si essent due aut plures heredes fem. viventes, persolverent 4000 marc. equaliter inter eas dividend., dicte heredes fem. tenerentur resignare dict. terras &c. (in conjuncta infeodatione concessas), dummodo ad receptionem dict. summarum infra ecclesiam parochialem de Cowpar super premunitione 40 dierum premoniti essent; consignatione fienda in manibus prepositi et ballivorum de Coupar, si ipse dict. summas recipere refutarent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 517.

1461. Apud Haliruidhous, 27 Maii.
REGINA concessit JACOBO SANDELANDIS, filio seniori et heredi apparenti inter Joh. S. de Calder et Johannam Flemyng ejus sponsam legitime procreato, —terras de Slamannanmure, cum mansionibus, toftis, croftis, hortis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum earundem, vic. Striviling;—quas dictus Johannes resignavit :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus inter dictos Joh. et Johannam legitime procreatis, quibus def., heredibus masculis dicti Jacobi quibuscunque : —RESERVATO libero tenemento dicte Johanne :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 470.

1462. Apud Edinburgum, 15 Jun.
REGINA, pro servitio patri et matri suis impenso, et sibi prestito et impendendo, ad feudifirmam dimisit JACOBO LINDESAY principali accipitario suo, in vitali redditu, et JOHANNI LINDESAY ejus filio et heredi apparenti hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Clonyark, Auchinskeach, Auchinhay, Auchinlosk et Glenstoken, in senesc. Kirkcudbrycht; —quas dictus Jac. de regina in rentali habuit :—SOLVEND. 13 lib. 11 sol. tanquam antiquas firmas et devorias, et 9 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum et assignatorum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 390.

1463. Apud Edinburgh, 16 Jun.
REGINA confirmavit cartam Richardi Hanginsyde de eodem,—[qua concessit ALEXANDRO HANGINSYDE filio suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —tertiam partem husbandiarum terrarum, molendini et terrarum dominicalium de Litill Newtoun, 2 carucatas in eadem villa vocat. Boiswelsland, unam terram sectatoris (Sutoris-land) ejusdem ville, in ballia et regalitate de Lauderdale :—TENEND. de regina :—RESERVATO libero tenemento omnium dicto Ric., et 2 terrarum husb. dict. terrarum dominicalium Jonete Wilkesoun sponse sue :—cum precepto sasine directo Alexandro Weddell :—TEST. D. Adamo Sym, Alex. Weddell, Adamo Sym, incolis de Litill Newtoun, D. Adamo Gilry :—Apud Edinburgum, 2 Jun. 1563] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 410.

1464. Apud Edinburgum, 19 Jun.
REGINA concessit WILLELMO LEVINGSTOUN de Kilsyth, in vitali redditu, et WILLELMO LEVINGSTOUN ejus filio hereditarie, et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Wil. senioris de corpore legit. procreatis, quibus def., Alex. L. ejus patruo et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus legit. heredibus masculis tallie dicti Wil. senioris quibuscunque (secundum tenorem carte tallie quondam Willelmo L. de K. ejus avo per Jacobum V. regem confecte),—terras et baroniam de Wester Kilsyth, cum domibus, fortalicio et mansionibus, molendinis, multuris, silvis, piscationibus, vic. Striviling;—quas idem Wil. senior resignavit : —RESERVATIS Cristine Grahame, sponse

dicti Wil. senioris, conjuncta infeodatione seu vitali redditu dict. terrarum vel alicujus partis earundem in quantum infeodata est, et rationabili tertia ceterarum cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis &c.*
xxxii. 368.

1465. Apud Edinburgum, 20 Jun.
REGINA concessit ALEXANDRO DUNBAR de Conze, heredibus ejus et assignatis, —1½ davatas terre de Colmekill, in Strabruraich, in comitatu Suthirlandie, vic. Invernys ;—que fuerunt dicti Alex., tento de Johanne olim com. Suthirlandie ; et regine devenerunt ob forisfacturam dicti Joh. :—REDDEND. unum den. in castro de Dunrobin nomine albe firme, juxta tenorem antiqui infeofamenti dicti Alex. :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 395.

1466. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REGINA confirmavit JOHANNI WOLF de Waldalie, et ELIZABETH HOME ejus sponse,—4 terras husbandias de Hardanis, cum principali mansione sub torrente earundem, in dominio de H., vic. Berwik ; —quas idem Joh. personaliter resignavit : —TENEND. dictis Joh. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Johannis quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 459.

1467. Apud Edinburgh, 20 Jun.
REGINA concessit ELIZABETH SCOT, relicte Patricii Kinnard de eodem, in libero tenemento, et heredibus inter eam et dictum Pat. legitime procreatis hereditarie, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Pat. quibuscunque,—terras de Eistir et Westir Lawis et Mylne-quarter de Kynnaird, cum molendino et terris molendinariis de K., in baronia de K., vic. Perth ;—quas dictus Pat. resignavit in manibus quondam matris regine apud Edinburgh in mense Dec. 1559, pro conjuncta infeodatione iterum danda ; qui Pat. ante dispositionem confectam decessit :—TENEND. cum preteritis firmis &c. quas regina clamare potuit :—TEST. *ut in aliis cartis &c.*
xxxii. 461.

1468. Apud Edinburgh, 22 Jun.
REGINA concessit fratri suo JOHANNI DOMINO DERNLIE—terras de Ordinhuiffis, Burnesyde et Bogmochillis, in foresta de Boyne, terras de Inched(r)ure, Kilbirneyis et Kilpotty, cum tenentibus &c., vic. Banffe ;—regine pertinentes ob forisfacturam quondam Johannis Gordoun de Deskfurde militis :—TENEND. dicto Joh. dom. D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Jacobo com. Moravie ejus fratri, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Rob. commendatario S. Crucis eorum fratri, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto Stewart eorum fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Joh. dom. D. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 367.

1469. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REGINA confirmavit cartam Johannis Cowdell de Asslowne,—[qua,—pro perimpletione contractus de data apud Dundie, 11 Nov. 1562,—concessit JOHANNI FORBES de Tolleis—solares dimedietates terrarum de Fechill et Sonaboth, et terras de Sonahard, cum molendino et multuris, in dominio de Mar, vic. Abirdene ;—in exambium terrarum de Fynlattir, Bromehill, cum molendino, tenentibus &c., in baronia de Clony, vic. Abirdene :—TENEND. dicto Joh. F. et heredibus inter eum et Margaretam Campbell ejus conjugem legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. heredibus sive assignatis dicti Joh. F. quibuscunque, de regina :—cum precepto sasine directo Georgio Calder et Thome Wilsoun : —TEST. Jac. Calder, Tho. Wilsoun, Alex. Gray, Tho. Daloquhy, notariis publicis :— Apud Aslowne, 21 Jul. 1563 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 411.

1470. Apud Edinburgh, 24 Jun.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Leslie dom. junioris de Balquhane, feodatarii terrarum subscript.,—[qua,—cum consensu (quondam) Johannis L. de B. patris sui, usufructuarii earundem,—pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit JACOBO GORDOUN de Creichy, et BARBARE

HAY ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus masc. et assignatis dicti Jac. quibuscunque, —terras de Rothynormond, cum molendinis, multuris, tenentibus &c., in dominio de Bambroch, regalitate de Gareauch, vic. Abirdene :—REDDEND. dicto Wil. 8 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme :—TEST. M. Roberto Lumisdane de Clovayth, Alexandro Leslie, Henrico Haw, Alex. Davidsoun, M. And. Leslie rectore de Fettirneir, M. Joh. Kennedy notario publico :—Apud Abirdene, 16 Apr. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 511.

1471. Apud Edinburgh, 30 Jun.
REGINA confirmavit cartam Roberti Collace de Balnamone,—[qua,—pro pecuniarum summis sibi et Johanni Cullace de Petforky pro redemptione terrarum subscript. persolutis,—vendidit KATHERINE CAMPBELL comitisse Craufurdie, heredibus inter eam et quondam Davidem com. Craufurdie ultime defunctum genitis, et eorum assignatis,—solarem dimedietatem terrarum de Balhall, cum crofta et brasina vocata Lichis-croft, in baronia de Balhall, vic. Forfar :—TENEND. de regina :—TEST. Joh. Cullace filio dicti Rob., Henrico Guthre, Davide Stratoun, Jeronimo Lindesay, Harbarto Gledstanis notario :—Apud Edzell, 30 Apr. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 346.

1472. Apud Donypace, 2 Jul.
REGINA concessit JACOBO SEYTOUN filio et apparenti heredi Walteri S. de Tulybody, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Touch-Freser, cum fortalicio et manerio de Touch, tenentibus &c., molendinis, multuris, advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, 15 marcat. terrarum de Gargunnok, cum mansione et fortalicio earundem, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Striviling ; terras et baroniam de Tullebodye, cum tenentibus &c., molendinis et multuris, vic. Clakmannane ;—quas dictus Walt. personaliter resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Walt. ; et Eliz. Erskin ejus sponse conjuncta infeodatione 50 solidatarum terrarum in baronia de Tullibody (per Rob. Johnestoun, Wil. Andersoun, Joh. Michell, Jac. Johnestoun et Agnetem Johnestoun olim occupatarum), cum rationabili tertia omnium dict. terrarum &c. cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 358.

1473. Apud Glasgw, 12 Jul.
REGINA confirmavit cartam Patricii episc. Moraviensis commendatariique perpetui de Scona, et conventus ejusdem,—[qua, pro 500 libris persolutis et in reparationem monasterii sui expositis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO CHALMER de Drumlochie—terras et villas de Over et Myddill Cloquhattis, cum crofta earundem, per Joh. Sowtar in Banchrey, (quond.) Joh. Alexander et Rob. Done occupat., in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. quibuscunque, nomen et arma de Chalmer gerentibus, et assignatis, de dicto monasterio :—REDDEND. annuatim pro Over Cloquhattis et crofta 4 lib. 7 sol., pro Myddill Cloquhatt 30 sol., pro firma antiqua, 23 sol. 4 den. pro gressuma quinquennali, ac dicto conventui ad eorum pittantias *lie pittane silver* 16 sol., et in augmentationem rentalis 28 sol. ; cum 3 bollis avenarum ; cum presentiis ad tria placita capitalia apud dictum monast. sive alias infra dictam regalitatem, et presentiis subtenentium ad alias curias dicti monast. cum summoniti forent, et in ejusdem itinere justiciarie ; et quod tenentes interessent cum dict. commendatario &c., eorum ballivis aut aliis ad hoc deputandis, in guerris sive exercitibus regis et regine quoties opus foret, armati secundum consuetudinem regni, propriis sumptibus, et dict. commendatario &c., quoties ad hoc requisiti forent, sumptibus dict. commendatarii &c. servirent ; necnon duplicando dict. 9 lib. 4 sol. 4 den. ad introitum heredum ; et si deficerent in solutione per duos terminos simul in tertium concurrentes, aut non curarent et facerent tenentes premissa perimplere, hec infeodatio expiraret :—TEST. M. Joh. Dowglas vicario de Galstoun, Joh. Bunche, Johanne Peblis, Joh. Blakwod burgen. de

Perth, D. Walt. Ramsay notario publico: —Apud dictum monast., 9 Aug. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 340.

1474. Apud Glasgw, 13 Jul.

REGINA concessit JACOBO M'ONEILL de Dunnavaig, heredibus ejus et assignatis, —terras de Kylfedder, Kerhillie, Askernes, Frowbast, Kerveltois, Kildonane, et duas Barrones, extenden. in integro ad 23 marcatas antiqui extentus, in insula de Uyst, vic. Invernys;—quas Ferquhardus Makallester de . . . . . personaliter resignavit: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 604.

1475. Apud Denune, 28 Jul.

REGINA confirmavit cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree principalem, perpetuum commendatarium de Dunfermeling, et conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., et pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt (servitori regine) M. ROBERTO RICHARDSOUN, commendatario[1] Insule S. Marie et thesaurario regine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Inverrask (viz. 2 bovatas per Joh. Dowglas, 3 bov. per Jonetam[2] Adamsoun, 4 bov. per Alex. Cokburne, 4 bov. per Eliz. Frog, 6 bov. per Cristinam Thomsoun, 4 bov. per Edwardum Marchinstoun, 4 bov. per Joh. Aitkinsoun, 2 bov. per Harbertum Maxwell, 8 bov. per Johannem Frog occupatas, extenden. in rentali suo ad 41 lib. 6 sol. 4 den. monete, unam celdram 11 bollas 3 firlotas tritici, pro annua gressuma 16 lib. 10 sol. 6½ den., 37 capones), terras de Munktounhall (viz. 2 bov. per Tho. Finlay, 1 bov. per Tho. Mwdy, 2 bov. per Jonetam Dalgleis, 2 bov. per Alex. Cruik, 2 bov. per Wil. Hill, 2 bov. per Wil. Duncane, 2 bov. per Pat. Cranstoun, 3 bov. per Tho. Hill occupatas, extenden. ad 15 lib. 6 sol. 10 den. monete, 10 bol. tritici, 16 capones, et pro gressuma 6 lib. 2 sol. 9 den.), terras de Smetoun (ad 30 lib. 13 sol. 7 den., 1 celd. 4 bol. tritici, 32 capones, pro gressuma 12 lib. 5 sol. 5 den.), Cauldcoittis (ad 6 libras, 12 capones, pro gressumis 48 sol.), Costertoun (ad 10 libras, 16 capones, pro gressuma 4 lib.), carbonarium nuncupatum Wallifurde (in rentali non extans), carbonarium de Wowmet (ad 6 lib. 13 sol. 4 den., pro gressuma 53 sol. 4 den.), cum carbonariis eorundem, molendina de Mussilburghschire (Jonete Betoun assedata, extenden. ad 66 lib. 13 sol. 4 den., 48 capones, 2 apros, et in gressuma 26 lib. 13 sol. 4 den.), cum astrictis multuris totius dominii de Mussilburghschire, ac locum, manerium et fortalicium de Pinke, cum domibus, hortis et pomeriis, cum novo molendino de Mussilburgh noviter constructo (in rentali non extantes), in regalitate[3] de Mussilburghschire, vic. Edinburgh:—REDDEND. annuatim dicto monast. pro Enveresk 57 lib. 16 sol. 10 den., unam celdram 11 bol. 3 firl. tritici, 37 capones; pro Munktounhall 21 lib. 9 sol. 7 den., 10 bol. tritici, 16 capones; pro Smetoun 42 lib. 19 sol., unam celd. 4 bol. tritici, 32 capones; pro Cauldcoittis 8 lib. 8 sol., 12 capones; pro carbonario de Wowmet 9 lib. 6 sol. 8 den.; pro Costertoun 14 libras, 16 capones; vel 16 sol. 8 den. pro qualibet bolla tritici ad optionem solventis; pro molendinis de Mussilburghschire cum multuris 93 lib. 6 sol. 8 den., 48 capones, 2 apros; tanquam firmas &c. prius consuet.; pro novo molendino 10 marc., pro Pinke 40 sol., pro carbonario de Wallefurd octavum onus carbonum, oneribus et sumptibus deductis; necnon 10 lib. in augmentationem rentalis; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia in pretorio burgi de Mussilburghschire aut alibi infra regalitatem ejusdem; et si deficerent in solutione, insolutus terminus in sequenti termino duplicaretur; et si duo termini caderent in tertium insoluti ipsorum culpa, firme totius anni duplicarentur; et si firme 1½ annorum venirent insoluti in quartum terminum ipsorum culpa, hanc locationem amitterent:—PROVISO quod liceret dict. commendatario &c. in manerio de Pinke inhabitare suis sumptibus:—Apud dictum monast., 22 Jul. 1563]:—INSUPER

[1] The introductory clause reads *Priori*; and so too in charters 1476 and 1477.

[2] The introductory clause reads *Johannem*.

[3] The introductory clause reads "in dominio de Mussilburgh et regalitate de Dunfermeling."

regina dispensavit circa acta parliamenti in contrarium:—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxii. 364.

1476. Apud Dynnune, 28 Jul.

REGINA confirmavit cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree principalem, commendatarium perpetuum de Dunfermeling, et conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ac pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt (servitori regine) M. ROBERTO RICHARDSOUN, commendatario Insule S. Marie et thesaurario regine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Maistertoun (extenden. in rentali suo ad 37 lib. 6 sol. 8 den. monete, et 36 pultrias), Eist Barnis (ad 25 lib. 4 sol., 24 pultrias), Petcorthy-Eister (ad 8 lib. 10 sol., 12 pultrias, et pro *lie fed-oxin-silver* 10 sol.), Sanct-Margaretis-Stane (ad 7 libras, 12 pultrias), terras de Walkaris de Burne-mouth (ad 52 solidos), terras de Stevinsonis in Burne-mouth (ad 48 solidos), Sillitoun-Wester (ad 4 libras 8 solidos, 10 pultrias, et pro *lie fed-oxin-silver* 8 sol.), Ligatis-brig (ad 3 lib. 19 sol. 2 den.), Randellis-craigis (ad 8 lib. 14 sol. 8 den.), Wyndmilhill (ad 5 lib. 15 [10][1] sol. 2 den.), Pitbauchlie (ad 4 lib. 14 den., 8 pultrias), Wester Bauldrig (ad 28 sol.), Eister B. (ad 56 sol. 8 den., 4 pultrias), Middil-Bauldrig, Wester Baith (ad 11 lib. 6 sol. 9½ den.), Blaklaw (ad 4 lib. 14 den., 8 pultrias), Nethir Baith (ad 8 lib. 10 sol. 9½ den., 10 pultrias), Baith-Under-the-hill (ad 10 lib. 14 sol. 9½ den., 10 pultrias), North-Foid (ad 9 lib. 9 sol. 5½ den., 15 pultrias), Windyage (ad 56 sol. 8½ den., 6 pultrias), Touch cum molendino ejusdem (ad 9 libras 9 sol. 5½ den., 8 pultrias, 6 capones), Coklawis (ad 56 sol. 8½ den., 6 pultrias), Moreisfauldis (ad 6 sol. 14½ den.), Eister Lessody (ad 5 lib. 13 sol. 4½ den., 9 pultrias), Wester L. (ad 56 sol. 8½ den., 12 pultrias), Balmule (ad 5 lib. 13 sol. 4½ den., 8 pultrias), Blarothy (ad 5 lib. 13 sol. 4½ den., 8 pultrias), Cragluscour (ad 12 lib. 5 sol. 5½ den., 18 pultrias), Wester Craigduky (ad 4 lib. 14 sol. 8 den., 8 pultrias), Eister C. (ad 4 libras 14 sol. 8 den., 8 pultrias), Wester Luscoure (ad 9 lib. 16 sol. 3 den., 18 pultrias), North-Ferrie (ad 9 lib. 6 sol. 8 den., 12 pultrias), North Lethaines (ad 5 lib. 13 sol. 4 [4½] den., 8 pultrias), Knok (ad 4 lib. 13 sol. 4 den., 6 pultrias), molendinum de Colyearraw (ad 8 lib., 8 capones), duo molendina sub muro dicti monast. (ad 8 lib., 8 capones), terras de Oucht (ad 11 lib. 4 sol.), South-Foid (ad 9 lib. 9 sol. 5½ den., 15 pultrias), Nethir Lessody (ad 8 lib. 10 [12] sol. 1½ den., 11 [12] pultrias), Rescoby cum *lie* Weddergang (ad 31 lib., 30 petras casei, 7 pet. buttiri), Gask (ad 15 lib., 30 pet. casei, 7 pet. buttiri), Tunygask (ad 16 lib., 25 pet. casei, 7 pet. buttiri), South Lethaines (ad 18 lib., 30 pet. casei, 7 pet. butiri), Blarinbothy-Northir (ad 16 lib., 25 petras casei, 7 pet. buttiri), Bank de Dolour (ad 40 lib.), Eister Gellote (ad 2 celdras 8 bollas tritici, 4 celd. 8 bol. ordei, 7 celd. 8 bol. avenarum, 3 lib. pro *lie fed-oxin-silver*), Wester G. (ad 2 celd. 8 bol. tritici, 4 celd. 8 bol. ordei, 7 celd. 8 bol. avenarum, 3 lib. pro *lie fed-oxin-silver*), Grosmureland (ad 6 bol. ordei), Lymkillis (ad 2 celdras 8 bol. ordei), Lymkilhill (ad 1 celd. 5 bol. ordei), Newlandis (ad 1 celd. 2 bol. ordei), Baith-Stevinsoun (ad 3 lib. 14 sol. 2 den., 3 pultrias), Baith-Trumbill (ad 7 lib., 10 pultrias), Baith-Mowbray (ad 42 sol. 5½ den., 3 pultrias), Baith-Dewar (ad 3 lib. 10 sol., 5 pultrias), Mylhillis (ad 9 lib. 6 sol. 8 den., 12 capones), molendinum de Petluffer (ad 11 libras 4 sol., 12 pultrias), terras de Braidleis (ad 28 sol.), Stanehous (ad 4 lib. 16 sol., 6 pultrias), molendina de Balmule (ad 5 lib. 10 sol. 8 den.), Ferryhill (ad 4 lib. 13 sol. 4 den., 6 pultrias), Ardlare (ad 14 lib., 12 pultrias), in dominio et regalitate de Dunfermling, vic. Fiffe et Kinros:—REDDEND. annuatim dicto monast. dictas antiquas firmas, vel pro qualibet celdra tritici 20 marc., pro celdra ordei 15 marc., pro celdra avenarum 10 marc., ad optionem solventis; necnon 10 libras in augmentationem rentalis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast. aut alibi infra dict. regalitatem; et si deficerent &c. (*ut in carta* 1475):—INSUPER voluerunt quod unica sasina apud terras et villam de

[1] The various readings within square brackets are taken from the *Reddendo* clause.

Eister Gellote capienda pro omnibus staret: —Apud dictum monast., 22 Jul. 1563]:—INSUPER dispensavit &c. (*ut in carta* 1475): —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 365.

1477. Apud Denune, 28 Jul.

REGINA confirmavit cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree principalem, commendatarium perpetuum de Dunfermling, et ejusdem conventum,—[qua, pro gratitudinibus &c., et pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt (servitori regine) M. ROBERTO RICHARDSOUN, commendatario Insule S. Marie et thesaurario regine, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Orchart (extenden. in rentali suo ad 37 sol. 4 den.), dimidium molendinum de Dolourbeg (ad 3 libras 5 sol. 4 den., 6 pultrias), terras de Brewland (ad 37 sol. 4 den.), 3 quarterias de Schirisdaill (ad 14 lib., 18 pultrias, 1 celdram ordei, 5 celd. farine, 20 sol. pro *lie fed-oxin-silver*), in parochia de Doloure, vic. Clakmannane; terras de Ovir Kynnedder (ad 9 lib. 18 sol. 1 den. et obulum, 18 pultrias), Badron (ad 9 lib. 9 sol. 5 den. et ob., 12 pultrias), Brewland (ad 18 sol. 8 den.), in parochia de Kynnedderis, vic. Clakmannane; terras de Murehall (ad 9 lib. 3 sol. 8 den.), *lie* Watter-passage super aqua de Forth (ad 12 lib. 2 sol. 8 den.), terras de Scottistoun (ad 4 lib. 13 sol. 4 den.), in parochia de . . . . . , vic. Linlithqw; terras de Waltoun (ad 28 lib., 24 capones, 20 sol. pro *lie fed-oxin-silver*), molendinum de Wester Kinghorne (ad 9 lib. 6 sol. 8 den., 12 capones, 2 celdras 1 bol. 3 peccas ordei), terras de Moyhous (ad 3 lib. 14 sol. 8 den., 8 pultrias), Over Grange (ad 56 lib., 48 capones, 40 [1] sol. pro *lie fed-oxin-silver*, 4 bol. de *dry-multer-beir*), Lymekillis (ad 13 lib. 6 sol. 8 den., 20 celdras *kane lyme*), in parochia de Wester Kinghorne, terras de Dunykeir (ad 11 lib. 4 sol.), Smyddylandis (ad 3 lib. 14 sol. 8 den.), molendinum orientale de Kirkcaldy (ad 3 lib. 14 sol. 8 den., 12 capones), in parochia de Kirkcaldy, villam et terras de Kinglasse (ad 11 lib. 4 sol., 4 bol. 2 pec. farine avenatice, 18 pultrias), terras de Smyddylandis (ad 24 sol.), Browsterlandis (ad 18 sol. 8 den.), molendinum fullonis de Kinglasse (ad 56 sol., 6 pultrias), molendinum granorum de K. (ad 3 lib. 8 den., 12 capones, 2 celd. 2 bol. farine avenatice), 3 quarterias terrarum de Gaitmylk (ad 7 lib. 19 sol. 7 den. et ob., 18 pultrias), quintam partem de Stentoun per Wil. Christie occupatam (ad 4 lib. 18 sol., 1 bol. 3 firlotas $\frac{3}{4}$ pec. farine avenatice), in parochia de Kinglassie, terras de Newbirntoun (ad 9 lib. 6 sol. 8 den., 10 bollas tritici, 18 pultrias), molendinum ejusdem (ad 5 lib. 12 sol., 12 pultrias), terras de Monturpe (ad 9 lib. 6 sol. 8 den., 8 bol. tritici, 8 bol. ordei, 12 pultrias), Monybard [sive Bonyward sive Balbard] (ad 7 lib. 9 sol. 4 den., 8 pultrias), tertiam partem de Melgum et Laugrines (ad 19 sol. 4 den.), terras de Drummeldrie (ad 14 lib., 1 celdram tritici, 24 pultrias), Balcristie (ad 14 libras, 18 pultrias), Coitt (ad 14 lib., 1 celd. tritici, 24 pultrias), in parochia de Newburn, vic. Fiffe:—REDDEND. annuatim dicto monast. dictas firmas antiquas, vel pro qualibet celdra tritici 20 marc., pro celdra ordei 15 marc., pro celdra avenarum 10 marc., ad optionem solventis; necnon 10 libras in augmentationem rentalis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monasterium aut alibi infra regalitatem de Dunfermling; et si deficerent &c. (*ut in carta* 1475):—INSUPER voluerunt quod unica sasina apud terras et villam de Over Grange capienda pro omnibus staret:—Apud dictum monast., 22 Jul. 1563]:—INSUPER dispensavit &c. (*ut in carta* 1475):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 366.

1478. Apud Dunnune, 30 Jul.

REGINA concessit CAROLO CAMPBELL filio et heredi apparenti Urie C. de Strathquhoir, et ELIZABETH CAMPBELL ejus sponse future, filie Jonete Grahame domine Lany,—3 marcatas terrarum de Cragane, 3 marcatas de Strouequhairbeg, vic. Argile; 2 marcat. de Inverhereif et Crenelorach, 1 marcat. de Brenekellie, 1 marcat. de Kelettirmoir, insulam de Lochdochartie et portam ejusdem exten-

[1] The *Reddendo* clause reads 48.

den. ad 1 marcat. terrarum, vic. Perth ;—quas dictus Urias personaliter apud Drippis in Strathquhoir resignavit :—TENEND. dictis Car. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Car. et heredibus ejus masc. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 396.

1479. Apud Dunune, 30 Jul.
REGINA concessit URIE CAMPBELL de Strathquhoir in libero tenemento, et CAROLO CAMPBELL ejus filio et heredi apparenti, et heredibus ejus masc., hereditarie,—40 marcat. terrarum de Strathquhoir, vic. Argyle ; 26 marcat. de Glenfallach, vic. Perth ;—quas idem Urias apud Drippis in Strathquhoir personaliter resignavit :—RESERVATA rationabili tertia Eliz. Colquhoun sponse dicti Ur. post ejus decessum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 426.

1480. Apud Edinburgh, 2 Sept.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Creichtoun de Drylaw et Nauchtane,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ALEXANDRO CREICHTOUN filio suo natu maximo, et heredibus ejus quibuscunque,—baroniam de Nauchtane, cum turre, fortalicio, manerie, silvis, molendinis, piscariis, terris dominicalibus ejusdem, terras de Galraw, Sandfurde, Inverdovet, Byrehillis, cum piscaria ejusdem in aqua de Taya, piscariam de Braidheuch in dicta aqua, Caldhame, terras de Serisland, Sagy, et Wormet cum piscaria, cum tenentibus &c., vic. Fyffe :—REDDEND. regine servitium warde et relevii :—RESERVATO libero tenemento dicto Wil. :—INSUPER creavit omnes dict. terras &c. in unam baroniam de Nauchtane sicut antea :—cum precepto sasine directo Willelmo Grahame :—TEST. M. Jac. Creichtoun de Cranstoun filio dicti Wil., Thoma Blair fratre germano Andree B. de Ardblair, Wil. Creichtoun filio Alexandri C. de Newhall, Edw. Forsyth, Joh. Lammell :—Apud Culuthy, 8 Jul. 1563] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 582.

1481. Apud Edinburgh, 8 Sept.
REGINA confirmavit cartam factam per Beatricem Broun, filiam et unam heredum quondam Thome B. domini portionarii de Grugfut,—[qua,—cum consensu Richardi Watsoun in Brochtoun et Alexandri Haithvy in Blaknes, curatorum suorum legitime electorum,—pro summa pecunie persoluta, vendidit ALEXANDRO BARTILMO in Cauldcottis, heredibus ejus et assignatis,—quartam suam partem 20 solidatarum terrarum de Grugfut (que fuerunt quondam Johannis B. patrui dicte Beat., et immediate posthac dicti Tho.), in villa et territorio de Grugfut, vic. Linlithqw :—TENEND. de regina :—TEST. Joh. Lamb in Pilmour, Pat. Canron in Brekinschaw, Hen. Scherp in Nudry, Jacobo Creichtoun, Wil. Huntar in Houstoun, Roberto Robert, M. Bartholomeo Kello notario publico :—Apud Linlithqw, 30 Jul. 1547] :—NECNON cartam factam per Jonetam Broun filiam et unam heredum dicti Tho.,—[qua,—cum consensu eorundem curatorum,—pro summa pecunie persoluta, vendidit dicto Alex. Barthilmo, heredibus ejus et assignatis,—quartam suam partem dict. terrarum :—TENEND., TEST. et de data *ut supra*] :—NECNON cartam factam per Katherinam Broun filiam et unam heredum dicti Tho.,—[qua,—cum consensu eorundem curatorum,—pro summa pecunie persoluta, vendidit dicto Alex. Barthilmo, heredibus ejus et assignatis,—quartam suam partem dict. terrarum :—TENEND., TEST. et de data *ut supra*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 143.

1482. Apud Edinburgh, 8 Sept.
REGINA concessit JOHANNI CRANNSTOUN filio legitimo Cuthberti C. de Thirlestane-manis, heredibus ejus et assignatis,—10 marcatas terrarum de Nethir Recleuch, in parochia de Bassinden, vic. Berwik ;—que fuerunt Georgii Nesbit de eodem, tente de quondam Georgio olim com. de Huntlie ; et regine devenerunt ob forisfacturam dicti com. pro certis criminibus proditorie et lese majestatis, de quibus in parliamento tento in pretorio burgi de Edinburgh 28 Maii 1563 convictus fuit :—PROVISO quod hoc infeofamentum non prejudicaret vassallis, subvassallis, libere tenementariis, conjunctis infeodationibus, dominarum tertiis aut aliis infeofamentis

quibuscunque, dummodo suam partem compositionis persolverent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 444.

1483. Apud Edinburgh, 8 Sept.
REGINA confirmavit cartam Thome Maxwell burgensis de Drumfreis,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI KIRKHAUCH de Boigrie, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Auldgarth, extendentes ad 3 marcatas antiqui extentus, viz. 1 marcatam de Aldgarth, 1 marcatam de Blakcraig, 1 marcat. de Feyeracht, in parochia de Dalgarnocht, vic. Drumfreis :—TENEND. de regina :—TEST. Joh. Maxwell filio dicti Tho., Amero M. fratre dicti Tho., Bartholomeo Bron, Joh. Lethane, Joh. Lowrie, Geo. Maxwell : —Apud Drumfreis, 5 Feb. 1554] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 603.

1484. Apud Edinburgh, 8 Sept.[1]
REGINA concessit et de novo dedit WILLELMO SUTHIRLAND de Fors, et JONETE SINCLARE ejus conjugi,—terras de Drummoy, Bakkeis, Torreis, cum communi pastura in *lie* Glen de Dunrobin, in comitatu de Suthirland, vic. Invernys ;—que fuerunt dicti Wil., tente de Joh. olim com. de Suthirland, cum confirmatione per regine progenitores concessa ; cujus respectu minime devenire debuerunt sub forisfactura dicti Johannis :—TENEND. dictis Willelmo et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Willelmi quibuscunque :—PROVISO quod hoc infeofamentum non prejudicaret vassallis &c. (*ut in carta* 1482) : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 393.

1485. Apud Striveling, 24 Sept.
REGINA confirmavit JOHANNI CATHCART de Carltoun, et HELENE WALLACE ejus conjugi,—2 marcat. terrarum de Enoch, 4 librat. de Killub, Tirvire, Tirlodden, Drumrany et *lie cruvis* de Greven, 40 sol. de Pynmoir, 40 sol. de Knokbane, 13 sol. 4 den. de Knoklene, in balliatu de Carrik, vic. Air ;—quas idem Johannes personaliter resignavit :—TENEND. dictis Joh. et Hel. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 452.

1486. Apud Striviling, 30 Sept.
REGINA concessit WILLELMO DUNBAR filio et heredi apparenti Johannis D. de Blantire, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Blantire, cum molendinis, piscariis, turre, fortalicio, tenentibus &c., extendentes ad 40 libratas antiqui extentus, vic. Lanerk ; 18 marcat. ant. ext. de Enterkin, cum molendino, salmonum piscaria, turre, fortalicio, tenentibus &c., vic. Air ;—quas dictus Joh. resignavit :—REDDEND. pro Blantire burile (monile?) *lie broche* auri ponderis *lie harie noble*, nomine albe firme ; pro Enterkin jura et servitia debit. et consuet. :—RESERVATIS libero tenemento dicto Johanni ; et Agneti Mure ejus conjugi libero tenemento ville et terrarum de Auchinreauch in baronia de Blantire, necnon 20 solidat. de Enterkin, Velflatt nuncupat. (secundum tenorem infeofamenti desuper confecti), cum rationabili tertia omnium dict. terrarum &c. cum contingeret : —TEST. *ut aliis cartis* &c. xxxii. 400.

1487. Apud Striviling, 24 Oct.
REGINA concessit GABRIELI MAXWELL de Stanelie, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem terrarum de Leichland et Heiddykis, extenden. ad 22 solidat. 2 den. 1⅓ obulos antiqui extentus, in parochia de Paslay, vic. Renfrew ;—quam Stephanus Maxwell resignavit :—INSUPER regina concessit dictis Gab. &c.—nonintroitum, firmas &c. dict. terrarum, a decessu Margarete Hall matris dicti Steph., ad introitum dicti Stephani ad easdem :—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxi. 514.

1488. Apud Edinburgh, 2 Nov.
REGINA concessit M. WILLELMO CREYCHTOUN, heredibus ejus et assig-

[1] The day of the month is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxii. fol. 2.

natis,—annuum redditum 36 marcarum de tenemento Eduardi Litill in clausura Eduardi Litill, in burgo de Edinburgh inter crucem et *lie Trone* (inter terras quondam Alani Landellis, D. Geo. Litiljohnne, Wil. Foulare, Agnetis Blakstok, et lacum borealem), necnon ann. red. 14 marc. de alio tenemento dicti Ed. in dicto burgo prope forum farinaticum ex australi latere ejusdem (inter terras Joh. Adamesone, Jac. Forret et Joh. Hendersoun);—qui appreciati fuerunt [1] 20 Jul. 1563 (bonis mobilibus prius frustra quesitis in cubiculo dicti Ed. in burgo de Dundie, et ad mansionem et manerium ecclesie de Manis, M. Roberto Grahame vicario ejusdem pertinen., ubi dictus Ed. cum ejus sponsa moram trahebat) pro 1000 marcis quas quondam Wil. Litill burgen. de Edinburgh per actum in libris officialis Laudonie, de data 29 Nov. 1539, monitus fuit persolvere quond. Georgio episcopo Dunkeldensi, quod actum domini concilii transtulerant in dictum Ed. (filium et heredum dicti Wil. L.) passive, et in dictum M. Wil. (cessionarium dicti episc. in ejus ultima voluntate et testamento de data 16 Jan. 1543 constitutum) active; postquam Alex. Napare burgen. de Edinburgh protestatus erat de annuo redditu 20 librarum sibi et Issobelle Litill sponse sue concesso 11 Mar. 1562 de tenemento dicti Ed., olim pertinente quond. Johanni Blakstok, in dicto burgo ex parte boreali ejusdem (inter terras quond. Joh. Foulare et quond. Alex. Cant), et Agnes Blakstok protestata erat de annuo redditu suo 3 marcarum de eodem tenemento:—INSUPER regina concessit THOME CREYCHTOUN clavigero, vicecomiti in hac parte, pro ejus feodo 50 marcarum, heredibus ejus et assignatis,—ann. red. 33 sol. 4 den. de dicto tenemento versus forum farinaticum:—et voluit quod dictus Ed., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas dictis M. Wil. et Tho. debitas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 392.

1489. Apud Edinburgh, 8 Dec. REGINA concessit ELIZABETH LUNDY sponse Johannis Haldane de Glennegyis, in vitali redditu,—dimedietatem terrarum et molendini de Ruskye, dimed. terrarum de Lanerkynnis, cum turre, fortalicio et dimedietate molendini earundem, terras de Auchreg Over et Nethir, in baronia de Haldane, vic. Perth, per annexationem;—necnon GEORGIO HALDANE filio et heredi apparenti dicti Joh., heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Glennegyis, cum turre, fortalicio, molendinis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras et baroniam de Haldane, cum piscariis, tenentibus &c., vic. Perth;—quas dictus Johannes resignavit:—RESERVATO libero tenemento dicto Joh.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 394.

ANNO REGNI 22. ANNO DOMINI 1563.

1490. Apud Edinburgh, 26 Dec. REGINA concessit M. DAVIDI CAMPBELL in Eister Denheid, in libero tenemento, et ARCHIBALDO CAMPBELL ejus filio legitimo, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—5 librat. terrarum antiqui extentus de Clavennis, in proprietate et tenandria, in balliatu de Kile-stewart, vic. Air;—quas Alanus dominus Cathcart resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 520.

1491. Apud Edinburgh, 2 Jan. REGINA concessit JACOBO MAKCONEILL de Donyvaig et Glen, heredibus ejus masc. et assignatis,—officium balliatus terrarum de South-Kyntyre cum ejus privilegiis et libertatibus, vic. Terbert;—quod

[1] Names of assize:—Alex. Barroun of Spittalefeild burgess of Edinburgh, M. James Lindesay burgess *ibid.*, Edward Patersoun *ibid.*, James Dalzell merchant *ibid.*, James Creychtoun baker *ibid.*, Gavin Quhippo, Thomas Cant of Sanctgelie grange, Jas. Mowbray of Cammok, John Mowbray in Dene, Jas. Dalzell *ibid.*, John Houstoun in Lany, Tho. Young *ibid.*, John Weir, Rob. Loch, Edw. Kincaid in Edinburgh.

Archibaldus com. Ergadie dom. Campbell et Lorne resignavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 436.

1492. Apud Edinburgh, 2 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Gordoun de Lochinver,—[qua concessit WILLELMO GORDOUN fratri suo, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Stichell, cum fortalicio et molendino, vic. Roxburgh; 19 marcat. terrarum antiqui extentus de Kenmoir et Lagane, cum turribus, fortaliciis, molendinis et piscariis, 20 marcat. de Balmaclellane et Park, cum silvis, molendinis et piscariis, in baroniam de Kenmoir incorporatas, in parochiis de Kellis et Balmaclellane, 10 librat. de Torscrachane et Dalbatie, cum silvis, molendinis et piscariis, in parochia de Ur, 5 marcat. de Dunrod in parochia de Sannik, 34 marcat. de Glenskyrburne et Over Polcre, cum silvis, turribus, fortaliciis, piscariis et molendinis, in parochia de Anuoth, 4 marcat. de Ewinstoun, Blakcrag et Knoknone, 6 marcat. de Hardlandis et Munneboy cum silvis et piscariis, in parochia de Balmaclellane, $2\frac{1}{2}$ marcat. de Ariis in parochia de Balmagy, senesc. Kirkcudbricht: —REDDEND. regine pro Stichell unum par calcarium deauratorum, pro baronia de Kenmoir unum den. argenti, nomine albe firme; pro ceteris jura et servitia debita et consueta :—PROVISO quod si dictus Joh. absque heredibus masculis de corpore suo legit. procreatis, Margaretam G. suam filiam legitimam aut plures legit. filias et linee heredes habens, in fata decederet, dictus Wil. persolveret dicte Marg. (si nupta aut per dictum Joh. alias provisa minime foret) in dotem 5000 marc., et, si dictus Joh. 2 legit. filias haberet innuptas aut indotatas, seniori 3000 marc., juniori 2000 marc., si 3 aut plures extarent, cuilibet 2000 marc.; et si nupte aut dotate ante dicti Joh. decessum forent, dictus Wil. dict. summas alicui ipsarum dotate persolvere minime teneretur; obligando autem dictas filias, si tanquam linee heredes dicto Joh. in terris et baronia de Grundestoun cum tenentibus &c. succederent, easdem in favorem dicti Wil. resignare :—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., vitali redditu terrarum in parochia de Balmaclellane jacentium Eliz. Maxwell future sponse dicti Joh., cum rationabili tertia reliquarum cum contingeret, si dicti Johannes et Eliz. maritati essent :—et voluit dictus Joh. quod quandocunque heredes masculi ejus de corpore legit. procreati, aut assignati, dicto Wil., heredibus ejus aut assignatis, in ecclesia parochiali de Kellis 100 libras persolverent aut in eorum commodum consignarent, haberent regressum ad dict. terras :—cum precepto sasine :—TEST. Pat. Agnew vicecomite de Wigtoun, Rogero Kirkpatrik fratre germano Thome K. de Eleisland, Geo. Redik fratre germano Willelmi R. de Dalbatie, Davide Gordoun, Jac. Neilsoun: —Apud Edinburgh, 22 Dec. 1563] :—PROVISO quod 4 marcate terrarum de Nethir Polcrie non continerentur in dicta carta, sed remanerent indisposite ad effectum quod heredes fem. dicti Joh. in eis succedere possent, sic quod earum maritagium, cum contingeret, ad regine dispositionem pertineret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 588.

1493. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwode,—[qua,—cum consensu Eliz. Hammiltoun conjugis sue,—pro gratitudinibus, pecuniarum summis et compositione persolutis, ad feudifirmam dimisit tenenti suo (quondam) WILLELMO CRAIG in Jaktoun, et JONETE MURE alias Millar ejus sponse,—25 solidat. terrarum antiqui extentus ville sue de Jaktoun in occidentali parte ejusdem, per dictos Wil. et Jon. inhabitatas, in baronia de Kilbryde, vic. Lanark :—TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. eorum de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. eorum de corpore legit. procreat., quibus def., heredibus eorum quibuscunque, absque divisione, de dictis Joh. et Eliz., heredibus dicti Joh. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. annuatim 2 bollas 2 firlotas avenarum in mense Marcii, 6 pultrias aves inter festa Divi Michaelis archangeli et Carnisprevium, unum pondus equinum feni in festo Assumptionis B. V. M., et 4 lib. monete,

tanquam firmam antea consuet.; necnon 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; cum astrictis multuris molendino dicti Joh. constructo aut construendo infra 20 librat. terrarum de Drippis et Jaktoun consuetis; ac duplicando dict. firmam, tam victualium quam pecunie, ad introitum heredum; comparendo in 3 curiis capitalibus dicti Joh. infra baroniam de Kilbride; et serviendo dicto Joh. tempore guerrarum secundum mandatum regine prout alii agricole; nec liceret alienare nisi agricolis tante estimationis et talis persapie sicut ipse feudifirmarius et non altioris :—TEST. Dominis Jac. Flemyng, Joh. Myllar, Georgio Brounsyde, Davide Wylie, notariis, Joh. Lindesay fratre Roberti L. de Dunrod, Wil. Maxwell in Newlandis :—Apud Glasqw, 23 Jul. 1562] : —TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxi. 510.

1494. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwode,—[qua,—cum consensu Eliz. Hammiltoun conjugis sue,—pro pecuniarum summis et compositione persolutis, ad feudifirmam dimisit tenenti suo ANDREE CRAIG, in libero tenemento, et ARCHIBALDO CRAIG ejus filio, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreandarum absque divisione, quibus def., heredibus ejus et assignatis quibuscunque absque divisione,— 15 solidat. terrarum orientalis quarte partis ville de Jaktoun, antiqui extentus, in baronia de Kilbryde, vic. Lanark :—TENEND. de dictis Joh. et Eliz., heredibus dicti Joh. et assignatis quibuscunque :—REDDEND. annuatim 6 firlotas avenarum, $\frac{3}{5}$ ponderis feni equini, $3\frac{1}{3}$ pulturas, 48 sol. monete, necnon 2 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; cum astrictis multuris molendino de Drippis seu alii molendino dicti Joh. construendo infra 20 librat. terrarum &c. (*ut in carta* 1493) :—TEST. Rob. Park de Gilbartfeild, Joh. Stevinsoun in Drippis, Wil. Maxwell in Newlandis, Wil. Hegait notario :—Apud Calderwode, 26 Sept. 1557] : —TEST. *ut in carta* 1493. xxxi. 511.

1495. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Maxwell de Caldorwode,—[qua,—cum consensū Eliz. Hammiltoun conjugis sue,—pro gratitudinibus, pecuniarum summis et compositione persolutis, ad feudifirmam dimisit tenenti suo (quondam) WILLELMO CRAIG in Jaktoun, et JONETE MURE alias Myllare ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in libero tenemento, et ANDREE CRAIG eorum filio, heredibus ejus et assignatis subscriptis, hereditarie,— 17 solidat. 6 den. terrarum antiqui extentus ville sue de Jaktoun (quas quond. Kentigernus Blakwod in feodo possidebat, et quas Joh. B. filius et heres dicti Kent. dictis Wil. &c. alienavit, et per D. Joh. Mure alias Myllare procuratorem suum in eorum favorem resignavit), necnon 7 sol. 6 den. ant. ext. dicte ville, extenden. in integro ad 25 sol. ant. ext., in occidentali parte dicte ville, per dictos Wil. et Jon. inhabitatas, in baronia de Kilbryde, vic. Lanark :—TENEND. dictis Wil. et Jon. *ut sup.*, dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreandarum, quibus def., heredibus ejus quibuscunque absque divisione, de dictis Joh. Maxwell et Eliz., heredibus dicti Joh. Maxwell et assignatis quibuscunque : —REDDEND. annuatim 2 bollas 2 firlotas avenarum, 6 pulturas, unum pondus equinum, vulgo *lie turs*, feni, 4 libras monete, tanquam firmam antea consuetam, necnon 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; cum astrictis multuris &c. (*ut in carta* 1493) :—TEST. Dominis Jac. Flemyng, Joh. Mure alias Millar, Georgio Brunsyde, Davide Wyle, notariis, Joh. Lindesay fratre germano Roberti L. de Dunrod, Wil. Maxwell in Newlandis :—Apud Glasgw, 23 Jul. 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 512.

1496. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwode,—[qua,—cum consensu Elizabeth Hammiltoun conjugis sue, —pro pecuniarum summis et compositione persolutis, ad feudifirmam dimisit tenenti suo JOHANNI DYIKIS—16 solidat. 8 den. terrarum antiqui extentus de Jaktoun (per dictum Joh. D. occupatas), in baronia

de Kylbryde, vic. Lanark :—TENEND. dicto Joh. D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreandarum, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque:—REDDEND. annuatim dictis Joh. M. et Eliz., heredibus dicti Joh. M. et assignatis quibuscunque, 6 firlotas $2\frac{2}{3}$ peccas avenarum, tertiam partem duorum ponderum equinorum feni, 4 pulturas aves, 4 marcas monete, tanquam firmam antea solitam, necnon 2 sol. 3 den. in augmentationem rentalis; cum astrictis multuris &c. (*ut in carta* 1493) :—TEST. *ut in carta* 1494 :—Apud Caldirwode, 27 Sept. 1557]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 513.

1497. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwod,—[qua,—cum consensu Eliz. Hammiltoun conjugis sue,—pro pecuniarum summis et compositione persolutis, ad feudifirmam dimisit JOHANNI MICHELL tenenti suo—16 solidat. 8 den. terrarum antiqui extentus de Jaktoun (per dictum Joh. Michell occupatas), in baronia de Kilbryde, vic. Lanark :—TENEND. dicto Joh. Michell et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreandarum absque divisione, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque:—REDDEND. *ut in carta* 1496; cum astrictis multuris &c. (*ut in carta* 1493): —TEST. et de data *ut in carta* 1494]: —TEST. *ut in carta* 1487. xxxi. 515.

1498. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REGINA confirmavit cartam Johannis Maxwell de Calderwode,—[qua,—cum consensu Eliz. Hammiltoun conjugis sue,—pro pecuniarum summis et compositione persolutis, ad feudifirmam dimisit tenenti suo THOME CLERK, in libero tenemento, et THOME CLERK ejus filio, heredibus ejus et assignatis subscriptis,—16 solidatas 8 den. terrarum antiqui extentus de Jaktoun (per dictum Tho. occupatas), in baronia de Kilbryde, vic. Lanark :—TENEND. dicto Tho. seniori *ut sup.*, dicto Tho. juniori et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreand. absque divisione, quibus def., heredibus ejus masc. quibuscunque :—REDDEND. *ut in carta* 1496; cum astrictis multuris &c. (*ut in carta* 1493) :—TEST. et de data *ut in carta* 1494] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 518.

1499. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REGINA,—considerans servitium sibi suisque patri et matri impensum per domesticum servitorem suum Jacobum Sandelandis dom. de Sanct-Johnnis, ac recordans supplicationum per nobilitatem (et) tres regni status in ejus gratiam paulo ante suam e Francia prosecutionem sibi directarum, quarum in ultimo parliamento 4 Jun. 1563 tento haud immemor, eadem ad nobilitatis et trium statuum memoriam reduxit, et suum erga eum favorem declarare promisit, cui rei dicti status assenserunt,—propterea, et pro summa 10000 scutorum aureorum solarium (vulgo *crownis of the sone*) sibi persoluta, concessit dicto JACOBO DOMINO DE SANCT-JOHNNIS, heredibus ejus et assignatis,—terras et baronias de Torphechin, Listoun, Ballintrodo, Tankertoun, Denny, Maryculter, Stanehoip, Galtua, cum tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, molendinis, multuris, silvis, piscariis, castris, turribus, fortaliciis et maneriebus, vic. Edinburgh, Peblis, Linlithqw, Striviling, Lanark, Kincardin, et senesc. de Kirkcudbrycht; necnon omnes annuos redditus, terras templarias vulgo Tempillandis, loca, decimas, possessiones et alias terras quascunque infra Scotiam, cum omnibus privilegiis, dignitatibus, officiis, regalitatibus, cum libera capella et cancellaria infra bondas quarumcunque terrarum per dictum Jac. et ejus predecessores tanquam preceptores de Torphechin aliquo tempore possessarum;— quas idem Jac., tanquam omnimodum et indubitatum titulum ad eas habens, in manibus regine tanquam tunc et omnibus temporibus futuris superioris earundem, dimisit; et quas regina incorporavit in liberam baroniam de Torphechin, ordinando maneriem et fortalicium de T. fore principale messuagium ejusdem; et, in consideratione privilegiorum per preceptores de Tor-

phechin gavisorum et per regine progenitores ratificat., exemit dictos Jac. &c. ab omnibus taxationibus *lie scattis, stentis*, contributionibus et aliis oneribus et impositionibus quibuscunque, et ab omni jurisdictione ordinaria et extraordinaria, et omni comparentia coram judicibus quibuscunque infra Scotiam, submittendo eos regine ac secreti concilii dominis tantum; et exemit tenentes et dictarum terrarum occupatores a comparentia coram judicibus criminalibus aut civilibus, spiritualibus seu temporalibus, nisi coram dicti Jacobi ballivis, aut dominis sessionis tantum; et ordinavit eos emendi et vendendi privilegium habere infra omnes regni sui partes absque solutione minutarum custumarum, secundum privilegia dictis preceptoribus antea concessa:—Solvend. pro terris &c. 500 marc. feudifirme, absque ulla duplicatione in introitu heredum, successorum seu assignatorum; pro decimis sustentando, infra ecclesias dicte preceptorie prius spectantes, habiles et idoneos ministros prout ordo tunc seu postea communiter infra Scotiam esset magis usitatus:—Insuper regina in verbo principis obligavit se et successores suos, quandocunque etatem 25 annorum complet. attingeret, ratificare hoc infeofamentum in plano parliamento:—Test. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxii. 182.

1500. Apud Edinburgh, 8 Feb.

REGINA, ad legit. etatem 21 annorum complet.,—quia (*pro causis in carte* 1447 *contentis*) concesserat JACOBO OGILVY de Cardell, filio et heredi apparenti quondam Alexandri O. de Findlatter,—terras et baronias de Ogilvy &c. (*ut in carta* 1447),—ad quas dictus Jacobus justum titulum habuit (per cartam 1447);—et, intelligens quod terre et baronia de Auchindowne et Keythmoir, cum castro, fortalicio, molendinis, multuris et piscariis, vic. Banff, fuerunt dicti Jacobi nativa hereditas, et pro servitio sibi et matri sue impenso, ac quia dictus Jac. de mandato regine infeodaverat Jac. com. Moravie fratrem regine in terris de Straithnarne et Cardell, regina dictum Jac. infeodaverat in dictis terris &c., de data 12 Feb. 1562;—et, intelligens quod terre de Knokdurne, Drachadleyis, Langmure, Half-Baddinspink, Newmylne, Tulynacht et Bankheid, in foresta de Boyne, vic. Banff, fuerunt predecessorum dicti Jac., tente de comitibus de Huntlie, et quod dictus Alex. eas quondam Johanni Gordoun de quond. Georgio com. de H. tenendas disposuit, que terre ob forisfacturam dictorum Geo. et Joh. regine devenerunt, et per reginam dicto Jac. O. disposite fuerant, de data 12 Jun. 1563,—igitur de novo dedit dicto Jac. O., heredibus ejus et assignatis,—omnes dict. terras &c.:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 391.

1501. Apud Edinburgh, 8 Feb.

REGINA confirmavit cartam Patricii Houstoun de eodem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit HENRICO KINLOCH in Auldinstoun, in libero tenemento, et PETRO KINLOCH ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ower et Nather Auldinstoun, cum tenentibus &c., in baronia de Calder, vic. Edinburgh;—et, in speciale warrantum earundem, terras de Lany, vic. Edinburgh:—Reddend. annuatim dicto Pat. 18 marcas:—Insuper dictus Pat. fassus est se recepisse premanibus solutionem firmarum dictarum terrarum pro 20 annis proxime sequentibus:—cum precepto sasine directo M. Ricardo Strang:—Test. Petro Houstoun fratre germano dicti Pat., Davide Kinloch burgen. de Edinburgh, Johanne Arnot, Tho. Auchmowtie, Joh. Johnnestoun notario publico:—Apud Edinburgh, 16 Jan. 1556]:—Test. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxiii. 197.

1502. Apud Edinburgh, 10 Feb.

REGINA in feudifirmam dimisit CHAROLO MURRAY filio et heredi apparenti Andree M. de Drumphyne, et JONETE ROGIE ejus sponse future,—dimedietatem terrarum de Inneryeildiis, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quam dictus And. resignavit:—Tenend. dictis Char. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Char., heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—Solvend. 6 lib. 13 sol. 4 den.

cum *lie martsilver*, tanquam feudifirmam consuetam; ac duplicando feudifirmam ad introitum heredum; ac faciendo politiam solo correspondentem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 481.

1503. Apud Edinburgh, 16 Feb.
REGINA confirmavit cartam factam per Jacobum com. de Boithuile, dom. Halis, Creichtoun et Liddisdaile, magnum admirallum Scotie, dom. liberi tenementi terrarum subscript., et per Wil. Hepburne ejus consanguineum, feodatarium earundem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendiderunt JACOBO BARROUN burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras de Turnydykis, in dominio et baronia de Creichtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. dictis comiti &c. unum den. albe firme :—TEST. M. Davide Chalmer, Hen. Smyth, Joh. Mosman notario publico :—Apud Creichtoun, 23 Mar. 1560] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 586.

1504. Apud Edinburgh, 20 Feb.
REGINA confirmavit familiari suo RICHARDO MAITLAND de Lethingtoun equiti aurato, secreti sigilli custodi,—terras et baroniam de Blyth, cum silvis, tenentibus &c., villam et terras de Thirlestane cum molendino, terras de Wantounwallis et Lameleche, in dominio de Lawderdale, vic. Berwik ;—quas idem Ric. personaliter resignavit ; et quas regina, pro bono servitio dicti Ric., incorporavit in liberam baroniam de Blyth :—TENEND. dicto Ric. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, viz. Willelmo M. ejus filio seniori et apparenti heredi, principali secretario regine, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus deficientibus, Johanni M. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Thome M. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni M. filio et heredi apparenti Johannis M. de Auchingashill, et heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Maitland gerentibus :—REDDEND. servitium warde &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 442.

1545. Apud Linlithqw, 22 Jul. REGINA,—quia quondam Normannus Leslie, filius quond. Georgii com. de Rothes, ad ardentem requisitionem Jacobi V. regis ex resignatione dicti Georgii in terris &c. subscriptis infeodatus est; et, pro secura earum conservatione ab alienatione, dictus Georgius reversionem sibi et suis assignatis confectam pro earum redemptione a dicto Norm., summam 100 librarum continentem, obtinebat; et post forisfacturam dicti Norm. dictus Geo. easdem a regina redemit; et quia mater regine eas extradonare distulit, dictus Geo. postea, in legatum ad Gallie regem et regine matrimonium cum rege delphino accedere jussus, Andream tunc com. de R. filium suum seniorem legitimum, ejusque heredes masc., cessionarios suos ad dict. reversionem constituit,—igitur, et in remunerationem servitii patri suo et sibi per dictum Geo. tam in functione legationis in partibus Gallie quam in defensione regni Scotie contra Anglos in minoritate sua, necnon servitii per ipsum Andream, impensi, et precipue pro magna compositione sibi persoluta,—post suam perfectam etatem 21 annorum completam, concessit et de novo dedit dicto ANDREE COMITI DE ROTHES, et heredibus ejus masc.,—terras et baroniam de Ballinbreych, cum castro, fortalicio, silvis, piscariis et molendinis, terras dominicales de B., terras de Eichame, Logye, Fliskis Eistir et Westir, Fliskmyllane, Balhelvy, Pittachope, Balmadesyde, Colse, Pitkarly Eistir et Weistir, Drumbarrow, Lumbaneis Eistir et Weistir, annuum redditum 5 bollarum ordei de terris et dominio de Abirnethie, cum turribus, fortaliciis, molendinis, terris molendinariis, silvis, *lie parkis*, tenentibus &c., piscariis dicte baronie super aqua de Taye, cum naviculis transportationis *lie ferrie boittis* dicte aque inter Corbiden et fauces aque de Erne prout medium flumen dicte aque decurrit, cum advocatione ecclesie parochialis de Flisk et prebende ecclesie collegiate de Abirnethie, Foirevinschip nuncupate, et capellanie capelle de Glenduky, et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum dicte baronie, terras et baroniam de Tasis, Haltasis, Hiltasis, Ballinderrane, Coklawis et Kilmukis, cum turre, fortalicio, manerie, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, et ann. red. 40 sol. de terris de Eistir Lathrisk vocat. Riggis, vic. Fyffe; terras et baroniam de Cairny, dimedietatem terrarum de Pitblais et Monquhery, terras de Ferrifeild et *lie ferryboit*, ann. red. 4 bollarum ordei et 12 sol. monete de terris de Cary et Brodland, cum turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis S. Modoci et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum earundem, in senesc. de Stratherne, vic. Perth; terras et baroniam de Fethyis, Eistir et Weistir F., cum manerie, fortalicio, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfare; terras et baroniam de Balmane et Wodfeild, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Kincardin; terras et baroniam de Quisny et Fowlis-Mowat, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesie parochialis de Q. et ceterarum ecclesiarum et capellaniarum

earundem, terras de Carneculy et Drummachaty cum molendinis, terras de Corbanchy, Colmellie et Hardballinthie, Balnakalye, Knok(re)achye, Balchynnye et Corquhendirland, cum earum molendinis, vic. Abirdene; terras et baroniam de Rothes, cum castro, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., necnon advocatione ecclesie parochialis de R. et capelle infra castrum de R., cum piscariis infra bondas dicte baronie super aqua de Spey, terras dominicales de R., molendinum et croftam molendini de R., terras de Castelhill et Smyddy-croft, terras et forestam de Conraky, terras de Blakburne, Newtoun, Blakhall, Quhytelayis, Pittagertie Ovir et Nethir, Auchquhenrothye, Dundurkos, Glen Eistir et Westir, Ballinbrochye, Muldoreis Eistir et Westir, cum crofta et domo brasinaria *lie ailhous*, terras de Aigimie, Iscebullok, Fischertoun, Eleis, Ardochye, Robsillie, Burnetunkis, Braquhaky, Archanny, Kendilly, Blairlochye, Lenchelye Eistir et Weistir, Urtane Eistir et Weistir, Pitcragy, Brig, vic. Elgin et Fores; terras et baroniam de Rothynorman in Foirmartyn, cum manerie, fortalicio, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Abirdene; terras de Kildethis et Donyelawren, cum molendinis et piscariis, vic. Invernys; terras de Dunloppy, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Forfare; —que terre, molendinum et terre molendinarie de Ballinbreich, terre de Heichame, Logye, Ballindirrane, Haltasis, Hiltasis, cum molendino et terris molendinariis de Tasis (exceptis manerie, ortis et pomeriis de Ballinbreych), Johanni Patersoun prefecto burgi de Cowper ratione alienationis ei per Alex. Barten burgensem de Edinburgh facte pertinere reputate sunt, ita quod virtute dicte reversionis a regina minime redimi possent; et quas dictus Joh. pro hujusmodi dubii resolutione personaliter resignavit;—et quas omnes regina de novo incorporavit in liberam baroniam de Ballinbreich:—REDDEND. annuatim tres sectas in 3 curiis capitalibus vic. de Fyffe, cum wardis &c.:—PRETEREA regina concessit dictis And. &c. licentiam ad infeodand. tenentes qui de dictis Geo. aut Norm. vel eorum predecessoribus tenuerunt:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 457.

1546. Apud Linlithqw, 22 Jul.

REGINA,—*pro causis in carta* 1545 *contentis*,—concessit et de novo dedit ANDREE COMITI DE ROTHES, et heredibus ejus masc.,—terras et baroniam de Leslie, cum castro, fortalicio, terris dominicalibus de L., villa de L., molendinis, terris molendinariis, piscariis, *lie parkis*, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, terras de Pitgeddy, Ballingall, Pitkevye, Foirmanhillis, Hoill, Litill et Mekle Balquhomerye, Balgothrye, Drummane, Straithenry cum molendinis, Balsillie, Pitkarne, Uchtermarny, Blakhall, Awdye, Lelethin, Drummard, Kennewye, cum annuo redditu 40 sol. de terris de Kennewye, vic. Fiffe; —a regina (tanquam in loco quondam Normanni Leslie filii quond. Georgii com. de Rothes stantis) redemptas per dictum And. tanquam cessionarium dicti Georgii;—de quibus quarta pars terrarum dominicalium de Leslie et quarta pars de Ballingall Johanni Patersoun prefecto burgi de Cowper ratione alienationis ei per Alex. Bartane burgensem de Edinburgh facte pertinere reputate sunt, ita quod a regina minime redimi possent; et quas dictus Johannes personaliter resignavit;—et quas omnes regina de novo incorporavit in liberam baroniam de Leslie:—REDDEND. unum den. albe firme:—PRETEREA &c. (*ut in carta* 1545):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 464.

1547. Apud Perth, 25 Jul.

REGINA confirmavit ANDREE WEMYS de Logy, et GRISSILLIDI DRUMMOUND ejus conjugi,—terras de Myrecarny, cum molendino, multuris et terris molendinariis, vic. Fyff;—quas idem And. apud Kincardin personaliter resignavit:—TENEND. dictis And. et Gris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Andree quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 427.

1548. Apud Perth, 30 Jul.
REGINA confirmavit PATRICIO MURE de Clancard, et MARIOTE MAKDOWELL ejus conjugi future,—2½ marcat. terrarum de Brouchjarg et Galdynnoch antiqui extentus, quarterium molendini et multurarum ejusdem, in parochia de Kirkcoim, vic. Wigtoun; 2 marcat. de Barneill ant. ext., in parochia de Kirkmichaell, comitatu de Carrik, vic. Air;—quas idem Pat., cum consensu Johannis Kennedy de Ardmyllane, Thome K. ejus filii, Willelmi Stewart de Dunduff et Johannis Kennedy de Drumnellane, curatorum suorum, resignavit:—TENEND. dictis Patricio et Mariote et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Patricii quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 383.

1549. Apud Edinburgh, 8 Aug.[1]
REGINA confirmavit cartam Johannis Boyde de Narstoun,—[qua, pro pecuniarum summis per Joh. Pirrie seniorem in Newik persolutis, ad feudifirmam dimisit DAVIDI PIRRIE filio dicti Johannis, et JONETE HAMMILTOUN ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus eorum et assignatis subscript.,—2½ marcatas terrarum antiqui extentus de Newik (per dictum Joh. P. occupatas), in parochia de Kilbryde, vic. Lanark;—que dicto Joh. B. et ejus predecessoribus persolverunt in firmis, gressumis &c., 7 marcas 20 den. monete, 2 bollas 2 firlotas 2⅔ peccas polente non molite:—TENEND. dictis Davidi et Jon. *ut supra*, et heredibus masculis inter eosdem legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter eos legit. procreatarum absque divisione, quibus def., heredibus eorum masculis quibuscunque, quibus def., seniori heredum fem. quarumcunque absque divisione, de dicto Joh. B.:—REDDEND. dictas firmas antiquas, et 5 sol. augmentationis; et duplicando firmam, tam pecunie quam victualium, in introitu heredum; et deficiente solutione trium terminorum invicem currentium (dummodo requisita foret), hoc infeofamentum expiraret; et comparendo in 3 placitis capitalibus apud Narstoun; ac serviendo dicto Joh. B. tempore guerrarum quando alii tales coloni serviebant:—cum precepto sasine directo Roberto Hammiltoun in Torrence:—TEST. Jac. Boyde de Hullirhill, D. Joh. Millar capellano, Joh. Widrep burgen. de Glasgw, David Young, Wil. Hall, Wil. Hegate notario:—Apud Glasqw, 13 Jan. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 516.

1550. Apud Edinburgh, 8 Aug.
REGINA confirmavit cartam Johannis Boyde de Narstoun,—[qua confirmavit JOHANNI PIRRIE juniori in Narstoun, et MARIOTE HINSCHAW ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus eorum vel assignatis subscript.,—16 solidat. 8 denariat. terrarum antiqui extentus de Narstoun, jacen. in fine occidentali ville de Narstoun, in baronia de Kilbryde, vic. Lanark;—quas idem Joh. P. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Joh. Pirrie et Mariote *ut supra*, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. inter ipsos legit. procreat. absque divisione, quibus def., David P. fratri dicti Joh., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., seniori heredum fem. ejus de corpore legitime procreat., quibus def., heredibus ejus masculis aut fem. quibuscunque absque divisione, de dicto Joh. B. in feudifirma:—REDDEND. annuatim unam bollam 1 firlotam 1⅓ peccas polente non molite, et 50 sol. monete; et duplicando &c. (*ut in carta* 1549):—cum precepto sasine directo Roberto Ra burgensi de Hammiltoun:—TEST. Jac. Boyde in Hungrehill, Wil. Crawmu(n)t burgen. de Glasgw, Rob. Ra juniore, Jacobo Robertoun, notariis:—Apud Glasqw, 18 Nov. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 517.

---

[1] This and the following charter are both dated 8 Aug. 1563 in *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxii. fol. 89 verso. In *Regist. Magni Sigilli*, both are dated A.D. 1564 as above, but No. 1550 is dated an. reg. 21.

1551. Apud Dunnotter, 5 Sept.
REGINA,—quia Robertus Ros burgen. de Linlithqw, ejus pater, avus, proavus et predecessores, fuerunt ex antiquo per 240 annos aut eocirca per regine predecessores infeodati in officio infrascripto cum ejus terris et feodis; et in infeofamento et sasina non specialiter contentum est quantum dict. terre extenderunt, quamvis regina certo informata est eas ad 20 acras aut eocirca extendere; et quia necessarium et expeditum fuit quod ad quantitatem, prout per dict. Rob. et ejus tenentes occupate sunt, in ejus infeofamento exprimerentur;—igitur, pro adjuvamine dicti Rob. ejusque uxoris et pauperum puerorum, confirmavit et de novo dedit dicto ROBERTO ROS, heredibus ejus et assignatis,—officium marifeodi et serjandie vicecomitatus de Linlithqw, cum terris ex antiquo et tunc ad id spectantibus, vocat. Corsflat, extenden. *ut sup.*, vic. Linlithqw; cum ceteris feodis et devoriis ad dict. officium pertinentibus;—quod et quas idem Rob. personaliter resignavit:—REDDEND. servitia et labores in dicto officio debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 450.

1552. Apud Edinburgum, 5 Oct.
REGINA confirmavit cartam quondam Niniani Grahame de Thornok,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ROBERTO JOHNESTOUN de Cragylandis, heredibus ejus et assignatis,—27 solidatas terrarum antiqui extentus de Cragyland, in baronia de (Thornok), senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfres:—TENEND. de regina:—REDDEND. dicto Niniano unum den. albe firme:—TEST. Cuthberto Johnestoun, Rob. Hagis, Adamo Grahame, Johanne Johnestoun notario publico:—Apud Edinburgh, 17 Dec. 1549]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 329.

1553. Apud Edinburgh, 5 Oct.
REGINA confirmavit cartam factam per fratrem suum Jac. priorem seu commendatarium monasterii S. Andree, et conventum ejusdem,—[qua, pro multis obsequiis &c., et quibusdam pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO KIRKCALDY de Grange (equiti aurato[1]), et MARGARETE LEIRMONTH ejus sponse,—terras de Nethir Freirtoun, cum earum decimis inclusis, in regalitate S. Andree, vic. Fiffe:—TENEND. dictis Wil. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, de dicto monasterio:—SOLVEND. annuatim 24 lib., et 40 sol. pro 2 bollis albarum pisarum, tanquam firmas antea consuet., necnon pro gressumis, caponibus, pultriis, aregiis, careagiis &c., 6 lib., et 26 sol. 8 den. in augmentationem rentalis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et servando limites ab invasione vicinorum:—cum precepto sasine directo Henrico Balmanno:—Apud dictum monast., 16 Mar. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 488.

1554. Apud Edinburgh, 6 Oct.
REGINA confirmavit et (pro servitio sibi et predecessoribus suis tam in tempore pacis quam belli impenso, et pro compositione persoluta) de novo dedit GEORGIO RAMSAY de Dalhoussy, et heredibus ejus masculis tallie in antiquis infeofamentis contentis,—castrum, turrim, fortalicium, maneria, hortos, pomeria, terras dominicales *lie* Maniss, silvas et parcas baronie de Dalhoussy, advocationem capellanie capelle S. Leonardi, alias preceptorie de Poltoun nuncupate, et ceterarum capellaniarum ejusdem, vic. Edinburgh;—que fuerunt dicti Geo., de regina tente per servitium warde; et quas idem Geo. resignavit:—TENEND. cum privilegio liberarum forestarum; et absque dissolutione dicte baronie de Dalhoussy:—REDDEND. unam albam rosam nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 445.

1555. Apud Edinburgh, 16 Oct.
REGINA ad feudifirmam dimisit JACOBO GRAY, uni sui corporis custodum, heredibus ejus et assignatis,—terras de Drumdarweth (occupat. per Wil. Lobane, Joh.

[1] In introductory clause only.

Monro, Joh. Frasall, Donaldum Williamsoun, Davidem Lobane, Joh. Noble, Donaldum Duff, Johannem Young, Donaldum Jamesoun, Donaldum Lobane), terras de Wester Kescheok (occupat. per And. Patersoun, Finlaum Stevin, Donaldum Brabner, Wil. Govane, Donaldum Sage, Mariotam Stevin, Donaldum Stevin), cum molendino et piscaria, in comitatu de Ros et dominio de Ardmannoch respective, vic. Invernes: —SOLVEND. annuatim pro Drumdarweth 9 lib., 20 sol. pro arigea pecunia, 36 bollas victualium, unam martam, unum mutonem, 4 duodenas pultrearum, 4 bollas avenarum equinarum, tanquam pro antiquis firmis, et 6 solidos 8 den. in augmentationem rentalis; pro Westir Kescheok 6 lib., 4 duodenas caponum, quatuor mutones, 14 bollas victualium, tanquam pro antiquis firmis, et 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 406.

1556. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REGINA concessit ROBERTO LYLE feodatario de Stanypeth, filio et heredi apparenti Johannis L. domini liberitenementarii earundem, heredibus dicti Rob. et assignatis,—dicti Joh. terras in Newtoun de Birgeame, terras in Langbirgeame, terras in Lylis-know de Lochtoun, cum molendino Dunce-mylne nuncupato, vic. Berwik;—quas dictus Joh. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 407.

1557. Apud Edinburgh, 19 Oct.
REGINA concessit JOHANNI HAMMILTOUN burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—officium marisfeodi et serjandie vicecomitatus de Linlithqw, cum terris ejus Corsflat nuncupatis, extendentibus ad 20 acras aut eocirca, vic. Linlithqw; cum ceteris feodis et devoriis dicti officii;—quod et quas Robertus Ros burgen. de Linlithqw in favorem dicti Joh. resignavit, juxta tenorem contractus de data 11 Aug. 1564:—REDDEND. servitia et labores dicti officii debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 454.

1558. Apud Edinburgh, 21 Oct.
REGINA,—quia terre opus regium de Leith nuncupate, cum domibus et edificiis desuper existen., per Anglos tempore combustionis ville de Leith destructe fuerunt, et tunc ruinose devenerunt et ad finalem subversionem subito perventure,—pro servitio sibi per servitorem suum infrascript. impenso, qui in partes Gallie jussu regine profectus magnas et parvas belli machinas cum earum instrumentis domum deduxit, et pro aliis servitiis absque recompensatione peractis,—ad feudifirmam dimisit JOHANNI CHEISHOLME computorum rotulatori tormentorum suorum bellicorum, heredibus ejus et assignatis,—dictum opus regium (jacen. inter *lie schoir*, terras Joh. Dalmahoy, vicum *lie Braidwynd* nuncupat., et refluxum maris), in villa sua de Leith, vic. Edinburgh;—quod nunquam in regio rentali locatum erat:—REDDEND. annuatim 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; et faciendo occidentalem cavam *lie sellar* dicti edificii (una excepta) paratam et patentem ad recipiendum regine vina et aliam provisionem; et sustentando dictam cavam ad id libere tectam a pluvia:—INSUPER regina revocavit omnes dispositiones de dict. terris in minore sua etate per gubernatorem aut alias prius factas:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 417.

1559. Apud Edinburgh, 27 Oct.
REGINA ad feudifirmam dimisit COLINO CAMPBELL de Glenurquhy, et KATHERINE RUTHVEN ejus conjugi,—terras de Dalgardie (extenden. in rentali suo ad 5 lib. 13 sol 4 den.), Tullich (ad 3 lib., et 53 sol. 4 den. pro pretio 4 verrium [vervecum?] *lie wedderis* et 4 bollarum hordei), Teray (ad 53 sol. 4 den., et 40 sol. pro aliis devoriis), Correcarmyk absque pastura seu intromissione cum Manlorne alias Bamakane (ad 3 lib. 6 sol. 8 den.), Moycronych (extenden. unum dimedium ad 3 lib. 6 sol. 8 den., et 3 lib. 6 sol. 8 den. pro pretio 5 *lie wedderis* et 5 bollarum hordei, alterum dimed. ad 3 lib. 6 sol. 8 den.), Terartour (extenden. 3 marcat. earum ad 6 libras 13 sol. 4 den., alias 5 marcat. ad 3 lib. 6 sol. 8 den.), Kiltery (ad 6 lib. 13 sol. 4 den., et 40 sol. pro marta), Clocherane (binam partem ad 4 lib. 8 sol. 11 den., tertiam

partem ad 44 sol. 5 den. et obulum, et 3 lib. 18 sol. pro 26 petris casei), Ardtollony (3 marcat. earum ad 4 lib., alias 7 marcat. ad 4 lib. 13 sol. 4 den.), Eddergole (ad 5 sol. pro qualibet bolla 12 bollarum polente molinate, 5 sol. pro qualibet 5 bollarum albe farine avenatice, 5 sol. pro qualibet 12 bollarum nigre farine avenatice), molendinum earundem (ad 6 lib. 13 sol. 4 den., et 4 den. pro pretio cujuslibet 36 pultrarum), Auchlekhech (ad 5 libras 6 sol. 8 den.), Ramony (2 marcat. earum ad 33 sol. 4 den., 5 sol. pro qualibet 4 bollarum polente molinate, 5 sol. pro qualibet 2 bollarum albe farine avenatice, 5 sol. pro qualibet 4 bollarum nigre farine avenatice, alias 40 solidatas ad 5 libras), Skeag (ad 26 sol. 8 den.), terras vulgo Duncane-Reochstoun nuncupatas (ad 26 sol. 8 den.), terras de Crastnacabir (ad 15 sol.), Petmaky (ad 15 sol.), omnes extenden. ad 40 sol. pro qualibet 8 martarum, et in gressumis ad 10 lib. 14 den., in dominio de Dischir et Toyer, vic. Perth:—TENEND. dictis Col. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus tallie dicti Colini contentis in infeofamento ei et ejus predecessoribus confecto de terris et baronia de Fynlarg:—INSUPER regina voluit quod unica sasina apud Eddergole capienda pro omnibus staret:—SOLVEND. dict. firmas, et 10 lib. 4 den. pro gressumis, ac 40 sol. in augmentationem rentalis; et edificando mansionem cum politiis fundo correspondentibus secundum tenorem acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 486.

1560. Apud Edinburgh, 30 Oct.

REGINA concessit MICHAELI NASMYTH de Posso, et ELIZABETH BARDE ejus conjugi,—terras de Stirkfeild, in baronia de Brochtoun, vic. Peblis;—quæ Wil. Lindesay resignavit:—TENEND. dictis Mich. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Mich. quibuscunque:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 415.

1561. Apud Edinburgh, 2 Nov.

REGINA ad feudifirmam dimisit servitori suo JACOBO GRAY, uni sui corporis armigerorum et custodum, heredibus ejus et assignatis,—terras &c. (*in carta* 1555 *contentas*); extenden. terras de Drumdarveth ad 9 lib. firme, 2 celdras 6 bollas 1 firlotam ordei cum charitate, 4 bol. avenarum vocat. *hors-corne*, unam martam, unum *lie muttoun*, 4 duodenas pultrearum, 9 *lie reikhennis*, pro pecuniis bondagiis 20 sol., pro gressuma quinquennali 9 lib., et annuatim 80 onera focalium ad castrum de Dingwell ducenda, cum servitiis usitatis et consuet.; terras de Westir Kescheok ad 6 libras firme, 4 muttones, 4 duodenas caponum, 8 *reikhennis*, 20 sol. pro argento bondagio, pro gressuma quinquennali 6 libras, cum 80 oneribus focalium ad dict. castrum ducendis, cum servitio usitato et consueto; et molendinum de K. nunquam prius assedatum fuit:—REDDEND. annuatim pro Drumdarveth 10 lib. 16 sol. pro firma et gressuma, cum dict. ordeo &c.; pro Westir Kescheok cum piscaria, 7 lib. 4 sol. pro firma et gressuma, cum dict. muttonibus &c.; pro dicto molendino 14 bollas victualium; necnon 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis de Drumdarveth, et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis de Westir Kescheok; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et sustinendo edificia et politias fundo corresponden.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 443.

1562. Apud Edinburgh, 4 Nov.

REGINA concessit et, pro bono servitio, de novo dedit CAROLO CAMPBELL de Skeldoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Over Skeldoun, tam proprietatem quam tenandriam (extenden. ad 20 marcat. 6 sol. 8 den. antiqui extentus), Arde alias Nethir Skeldoun, tam proprietatem quam tenandriam (ad 8 marcat. 6 sol. 8 den. ant. ext.), cum turribus, fortaliciis, pomeriis, hortis, molendinis, multuris, tenentibus &c, cum communi pastura tenentibus dict. terrarum in moro de Martname, in baronia de Martname, Kingis-kyle, vic. Air;—quas Matheus Campbell de Lowdoun miles resignavit:—REDDEND. jura et servitia ante dictam resignationem debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 421.

1563. Apud Edinburgum, 11 Nov.
REGINA concessit ANDREE LAMMY, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre cum horto jacen. in burgo de Cowpar ex occidentali parte de *lie Wattergait* (inter tenementum Thome M'Kye et terras Rob. Jamesoun) ;—quod regine devenit tanquam ultimo heredi quondam Johannis Mar burgensis de Cowpar :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 515.

1564. Apud Edinburgh, 13 Nov.
REGINA confirmavit cartam Roberti Innes de Invermarky,—[qua, pro summis pecunie persolutis, vendidit M. JACOBO HARVYE de Boyndis, et AGNETI LESLIE ejus conjugi in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque,—terras et molendinum de Elrik, cum croftis dicti molend., astricta multura et *lie multure schaves* totius baronie de Monycabok, cum ceteris servitiis ac devoriis dicto molend. per tenentes dicte baronie solvi solitis, tertiam partem ville et terrarum suarum de Monycabok, vocat. *lie* Middill-thrid de M. (per And. Donald et Thomam Donald occupatam), terras vocatas *lie* Chapell-croftis et Scheiphirdis-croft de Monycabok, in baronia de M., vic. Abirdene :—TENEND. de regina :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. Wil. Innes in Langmorgyn, Jacobo Adamesoun burgen. de Edinburgh, Joh. Innes in Garmoche, Jac. Kirkpatrik, Wil. Chalmer : —Apud Plewlandis, 24 Sept. 1564] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 512.

1565. Apud Edinburgh, 27 Nov.
REGINA confirmavit cartam Willelmi Hay de Urie,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit consang. suo JOHANNI HAY in Creichmondmogat, heredibus ejus et assignatis,—terras de Creichmondmogat cum molendino et terris molendinariis, astrictis multuris et *lie suckin* dicti molend., cum pertinen. tam in communitate quam in proprietate, in baronia de Creichtmondpark, vic. Abirdene :—TENEND. de regina : —TEST. Wil. Hay in Creichmondmogat, M. Gilb. Blakhall in Drymmis, Geo. Nesbit, Gilberto Hay, Thoma Wod :—Apud Crychtmond, 6 Nov. 1564] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 341.

1566. Apud Edinburgh, 30 Nov.
REGINA confirmavit cartam Alexandri Cuming de Culter-Cuming,—[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit ROBERTO IRWIN filio Roberti I. de Belty, heredibus ejus et assignatis,—terras suas de Cragtoun de Tilleboy, in baronia de Culter-Cuming, vic. Abirdene, per annexationem :—TENEND. de regina :—REDDEND. dicto Alex. unum den., necnon regine unum den., cum servitiis debit. et consuet., nomine albe firme :—cum clausula warantizationis, dempta assedatione M. Willelmo Davidsoun pro 3 annis a festo Penthecostes proxime futuro facta :—TEST. Joh. Forbes in Suinynne, Duncano Irwin, Alex. Forbes in Tillehing, Alex. Irwin in Bargny (Largny?), M. Rob. Skene, D. Tho. Belty, notariis publicis :—Apud Banchori-T(er)ne, 30 Maii 1555] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Roberti, dispensavit cum sasina ante confirmationem capta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 585.

1567. Apud Edinburgh, 1 Dec.
REGINA,—considerationem habens quod personas infrascriptas secum in aula tam Edinburgi quam alibi ubi se moram trahere contingeret, remanere preceperat, quod commode facere nequiverunt defectu hospitii prope palatium de Edinburgh ubi regina presertim residentiam fecit,—concessit PATRICIO DOMINO RUTHVEN, et Domine JONETE STEWART ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque et assignatis dicti Pat. quibuscunque,—domum vastam et muros consistentes ad orientalem finem domus nuncupate New-frater de Halyruidhous, cum *lie* Crocehous super australi parte ejusdem (haben. novum ortum abbatis ex orientali, ortum prioris ex occidentali, pomerium prioris et venellam ex australi partibus), cum *lie eistmest* volta sub dicta New-frater, jacen. infra bondas monasterii de Halyruidhous, vic. Edinburgh ;—que tunc diruta est, nullum proventum prebens, neque unquam regine aut dicto monasterio ullam firmam reddidit :—REDDEND. com-

mendatario et conventui dicti monast. 6 sol. 8 den. feudifirme; et duplicando dict. firmam in introitu heredum; et regine jura et suffragia debita et consueta :—INSUPER regina voluit quod hec donatio staret, ac si dict. domus &c. per dictos commendatarium &c. in feudifirma locate fuissent, et dicti Pat. dom. R. &c. cartam regiam confirmationis ante statuta et proclamationes in contrarium factas obtinuissent :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 335.

1568. Apud Edinburgh, 1 Dec.
REGINA confirmavit et de novo dedit JONETE STEWART domine Methven, sponse Patricii domini Ruthven, in vitali redditu, et HENRICO STEWART ejus filio, et heredi apparenti quondam Henrici dom. Methven, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, regine reversuras,—terras et dominium de Methven, cum castro, molendinis, piscationibus, silvis, forestis, tenentibus &c., advocatione prepositi, prebendariorum et capellaniarum earundem, necnon terras vocatas Kildeis-land, acram terre jacen. in Cassochy, cum terris et dominio de Balquhidder cum molendinis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Perth;—quarum vitalem redditum eadem Joneta, hereditatem idem Hen. S., resignaverunt :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 463.

1569. Apud Edinburgh, 1 Dec.
REGINA confirmavit cartam Alexandri domini Home,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI WEYMIS de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras suas dimedietatis de *lie* Mawe, cum domibus, edificiis, hortis, pomeriis &c., vic. Fyffe :—TENEND. de regina : —cum precepto sasine directo Johanni Weymis :—TEST. And. abbate de Jedburgh, Tho. Leirmonth ejus servitore, M. Richardo Schoriswod de Baitischaill, Rob. Grahame fratre germano domini de Inchebraiky :—Apud Thornetoun, 23 Aug. 1564] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 584.

1570. Apud Edinburgh, 3 Dec.
REGINA confirmavit ALEXANDRO GLENDUNING de Partoun, et ALISONE GORDOUN ejus conjugi,—40 solidat. terrarum antiqui extentus de Glengunoch, in parochia de Partoun, senesc. Kirkcudbrycht; —quas idem Alex. resignavit :—TENEND. dictis Alex. et Alis. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 399.

1571. Apud Edinburgh, 4 Dec.
REGINA confirmavit cartam Henrici Leslie portionarii de Buchanstone,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI LESLIE filio suo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis,—terras de Buchanstoun et Ardwyne sibi pertinentes, in regalitate de Garioch, vic. Abirdene :—TENEND. de regina :—TEST. Patricio Leslye burgen. de Abirdene, Alexandro Leslye in Drymrosse, Joh. Gordoun in Insche, Alex. Lesley filio dicti Hen., D. Wil. Thomesoun notario publico :—cum subscriptione dicti Henrici ad calamum ducta per notarium :—Apud Stanebrig, 9 Nov. 1564] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 180.

1572. Apud Edinburgh, 6 Dec.
REGINA confirmavit cartam Jacobi Wod de Bonyntoun,—[qua concessit DAVIDI ROSSY de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Westertoun de Rossy, vic. Forfare;—in excambium pro dicti Davidis bina parte terrarum de Enneny, vic. Forfare, secundum tenorem contractus inter dictum Jac. et Pat. Wod filium suum et heredem apparentem ab una, et dictum Davidem ab altera partibus, initi de data apud Bonyntoun, 29 Sept. 1561 :—TENEND. de regina; —TEST. Joh. Fullertoun de Kynnaber, Ric. Mailvile de Baldowy, Joh. Farar rectore de Eglisjohnne, Alexandro Uuchterlony, Walt. Wod, Joh. Lyvtoun de Ullishavin, Herbarto Gledstanis notario :—Apud Bonyntoun, 30 Oct. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 542.

1573. Apud Edinburgh, 9 Dec.
REGINA concessit ALEXANDRO CUMING filio et heredi apparenti Alexandri C. de Culter, et ejus heredibus,—terras baronie

de Culter-Cuming, tam proprietatem quam tenandriam eisdem annexam, vic. Abirdene et Kincardin;—necnon JONETE STEWART sponse dicti Alex. senioris, in vitali redditu,—terras de Haltoun de Tulleboy, in dicta baronia;—quas omnes dictus Alex. senior resignavit: — REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. seniori, et rationabili tertia cum contingeret dicte Jon. sive conjugi dicti Alex. senioris cuicunque: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 447.

ANNO REGNI 23. ANNO DOMINI 1564.

1574. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REGINA concessit ALEXANDRO GLENCORS de eodem (filio et heredi quondam Thome G. de eodem), heredibus ejus et assignatis,—terras de Wodhous, extenden. ad 4½ marcat. antiqui extentus, in senesc. Vallis Annandie;—que fuerunt dicti Tho. et ejus predecessorum, de regina tente per servitium warde; et tempore interfectionis dicti Thome per Wil. Kirkpatrik de Kirkmichaell et ejus complices (mense Augusti 1543 aut eocirca) earum evidentie, tunc in eodem loco existentes, combuste fuerunt:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 516.

1575. Apud Edinburgum, 22 Dec.
REGINA confirmavit cartam Adami Boyde de Penkle,—[qua,—pro summis pecuniarum persolutis, et pro servitiis sibi in negotiis arduis impensis et durante vita sua in suis negotiis quibuscunque impendendis, —concessit filio suo legitimo secundogenito M. JACOBO BOYDE, heredibus ejus et assignatis,—10 libratas terrarum antiqui extentus de Trochrig, cum earum molendino, astrictis multuris, turre, fortalicio ac manerie, hortis, pomeriis et silva de T., in parochia de Kirkoiswalde, balliatu de Carrik, vic. Air:—RESERVATO libero tenemento dicto Ad. et Helene Kennedy sponse sue, et ipsorum alteri diutius viventi:—TENEND. de regina tanquam comitissa de Carrik:—TEST. David Purviance molendinario de Killumchar, Pat. Scot, David M'Canerik de Creachdow, D. Wil. Allanesone notario publico:—Apud Daly, 28 Oct. 1564]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jacobi, voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si ante sasine sumptionem fuisset concessa:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 448.

1576. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REGINA confirmavit ALEXANDRO COMITI DE GLENCARNE dom. Kilmawris &c., et Domine JONETE CUNYNGHAME ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque hereditarie,—5 librat. terrarum de *lie* Manis de Lambrochtoun antiqui extentus, in baronia de Kilmawris, balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas idem Alex. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 428.

1577. Apud Edinburgh, 3 Jan.
REGINA confirmavit cartam factam per quondam Eliz. priorissam monasterii de Hadingtoun, et conventum ejusdem,—[qua,—pro ingentibus pecuniarum summis persolutis in sua et familie sue sustentationem, proque multis gratitudinibus &c., —ad feudifirmam dimiserunt servitori suo JACOBO COKBURNE de Skraling, et heredibus ejus masc. legit. et propinquioribus quibuscunque,—terras de Bagby, cum mansionibus, edificiis, hortis (inter terras dominorum de Saltoun, Boltoun, Hirdmestoun, Lethingtoun et Sammelstoun), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. annuatim dictis priorisse &c. 70 marc., necnon 1 marc. in augmentationem rentalis; et 10 lib. in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Eduardo Forrest:—TEST. Rob. Diksoun, Joh. Hepburne, Wil. Hepburne, Geo. Bald, D. Joh. Wilko, D. Adamo Story, capellanis, Joh. Forrest burgen. de Hadingtoun, Eduerdo Forrest, Thoma Maitland:—Apud dictum monast., 10 Oct. 1560]:—NECNON cartam factam per Ric. Maitland de Lethingtoun militem, yconimum dicti monast., et conventum ejusdem,—[qua confirmaverunt cartam dicti Jac. Cokburne,—(qua, pro summa

pecunie persoluta, vendidit WILLELMO MAITLAND de Lethingtoun heredi apparenti, secretario regine,—dictas terras de Bagbie :—TENEND. dicto Willelmo et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Johanni M. fratri dicti Wil., et heredibus &c. [*ut sup.*], quibus def., Thome M. fratri ejusdem, et heredibus &c. [*ut sup.*], quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. quibuscunque, arma et cognomen de Maitland gerentibus, sive ejus assignatis, de priorissa et conventu de Hadingtoun :—REDDEND. 71 marc. feudifirme, ac 10 lib. in introitu heredum :—cum clausula warrantizationis, nisi in causa inhibitionis contente in acto parliamenti quo prohibitum est ne terre ecclesiastice a data 6 Mar. 1558 in emphiteosim locarentur, quodquidem actum fuit de data 24 Aug. 1560 : —cum precepto sasine directo Patricio Cokburne de Clerkingtoun :—TEST. M. Rob. Maitland vicario de Kynnarnie, M. Davide Makgill advocato, M. Thoma Gardin, Ric. Cranstoun de Skadisbusche, And. Lambie servo dicti M. Dav. :—Apud Edinburgh, 15 Dec. 1564) : — Apud dictum monasterium, 30 Dec. 1564] :—INSUPER ordinavit quod dicte carte sub dict. actis parliamenti non comprehenderentur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 598.

1578. Apud Palatium de Haliruidhous, 16 Jan.

REGINA ad feudifirmam dimisit THOME KER de Marsingtoun—predium et terras nuncupatas Williamhoip, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk ;—de quibus dictus Tho. hereditaria feudifirme rentalia, facta quondam ejus patri et patruo, coram regine commissionariis produxit :—TENEND. dicto Tho. et heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus deficientibus, heredibus ejus fem. absque divisione :—REDDEND. annuatim 24 lib., et duplum dicte firme in introitu heredum ; necnon construendo mansionem cum aliis politiis fundo correspondentibus ; et inveniendo pro qualibet 10 librata duos equestres, unum cum lancea et alterum onerativum *lie carriage hors*, pro servitio regine prestando in exercitibus &c. ; cum maritagio heredum cum contingeret, vel heredes solvendo 100 marc. pro maritagio, ad adoptionem dict. heredum ; et si solutio unius termini in alium curreret insoluta, illa solutio duplicaretur ; necnon solvendo multuras molendinis regine consuet. ; nec liceret cum aliquibus in exercitu ire nisi cum regina et ejus locumtenentibus ; nec liceret dict. terras in toto vel in parte alienare absque consensu regio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 432.

1579. Apud Falkland, 22 Jan.

REGINA, pro servitio sibi impenso et impendendo, et in partem recompensationis ejusdem, concessit familiari servitori suo JACOBO MALVILE fratri germano Johannis M. de Raith, heredibus ejus et assignatis,—terras de Drumcors, vic. Linlithgw ;—quas rex Jac. V. in feudifirma locavit quondam Margarete Creichtoun comitisse de Rothes, pro 40 marcis annuatim ; et quas dicta Margareta resignavit in favorem quondam Normani Leslie olim magistri de Rothes, qui infeofamentum earundem obtinuit ; et que regine devenerunt ob forisfacturam dicti Norm. :—SOLVEND. 40 marcas, et 20 sol. ultra, nomine feudifirme ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et edificando mansionem cum politiis secundum tenorem acti parliamenti :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 435.

1580. Apud Cullerny, 24 Jan.

REGINA confirmavit cartam Georgii dom. Seytoun,—[qua, cum consensu Johannis dom. Hay de Yester et Richardi Maitland de Lethingtoun, curatorum suorum, confirmavit cartam (quondam [1]) Andree Johnestoun de Elphingstoun,—(qua concessit filio suo et heredi apparenti JACOBO JOHNESTOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Elphingstoun, cum turre, fortalicio, pomeriis, ortis, tenentibus &c., in baronia de Tranent, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—TENEND. de Georgio dom. Seytoun (patre dicti Geo. tunc dom. S.) :—RESERVATIS libero tenemento

[1] So styled in the introductory clause of the royal charter only.

dicto And., et rationabili tertia Margarete Dowglas sue sponse, matri dicti Jac., cum contingeret :—TEST. Alex. Creichtoun de Brunstoun, Geo. Johnestoun, Wil. Mure, Jacobo Dowglas, D. Wil. Hadvy capellano, Alexandro M'Neill notario publico.:—Apud Elphingstoun, 12 Maii 1531):—TEST. Alex. Seytoun de Morame, Johanne Seytoun in Tranent, Willelmo Aldinstoun, Joh. Leslie, Geo. Smyth :—Apud Edinburgh, 4 Aug. 1554] :—INSUPER, pro bono servitio, concessit dicto Jacobo J., tunc de Elphingstoun, heredibus ejus et assignatis,—wardas, relevia et nonintroitum dictarum terrarum quando in manibus regiis devenirent ob nonintroitum heredis dicti Georgii ejusve successorum :—SOLVEND. annuatim 40 lib. durante warda vel nonintroitu :—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 30. xxxii. 595.

1581. Apud Sanctandrois, 1 Feb.
REGINA concessit DAVIDI MAILVILE filio et heredi apparenti Richardi M. de Baldowy, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras de Baldowy, cum piscaria in Southesk, in parochia de Inchebriok, vic. Forfare ;—quas dictus Ric. resignavit : —RESERVATIS libero tenemento dicto Ric., et rationabili tertia Katherine Lindesay ejus sponse, aut alicui alteri ejus sponse cui contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 521.

1582. Apud Edinburgh, 26 Feb.
REGINA, pro bono servitio, confirmavit et de novo dedit JOHANNI CREICHTOUN de Bruntstoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Gilbertoun, cum manerie, ortis, pomeriis et molendino, vic. Edinburgh ;—quas idem Joh. personaliter resignavit :—REDDEND. unum denarium albe firme, non obstante quod orientalis dimedietas dictarum terrarum pro servitio warde prius tenta fuerat :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 419.

1583. Apud Edinburgh, 1 Mar.
REGINA,—volens privilegia per progenitores suos ARTIFICIBUS BURGORUM ET CIVITATUM SCOTIE concessa minime abrogari absque urgente causa (quibus derogatum fuit per actum parliamenti mense Jun. 1555, a cujus statuti tempore regina nihil utilitatis exinde pervenire percepit), et perpendens quod non obstante dicto acto ipsi in possessione antiquorum privilegiorum fuerunt,—ac privatis publicisque odiis mercatorum et artificum in burgis habitantium occurrere cupiens,—post suam legit. etatem 21 annorum, dispensavit cum dictis artificibus penes dictum actum ; et ratificavit privilegia et consuetudines eis per suos progenitores datas. xxxiii. 195.

1584. Apud Edinburgh, 2 Mar.
REGINA concessit JACOBO FORESTAR de Corstorphin, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque,—10 marcatas terrarum, cum dimedietate mansionis, domorum, edificiorum, horreorum, hortorum, de Lowrestoun (olim per quondam Tho. Lowrestoun de eodem occupat.), ac (superioritatem) terrarum tertie partis de Lowrestoun cum domibus et ortis ex australi parte ville de L. (quas quondam Katherina Forestare domina tertie dictarum terrarum olim occupavit), necnon superioritatem 5 marcatarum alterius tertie partis de L. (per dictum Tho. olim alienat. quondam Willelmo Litill burgensi de Edinburgh), vic. Edinburgh ;—quas Hen. Forestare de Lowrestoun, frater dicti Jacobi, personaliter resignavit :—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 418.

1585. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REGINA, pro bono servitio, ad feudifirmam dimisit servitori suo WILLELMO MURRAY de Letterbannachty, et BARBARE PITCARNE ejus sponse,—occidentalem umbralem quarteriam terrarum de Drumphingalle (extenden. in rentali suo ad 50 sol. cum parte unius martis et denariis pro eisdem solvi solitis), in senesc. de Strathearne ;—quam Joh. Henri, filius quondam Davidis Henrie, in favorem dicti Wil. resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Barbare et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Wil. de corpore legitime procreandis, quibus def., seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreat. absque divisione :—SOLVEND. dictam feudifirmam

antiquam; ac duplum ejusdem in introitu heredum; et edificando mansionem et politias fundo corresponden. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 424.

1586. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REGINA confirmavit JOHANNI CUNYNGHAME de Caprintoun, heredibus ejus et assignatis,—20 librat. terrarum antiqui extentus de Caprintoun, cum earum castro et fortalicio, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; 6 marcat. ant. ext. de Brokelmure, $2\frac{1}{2}$ marcatas de Dunlophill et Hoilhous, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; cum molendinis, multuris, silvis, piscationibus, carbonibus, carbonariis, tenentibus &c. omnium dict. terrarum;—quas idem Joh. resignavit; et quas regina, pro ejus bono servitio, incorporavit in liberam baroniam de Caprintoun:—TENEND., cum advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, de regina tanquam principe et senescalla Scotie:—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia dict. balliatuum, cum warda &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 462.

1587. Apud Edinburgh, 7 Mar.
REGINA confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit WILLELMO WATCHE de Dawik, heredibus ejus et assignatis,—20 librat. terrarum antiqui extentus de Dawik, 10 librat. ant. ext. de Sintoun, cum castris, turribus, fortaliciis, domibus, advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum earundem, tenentibus &c., vic. Roxburgh et Peblis;—quas idem Willelmus resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 471.

1588. Apud Edinburgh, 8 Mar.
REGINA confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit ANDREE WOD de Largo, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem terrarum de Schiremure, in senesc. et vic. de Fyffe;—quam idem And. personaliter resignavit;—necnon ad feudifirmam dimisit eisdem And. &c.—alteram dimed. dict. terrarum, extenden. in rentali suo ad 20 sol.: —REDDEND. annuatim pro qualibet dimed. 50 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon edificando mansionem cum politiis secundum tenorem acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 518.

1589. Apud Edinburgh, 10 Mar.
REGINA confirmavit cartam Jacobi Eckillis de eodem,—[qua, pro summa 500 marc. sibi persoluta, vendidit ROBERTO GRAHAME de Knokdoleane, heredibus ejus et assignatis,—terras de Eckillis, extenden. ad 20 libratas antiqui extentus, cum earum molendino (in parochia de Pynpunt), vic. Drumfreis:—REDDEND. regine servitium warde &c. :—TEST. Davide Grahame fratre dicti Rob., Jac. Ros, Geo. Grahame:—Apud Mayboill, 3 Dec. 1562]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 361.

1590. Apud Edinburgh, 17 Mar.
REGINA concessit JOHANNI MIDDILTOUN filio legitimo Johannis M. de Kilhill, heredibus ejus et assignatis,—terras de Nethir-seitt, et binam partem de Bent, vic. Kincardin;—quas dictus Joh. senior resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Johanni seniori, et conjuncta infeodatione Katherine Strathauchane ejus conjugi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 508.

1591. Apud Edinburgh, 18 Mar.
REGINA concessit THOME TURPY filio Willelmi T., heredibus ejus et assignatis,—quarteriam de Bello-mylne, cum ejus terra, astricta multura, et sequelis terrarum de Drumtennent, Mairstoun et Eistir Fairny liberam multuram solven., in dominio et senesc. de Fiffe;—quam dictus Wil. resignavit:—REDDEND. annuatim 50 sol., cum 3 caponibus et 6 pultriis, cum aliis juribus et servitiis solitis et consuetis:—RESERVATO libero tenemento dicto Wil.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 430.

1592. Apud Edinburgh, 18 Mar.
REGINA confirmavit (1) cartam Archibaldi comitis Argadie, dom. Campbell et Lorne &c.,—[qua, pro bono servitio, concessit familiari servitori suo M. JOHANNI CARSWELL rectori de Kilmartyne, heredibus ejus et assignatis,—8 marcat. terrarum antiqui extentus de duabus Carnestris, cum custodia castri earundem, 6 marcatas

CROYDON PUBLIC LIBRARIES NTRAL

ant. ext. de Auchnellone, 1 marcat. ant. ext. de Correchrig, in dominio de Ardske-(d)oniche, 20 sol. ant. ext. de Barindryane in dominio de Lochhaw, vic. Argyle;—quas terras de Barindryane Duncanus M'Caws personaliter resignavit:—REDDEND. dicto Arch. unum den. albe firme:—INSUPER dictus Arch. voluit quod unica sasina apud principale messuagium de duabus Carnestris capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine:—TEST. Nigello Campbell M'Gillespik M'Donche, Jacobo Campbell de Drunge, M. Patricio Grahame rectore de Kilmoir:—Apud Campbell, 1 Feb. 1558]:—(2) aliam cartam ejusdem Archibaldi, justiciarii generalis Scotie,—[qua, pro certis pecuniarum summis sibi persolutis, necnon pro servitio impenso et impendendo, concessit servitori suo M. Johanni Kerswell de Carnasre, heredibus ejus et assignatis subscriptis,—marcatam terrarum ant. ext. de Pennycastell, in baronia de Craiginche, vic. Argyle; cum insulis vocatis *Thre* Resyis, cum custodia et capitanaria castri de Craiginche, et officio de *martischip* et *brousteri* victualium suorum totius baronie de Craigeinche cum devoriis dict. officiorum, et signanter cum 8 bollis farine pro officio *browsteri*, et lucratione glebarum, sipporum et cespitum:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Malcolmo K. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Donaldo K. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus ejus masculis quibuscunque, quibus def., dicto Archibaldo reversuras, de dicto Arch.:—REDDEND. unum den. albe firme; et custodiendo dict. castrum tempore pacis propriis sumptibus absque adjuvamine dicti Arch.; et tempore guerrarum dictus Arch., heredes ejus et successores, sustinerent ad custodiam dicti castri 6 viros idoneos sub dicto Joh. militaturos; et dicte terre libere essent ab omnibus *lie scattis, soirning*, et a sustentatione canum et equorum, et a similibus quavis antiqua consuetudine introductis:—cum precepto sasine directo Malcolmo M'Ane M'Donill de Carbarranbeg:—TEST. Archibaldo Campbell de Clawchane, Colino Campbell de Bowchquhane, Nigello Campbell rectore de Lwingye, Willelmo Hegait notario:—Apud Glasgow, 13 Mar. 1559]:—(3) aliam cartam ejusdem Archibaldi,—[qua ad feudifirmam dimisit servitori suo M. Johanni Carswell rectori de Kilmartyn, heredibus ejus et assignatis,—2 marcat. 40 den. terrarum de Kilmolew, Lekgarvych et Nalingfelt, in baronia de Glenarie, vic. Argyle;—quas Donaldus Makane Vekvicar de Sallychary personaliter resignavit in favorem dicti Joh.:—REDDEND. annuatim dicto Arch. 9 bollas farine nigre, et pro aliis 9 bollis similis farine 3 libras monete; necnon ad introitum heredis vel assignati 53 sol. 4 den.:—RESERVATIS dicto Arch. herezeldis dictorum Joh. &c.; et pro qualibet herezelda aliorum super dict. terris habitantium dicti Joh. &c. persolverent dicto Arch. 40 sol.:—TEST. Colino Campbell de Boquhan fratre dicti Arch., Johanni Campbell de Lochnenell, Duncano Makeuir de Srontero, Magistro Nigello M'Arthour vicario de Kilmorchie, Donaldo M'Vikar de Auchnybrek, D. . . . . Makvicar rectore de Kilmolew:—Apud Inverara, 21 Jan. 1559]:—(4) aliam cartam ejusdem Archibaldi,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, necnon pro servitio impenso et impendendo, ad feudifirmam dimisit servitori suo M. Johanni Kerswell de Carnasre, heredibus ejus et assignatis subscript.,—marcatam terrarum ant. ext. de Newraychane, marcatam ant. ext. de Kilmwn, marcat. ant. ext. de Duneinveren, jacen. super latus de Lochawik, vic. Argyle:—TENEND. *ut in carta* [2] *supra*:—REDDEND. annuatim 45 petras casei, necnon 9 lib. 9 sol. 8 den. monete; et duplicando dict. summam monete in introitu heredum; cum herezeldis principalium tenentium, et 2 marc. pro quolibet herezeldo subtenentium cum contingeret; et dicte terre libere essent &c. (*ut in carta* [2] *supra*):—cum precepto sasine directo Malcolmo M'Ane M'Donill de Corvarranebeg:—TEST. Arch. Campbell de Clawchcane, Colino Campbell de Vawchtquhan, Nigello Campbell rectore de Luinye, Willelmo Hegait notario:—Apud Glasgow, 13 Mar. 1559]:—(5) aliam cartam ejusdem Arch.,—[qua, pro servitiis &c., necnon pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit familiari servitori suo M. Johanni Kerswell de Carnastre,

heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis et assignatis quibuscunque,—terras de Ardinslat, extenden. ad 6½ marcat. ant. ext. (occupatas per . . . . Stewart de Argowane et Joh. M'Baxter), in baronia de Strathauchy, vic. Argyle:—REDDEND. annuatim dicto Arch. 30 bollas farine avenatice in loco seu manerio de Dunnune, et 15 lib. pro pretio aliarum 30 bol.; et pro qualibet herezelda subtenentium (cum eos contingeret in fata decedere) 40 sol.; necnon in introitu heredis vel assignati 13 lib. 6 sol. 8 den.; et prestando dimedium servitii in guerris regiis et taxationibus regine et dicti Arch. secundum ratum dict. terrarum:—cum precepto sasine directo Johanni Makdonche Vekcosdre:—TEST. Jacobo Campbell de Ardkinglas, Nigello Campbell de Blair, Archibaldo Campbell de Clawchane, Arch. Campbell Duncansoun:—Apud Dunnone, 26 Maii 1564]:—(6) aliam cartam ejusdem Arch., justiciarii generalis Scotie,—[qua, pro pecuniarum summis, ac pro bono servitio, ad feudifirmam dimisit servitori suo M. Johanni Kerswell de Carnastre—3 marcatas terrarum ant. ext. de Achayn, 1 marcat. ant. ext. de Glencarnebeig, dimediam marcat. ant. ext. de Corrod de Glencarne, in baronia de Ardskodinis, vic. Argyle; 20 sol. ant. ext. de Ardachyne, cum insula vulgo Incheall nuncupata, que pars dictarum 20 solidatarum extitit, in baronia de Lochhow, vic. Argyle; cum officio balliatus dict. terrarum, et officio balliatus 5 librataruma ant. ext. de Kilmartyne, Laggane, et 20 solidatarum ant. ext. de Ballindrien, cum devoriis ejusdem:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. sive assignatis dicti Johannis quibuscunque, de dicto Arch.:—REDDEND. annuatim pro terris in baronia de Ardskodinis 8 bollas farine avenatice, 4 bol. ordei, 5 marc. monete pro pretio vacce firmarie, vulgariter *ane maill mairt*; pro Ardachyin 40 sol.; ac 10 lib. in introitu heredum; pro dicto officio unum den. albe firme; et dicte terre libere essent ab omnibus aliis taxis, impositionibus, exactionibus, et a sustentatione equorum et canum, exceptis tantum taxis universalibus secundum jura regni impositis:—RESERVATIS domo, horto, sive loco mansionis ministro ecclesie de Incheald in dicta insula locate:—INSUPER dictus Arch. voluit quod unica sasina apud Achayn capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Johanni Campbell de Oib:—TEST. Jac. Campbell feodatario de Ardkinglas, Nigello Campbell de Blair, M. Pat. Grahame rectore de Kilmoir, Rob. Stewart:—Apud burgum de Perth, 26 Jan. 1562]:—(7) aliam cartam ejusdem Arch., supremi justiciarii Scotie,—[qua concessit servitori suo Magistro Johanni Kerswell, heredibus ejus et assignatis,—20 solidatas terrarum de Ewroch ant. ext., in baronia de Ardskodinis, vic. Ergadie;—quas Malcolmus Makeller filius et heres Gilberti M. de Ardarie, pro pecuniarum summis sibi persolutis, in favorem dicti Joh. personaliter resignavit:—REDDEND. dicto Arch. 20 sol. feudifirme:—cum precepto sasine directo Archibaldo Makgillespik V'Terlych de Barmolloc:—TEST. Jac. Campbell feodatario de Ardkinglas, Donaldo Campbell Robersone, Nigello Campbell de Blair, Euaro Makellester Vekeuir, Dunc. Makane-voir Vekeller:—Apud Inveraraye, 31 Maii 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 456.

1593. Apud Edinburgh, 19 Mar. REGINA confirmavit cartam factam per Rob. commendatarium perpetuum monasterii S. Crucis prope Edinburgh, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt LAWRENTIO BRUCE de Coltmalyndy, fratri dicti Rob., heredibus ejus et assignatis,—terras de Lochthrid (prius per quondam [Wil.] Bannatyne in assedatione habitas, tunc per [Rob.] Grahame et Alex. Patersoun occupat.), in regalitate et baronia de Brochtoun, vic. Peblis:—REDDEND. annuatim dicto monast. 20 marc. (viz. 15 marcas tanquam firmam antea consuetam, 4 marc. pro gressumis, 13 sol. 4 den. in augmentationem rentalis,—de qua summa 22 sol. 2 den. dicto conventui solverentur ad eorum pittantias), cum servitiis usitatis et consuet., necnon cum servitiis in 3 curiis capitalibus dicti monast., in aliis ejusdem curiis quibuscunque quoties requisiti forent, infra burgum Vicecanonicorum, et in curiis justiciarie et camerarie dicti

monasterii cum contingeret; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PROVISO quod si duo termini currerent in tertium solutione minime facta, dicta locatio nullius esset roboris; nec liceret dict. terras aut aliquam earum partem alienare potentiori aut majori sine licentia dict. commendatarii &c.:—cum precepto sasine directo Roberto Carmichaell de Wrychtisland, ballivo dict. regalitatis &c. specialiter constituto:—Apud dictum monasterium, 1 Maii 1559]:—INSUPER regina voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si in Romana curia ante ordinationem nuper susceptam penes locationem feudifirmariam data fuisset:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xxxii. 344.

1594. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REGINA confirmavit cartam Jacobi Hammiltoun de Craufurdjohnne militis, baronis de Avendale,—[qua, pro pecuniarum summis et aliis gratitudinibus &c.,—cum consensu Domine Helene Cunynghame conjugis sue, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., et Johannis Cunynghame de Caprintoun ad cujus instantiam ab assedatione terrarum suarum in feudifirma interdictus extitit, et sine cujus consensu eas locare non potuit,—ad feudifirmam dimisit D. JOHANNI TAILYEOUR rectori de Cummertreis, heredibus ejus et assignatis,—terram cotagiam *lie Coitland* jacentem prope portam cemiterii *lie Kirkstyle* de Strathaven, cum domibus, hortis, horreis, ustrinis, officinis et aliis domibus desuper existen., et cum latitudine 16 pedum in fronte et coram quacunque domo super dict. cotagia existen. (inter pratum vulgo *lie* Waird nuncupat., domos Joh. Farie fullonis, hortos Wil. Johnnestoun, Alex. Flemyng et dicti Joh. Farie), in baronia de Avendale, vic. Lanerk; 8 solidatas 4 den. terrarum antiqui extentus de 50 solidatis ant. ext. de Guddisburne et Syde (per Gawinum Tailyeour occupat.), cum earum pratis et marresiis, in dominio de Avendale, vic. Lanerk;—et, in speciale warrantum dictarum 8 sol. 4 den.,—8 sol. terrarum in *lie* Clauchane de Strathaven (per Wil. Kirkland occupat.):—REDDEND. dicto Jac. pro terra cotagia 13 sol. 4 den. tanquam firmam antea consuet., et 8 den. pro augmentatione rentalis; pro ceteris 40 sol. 10 den., binam partem caponis, cum multuris consuetis, tanquam firmam antiquam, et 14 den. ac tertiam partem caponis pro augmentatione rentalis:—cum precepto sasine directo Jacobo Hammiltoun de Peill et Andree Makmath de Unthank:—TEST. And. Hammiltoun de Goislingtoun milite, M. Jac. Hammiltoun de Peill, Rob. Hammiltoun in Schawtounhill, Tho. Hammiltoun in Overtoun, And. Leper in Newtoun, D. Jacobo Moris notario publico:—Apud Strathaven, 30 Dec. 1564]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xxxii. 413.

1595. Apud Edinburgum, 22 Mar.

REGINA concessit DAVIDI LINDESY, filio seniori et heredi apparenti Davidis com. Craufurdie &c.,—terras &c. subscriptas (exceptis partibus earundem inferius specificatis in quibus dictus com. de novo infeodatus est), viz. terras et baroniam de Fynnevyn cum annexis (viz. terris de Ochteralloun, Tullibrollok, Tulnahilt et Newpark, annuo redditu 100 marc. de magnis custumis burgi de Abirdene, 40 lib. ann. red. de firmis burgalibus et aquaticis dicti burgi, vic. Abirdene; 40 marc. ann. red. de regiis custumis burgi de Montrois, hospitio et tenemento hospitio comitis nuncupato, in burgo de Dundie ex australi parte ecclesie parochialis ejusdem, cum advocatione capellanie intra dictum hospitium fundate, ann. red. 100 marc. de magnis custumis burgi de Dundie, cum rupe vulgo Sanct-Nicholacecraig vocata, infra fluxum maris burgi de Dundie, ac cum fortalicio et loco dict. rupis, advocatione capellanie S. Nicholai intra eandem situate, cum advocatione 5 capellaniarum S. Georgii martyris et capellanie Omnium Sanctorum intra dictam ecclesiam parochialem, necnon superioritate terrarum de Newhall, Kilquhische et Lawfeild, vic. Fyffe), cum turribus, fortaliciis, maneriebus, molendinis, piscariis, nemoribus, virgultis, advocationibus beneficiorum, ecclesiarum et capellaniarum, tenentibus &c., vic. Forfare per annexationem; terras et baroniam de Forrest de Platane, cum molendinis, piscariis, nemoribus, tenentibus &c., terras dimedietatis baronie de Clovey, cum molen-

dinis, piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Inverraratye, cum manerie, molendinis, piscariis, nemoribus, virgultis, tenentibus &c., advocatione rectorie et vicarie earundem, terras et baroniam de Downy, cum turre, fortalicio, maneriebus, et cum terris de Ardesty, Balhungy, Downycane, Cottoun, Brewland de Downy, Knichtishill, acra de Smyddehauch, cum molendinis, piscariis, tenentibus &c., superioritatem terrarum de Lekoquhy et dimedietatis de Inglistoun de Kinnetlis, vic. Forfare; terras et baroniam de Alyth, cum turre, fortalicio, maneriebus, silvis, nemoribus, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, terras et baroniam de Ballindoch, cum maneriebus, silvis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Megill, cum maneriebus, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, terras et baroniam de Melginche, cum maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Baltrody, cum maneriebus, molendinis, silvis, piscariis, tenentibus &c., terras et baroniam de Petfowr, cum maneriebus, silvis, molendinis, piscariis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum, vic. Perth; terras de Kirktoun de Inveraratye et Parkyet, in baronia de Inveraratye, vic. Forfare; —necnon dicto DAVIDI CRAUFURDIE COMITI—terras dominicales de Downy et Corlengy in dicta baronia de Downy, *lie* Mylnetoun de Inveraratye in baronia de I., vic. Forfare; terras de Baltrody cum molendino, in baronia de B., vic. Perth; annuum redditum 100 marcarum de magnis custumis burgi de Abirdene, ann. red. 40 lib. de firmis burgalibus et aquaticis dicti burgi, vic. Abirdene; terras de Schangy, Browstoun et tertiam partem de Ochteralyth in baronia de Ballindoch, terras foreste baronie de Alyth, vic. Perth;—quas omnes (exceptis Kirktoun de Inveraratye, Parkyet, et terris dicto comiti concessis) idem Dav. L. cum consensu dicti com. tanquam sui legitimi administratoris et tutoris pro ejus interesse, ceteras idem comes, resignaverunt;—et quas regina de novo dedit dicto Davidi L., et confirmavit annexationem suprascriptam baronie de Fynnevyn:—TENEND. Fynnevyn &c. dicto Dav. L. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Henrico L. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni L. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro L. eorum fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. dicti com. de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus masc. quondam Davidis comitis Craufurdie dom. Edzell ultimo defuncti, in carta tallie ei desuper confecta; terras dominicales de Downy &c. dicto com. et heredibus ejus masculis primo succeden. dicto Dav. L. et heredibus &c. (*ut sup.*); cum liberis forestis ubi nemora fuerunt:—RESERVATIS libero tenemento baroniarum de Fynnevyn et Forest de Platane cum annexis, dicto com. et Domine Margarete Betoun ejus sponse et eorum alteri diutius viventi; libero tenemento ceterarum dicto com., et rationabili tertia earundem (exceptis Ardestye, Balhungye, Downycane, Cottoun, Brewland de Downy, Knichtishill, acra de Smyddehauch, pendiculis baronie de Downy) domine et sponse dicti com. pro tempore cum contingeret; necnon dicto com. potestate curias tenendi, beneficiorum presentationes dandi, resignationes liberetenentium recipiendi &c.: —et si dictus com. aliquas dict. terrarum redimeret, liceret ei easdem similibus personis et sub quibusvis summis alienare:—PROVISO quod, si dictus com. de aliquo lese majestatis crimine convictus esset, regina adeo bonum titulum ad dictas terras &c. haberet ac si dicta resignatio facta non fuisset:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 412.

1596. Apud Edinburgh, 23 Mar.[1] REGINA confirmavit cartam fratris sui Jacobi com. Moravie dom. Abirnethie &c., —[qua ad feudifirmam dimisit familiari servitori suo M. JOHANNI WOD de Tullidawy, heredibus ejus et assignatis,—terras de Eistir Byn cum earum *lie ailhous*, in

[1] Dated an. reg. 3. Placed here according to the A.D., which agrees with the date of the confirmed charter, and with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxiii. fol. 17.

comitatu Moravie, vic. Elgin et Fores; extendentes in firmis, gressumis, marta, mutonibus, caponibus, pultriis, anseribus, avenis, glebis, areagiis et careagiis, ad 14 libras 4 den.:—REDDEND. annuatim dicto com. dictas antiquas firmas, et 5 sol. 6 den. pro augmentatione rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Joh. Wyschart de Pittarro milite, regine computorum rotulatore, Johanne Stewart, Waltero Mailvile, Jacobo Murray:—Apud Edinburgh, 17 Jan. 1564]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 544.

ANNO DOMINI 1565. ANNO REGNI 23.

1597. Apud Edinburgh, 25 Mar.
REGINA concessit JOHANNI CARNEGY, filio et heredi apparenti consiliarii sui Roberti Carnegy de Kynnard militis,—terras de Kynnard, cum manerie, fortalicio, hortis, pomeriis, pecia terre *lie* Hauchland vocat. Balnamone, et salmonum piscatione earundem super aqua de Southesk, terras de Litle Carcarye, cum communitate in mora de Monreuthmont, vic. Forfare;—quas dictus Rob. personaliter resignavit; et quas regina, pro servitio sibi per dictum Rob. tam in partibus Gallie et Anglie quam infra Scotiam in negotiis majestatem suam, honorem et commune bonum regni sui et subditorum concernentibus facto, de novo incorporavit in liberam baroniam de Kynnard:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, M. Davidi C. de Pambryde ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni C. tertio filio legitimo dicti Rob., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Roberto C. quarto ejus filio legitimo, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo C. quinto ejus filio legitimo, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Herculi C. sexto ejus filio legitimo, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo C. septimo ejus filio legitimo, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus masc. dicti Joh. senioris quibuscunque cognomen et arma de Carnegy gerentibus, et assignatis:—REDDEND. unum den. argenti, custodiendo regium cervisie cellarium infra vic. de Forfare cum contingeret reginam vel ejus successores ibi residere, nomine albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Rob. seniori, et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret:—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxii. 485.

1598. Apud Linlithqw, 31 Mar.
REGINA confirmavit cartam factam per Dominam Margaretam Home priorissam monasterii de Northberwik, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis et aliis gratitudinibus &c. sibi impensis, ad feudifirmam dimiserunt consanguineo suo ANDREE HOME filio quondam Gawini H. capitani, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Lamysyde et Heckilwelcros respective extendentes ad 26 acras terrarum arabilium (contigue adjacen. inter terras dominicales de Northberwik et bondas subscriptas, viz. inter communem viam a villa de Northberwik versus Hadingtoun transeundo ex orientali, *lie* Tofthill ex occidentali, *lie* Hophill ex boreali, et terras per Geo. Home occupat. ex australi), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. dictis priorisse &c. 40 sol. tanquam firmam feodifirme prius consuet., et 20 sol. in augmentationem rentalis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Georgio Trottar:—TEST. Alex. Trottar in Sisterpeth, Tho. Carrik burgen. de Northberwik, Joh. Ballie, D. Alex. Quhyte, Rob. Lawe (Lawder?), notariis;—Apud dictum monast., 11 Mar. 1561]:—INSUPER dispensavit cum statutis in contrarium factis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 528.

1599. Apud Linlithgw, 31 Mar.[1]
REGINA confirmavit cartam factam per Dominam Margaretam Hume priorissam monasterii de Northberwik, et conventum

[1] Dated A.D. 1564. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxiii. fol. 30 verso.

ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ac pro 200 marcis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI SPENS burgensi de Northberwik, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quatuor acras terrarum jacen. in *lie* Manis de Northberwik (infra aqueductum ex orientali, orientem latam *lie balk* ex occidentali, terras de Lamesyde ex australi, et croftas vicarie et Thome Puntoun ex boreali partibus):—REDDEND. annuatim dicto monast. pro dict. acris, cum decimis inclusis, 40 sol., et pro augmentatione rentalis 6 sol. 8 den.:—cum precepto sasine directo Willelmo Herbesoun:—TEST. Adamo Hepburne, Wil. H. ejus filio, Geo. Trottar, Wil. Herbesoun, D. Alex. Quhit, Roberto Lauder, notariis publicis:—Apud dictum monast., 30 Mar. 1562]:—INSUPER voluit quod hec confirmatio adeo valida foret ac si ante decessum dicte priorisse fuisset obtenta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 449.

1600. Apud Linlythgw, 31 Mar.

REGINA confirmavit cartam factam per D. Davidem Curll, capellanum perpetuum capellanie sive sacelli Dive Katherine infra cemiterium de Kilbarchane,—[qua,—cum consensu Jacobi Chalmer de Gaitgyrth, hac vice patroni dicte capellanie (ratione donationis warde terrarum de Auchnamys, cum advocatione dicte capellanie, per reginam ei concesse), necnon cum consensu Jacobi archiepisc. Glasguen., ordinarii sui,—ad feudifirmam dimisit insigni adolescenti JOHANNI CHALMER fratri germano dicti Jac. C., heredibus ejus et assignatis,—glebam et terras capellanarias, vocat. Chapellandis, dicte capellanie, viz. 4 marcat. terrarum de Lymmarnoch, 2 marcat. de Glentyane et Dantoun, cum annuo redditu 3 marcarum de terris de Calyachant, Corbair et Auchnames, in baronia et vic. de Renfrew:—REDDEND. annuatim dicte capellanie 10 lib. prius solvi solitas, et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Campbell, And. Chalmer, Gul. Bannatyne, Gul. Symple:—Apud Torboltoun, 12 Dec. 1564]:—INSUPER dispensavit cum statutis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 543.

1601. Apud Linlithqw, 31 Mar.

REGINA confirmavit cartam factam per Marcum commendatarium perpetuum monasterii de Newbottill, et conventum ejusdem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt STEPHANO HUNTAR in Williamelaw, in vitali redditu, et ROBERTO HUNTAR ejus nepoti et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Patricio H. fratri germano dicti Roberti, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Steph. quibuscunque sive assignatis,—binam partem terrarum de Southsyde (quam dictus Stephanus per se, suos tenentes et servitores tunc occupabat), in dominio de Newbottill, vic. Edinburgh:—REDDEND. annuatim dicto monast. 16 marcas monete et 32 pultrias (tanquam firmam antiquam, et 3 marc. augmentationis); necnon duplicando dict. 19 marcas in introitu heredum et assignatorum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Newbottill:—Apud idem monast., 11 Jan. 1558]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Steph., dispensavit cum sasina ante confirmationem suscepta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 596.

1602. Apud Edinburgh, 2 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per Patricium episc. Moravien. commendatarium perpetuum de Scona, et conventum ejusdem,—[qua,—pro perimpletione decreti dominorum concilii seu sessionis de consensu partium lati de data 22 Jun. 1564,—ad feudifirmam dimiserunt JACOBO SPENS, filio quondam Thome Spens de Kilspyndi,—dimedietatem terrarum de Nethir Durdie (olim per dictum Jacobum occupat., tunc per Joh. Narne et Andream Gray laborat.), in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque, nomen et arma de Spens gerentibus, et assignatis non majoris potentie, de dicto monasterio:—REDDEND. 7 libras 6 solidos 8 den. firme antique, 29 sol. 4 den. pro gressuma, 36 sol. 8 den.

augmentationis, et dicto conventui ad eorum pittantias *lie pittance silver* 13 sol. 4 den., extenden. in toto ad 11 lib. 6 sol. 8 den.; cum 8 bollis frumenti, 11 bollis ordei farine, 6 aucis, 12 caponibus, 18 pultreis, et invectione 12 *lie rikkillis* glebarum *lie turffis* ad dictum monast. a moris de Scona, et inductione feni pratorum de Clene ad horrea de Clene sive ad horrea de Scona ut premuniti forent; cum aliis areagiis, careagiis, devoriis et servitiis debitis et consuetis; ac cum presentiis ad tria placita capitalia apud dictum monast. seu alibi infra dictam regalitatem, necnon in aliis curiis dicti monast. quando premuniti forent, ac presentiis in itinere justiciarie dicti monast. cum contingeret; et interessent cum dict. commendatario &c. vel eorum deputatis, si habiles essent (sin autem, per alium idoneum et habilem virum), in guerris sive exercitibus regiis quoties opus foret, rebus bellicis secundum consuetudinem Scotie armati propriis sumptibus; necnon dictis commendatario &c. sumptibus dict. commendatarii &c. servirent cum requisiti forent; ac duplicando dict. 11 libras 6 sol. in introitu heredum; et si in solutione deficerent per duos terminos in tertium concurrentes, hec locatio expiraret: —cum precepto sasine directo Alexandro Blair in Freirtoun :—TEST. Pat. Hepburne de Quhitcastell, M. Henrico Schaw, And. Rettray juniore, Jac. Moncreif, M. Joh. Dowglas notario publico :—Apud Edinburgum, 19 Jul. 1564] :—INSUPER dispensavit cum statutis &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 350.

1603. Apud Striviling, 2 Apr.[1]

REGINA confirmavit cartam factam per Dominam Jonetam Hoppringle priorissam monasterii de Cauldstreme, et conventum ejusdem,—[qua,—ob impensum servitium dum res dicti monasterii maxime periclitabantur, ac receptam pecuniam jam tenui sua supellectile,—ad feudifirmam dimiserunt ARCHIBALDO HOPPRINGLE de Torquhen, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 terras husbandias de Lanaill, per tenentes suos in Cauldstreme commorantes occupatas, cum piscatione earundem per dict. priorissam &c. occupata (intra limites specificatos), vic. Berwik :—REDDEND. dicto monast. 20 lib. tanquam firmam feudifirme antiquam, et 4 lib. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Willelmo Donaldsoun :—TEST. M. Rob. Hoppringle rectore de Irmstoun, Jac. H. ejus fratre, Davide Watsoun in Cauldstreme, Alex. Hoge ibid., Joh. Freir burgen. de Edinburgh, Jacobo Sandelandis, Alex. Hoppringle, D. Johanne Chairles, Georgio Weddell, And. et Tho. Sklatter fratribus: —Apud dictum monast., 26 Mar. 1560]:—INSUPER voluit quod hec confirmatio adeo valida foret ac si ante decessum dicte priorisse fuisset concessa; et dispensavit cum statutis &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 545.

1604. Apud Striveling, 4 Apr.

REGINA,—post declarationem in parliamento factam quod infeofamentorum feudifirme confirmationes a 6 Mar. 1558 locatorum per se concedende adeo sufficientes forent ac si in curia Romana seu per quemcunque alium ordinem confirmata fuissent, —confirmavit cartam factam per Margaretam priorissam monasterii de Northberwik, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ALEXANDRO HUME filio Patricii H. de Polwert, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicales de Northberwik per se suosque servitores occupatas, terras vocat. *lie* Fermelandis per Robertum Lauder de Bas et ejus subtenentes occupat., cum littore marino *lie linkis* earundem, jacente inter dictas terras et mare, extenden. in integro ad 15 terras husbandias (inter terras Alexandro Hume de Heuch in feudifirma pertinentes ex orientali et australi, terras de Hiefeild, Williamstoun, et terras de Ferrygait per Rob. Ker de Wodheid et ejus servitores occupatas ex

[1] Dated an. reg. 3. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxiii. fol. 29. The charter bears to be granted after the completion of the queen's 21st year.

occidentali et australi, terras M. Alexandri Wod et mare ex boreali partibus), cum decimis piscibus totius portus de Northberwik :—REDDEND. annuatim dicto monast. pro qualibet terra husb. 46 sol. 8 den., pro decimis piscibus 20 marcas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum vel assignatorum :—cum precepto sasine directo Thome Carrik :—TEST. Joh. Swan, Pat. Fowlar, burgen. de Northberwik, Joh. Alane molendinario, Alex. Quhyte, Rob. Lauder, notariis publicis :—Apud dictum monast., 26 Mar. 1562] :—TEST. *ut in carta* 1499. xxxii. 183.

1605. Apud Striviling, 6 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per Joh. commendatarium de Abirbrothok, et conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO CARNEGY de Kynnarde militi, et MARGARETE GUTHRE ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in libero tenemento, et JOHANNI CARNEGY eorum filio et heredi apparenti, heredibus ejus masculis et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras et baroniam de Athie, viz. *lie* Manis de A., Over-Greyne, Nethir-Grene, cum manerie, fortalicio, portu, molendino granorum vocat. Rais-mylne, Bruntoun de A., Boigheid cum prato et acris Richertsones-aikeris vocatis, Rankymno et *lie* Smythis-land, in regalitate de Abirbrothok, vic. Forfare;—quas idem Joh. C. resignavit :—REDDEND. annuatim dicto monast. 108 libras 6 sol. 8 den.; necnon 50 libras pro introitu heredum et assignatorum; ac faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monasterium :—cum precepto sasine directo Alexandro Lyell :—Apud dictum monast., 12 Sept. 1555] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 552.

1606. Apud Striviling, 7 Apr.

REGINA,—quia quondam Joh. Lundy de eodem miles, abavus M. Willelmi L. de eodem apparentis, mense Dec. 1488 terras de Kincraig, vic. Fyffe, in manibus Jac. IV. resignavit in favorem quond. Willelmi L. filii sui et heredis apparentis (proavi dicti M. Wil.), reservato libero tenemento dicto Joh.; et dicte terre in manibus regiis remanserunt quia dictus quond. Wil. saisinam sumere omisit,—de consensu Walteri L. de eodem, patris dicti M. Wil., nepotis et heredis per progressum dicti quondam Wil.,—concessit dicto M. WILLELMO LUNDY, heredibus ejus et assignatis,—dimedietatem dict. terrarum de Kincraig:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 510.

1607. Apud Striviling, 8 Apr.

REGINA confirmavit cartam Thome Young, prioris loci Fratrum Carmelitarum ville Portus Regine,—[qua, pro auxiliis &c. sibi jampridem summa egestate constituto senioque confecto per Georgium Dundas de eodem prestitis (qui dictum Tho. multos annos elapsos domi sue nutriverat),—et quia terre subscripte dicto loco per dicti Georgii predecessores in puram elimosinam concesse fuerunt,—ad feudifirmam dimisit dicto GEORGIO DUNDAS, et MARGARETE BOISWELL ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et ROBERTO DUNDAS eorum filio quarto natu, et heredibus ejus quibuscunque, in feodo,—peciam terre in villa de *lie* Ferry, cum hortis et viridariis adjacen., prope ecclesiam B. V. M., et ceteris edificiis in modum monasterii ibidem construendis (intra limites specificatos), in baronia de Wincheburgh, vic. Linlithqw :—REDDEND. priori dicti loci 10 marc. tanquam firmam antiquam, necnon 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Elisio Dundas :—TEST. Davide Dundas, Joh. Aysoun, Joh. Diksoun, Alex. Burne, servis dicti Georgii :—Apud castrum de Dundas, 27 Feb. 1564] :—INSUPER voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si in Curia Romana per ordinem prius observatum fuisset concessa, et quanti alique confirmationes infra Scotiam que prius per quemcunque ordinem precedentem ordinem noviter susceptum concesse fuerunt :—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36. xxxii. 348.

1608. Apud Striviling, 11 Apr.

REGINA concessit ELIZABETH WALLACE, sponse Jacobi Turpy portionarii de Bello-mylne,—octavam partem terrarum et

molendini de Bello-mylne, cum astrictis multuris ejusdem, in senesc. et vic. de Fyffe;—quam Margareta Wallace resignavit:—TENEND. dicte Eliz. et heredibus masc. inter eam et dictum Jac. legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. ejus de corpore legit. procreat. absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicte Eliz. quibuscunque, in feudifirma:—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 30. xxxii. 568.

1609. Apud Striviling, 20 Apr.

REGINA concessit JACOBO HAMMILTOUN de Craufurdjohnne militi, et Domine HELENE CUNYNGHAME ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis,—terras de Glengavill, in baronia de Avendaill, vic. Lanerk;—quas quondam Jac. H. de Fynnart miles, pater dicti Jac. H. de C., alienavit quond. Henrico dom. Methven et Margarete regine dotarie Scotie, sub reversione; et quas dictus Hen. in manibus Jac. V. regis ad remanentiam resignavit; et quas dictus Jac. H. de C. tunc a regina redemit;—necnon confirmavit dicto Jac. H. de C., heredibusque masc. ejus de corpore legit. procreatis,—terras, dominium et baroniam de Avendaill, cum castro, fortalicio, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, capellaniarum et officii parochie clericatus earundem, terras de Newtoun, Brakanrig, in dicta baronia, terras de Hassilden in Melmurelandis, in baronia de Stennes, 50 solidat. antiqui extentus de Kettemure, cum tenentibus &c., terras de Sandeholme et Brumelandis, terras et baroniam de Craufurdjohnne, cum domibus, fortaliciis, tenentibus &c., advocatione ecclesie de C., vic. Lanerk; 4 hospitia infra burgum de Lanerk cum eorum hortis; officium coronatoris vic. de Lanerk; terras de Quhitrig, cum tenentibus &c., vic. Striviling; terras de Gorgy, cum manerie et molendino, vic. Edinburgh; donationem capellanie B. Johannis evangeliste infra ecclesiam parochialem de Linlithqw; domum et tenementum cum horto in burgo de Linlithqw; 5 marcat. ant. ext. de Thornetoun, cum turre, fortalicio, tenentibus &c., 10 libratas de Scheilis de Kilbryde, cum molendinis, tenentibus &c., in baronia de Kilbryde; 8 marcat. de Tulloch, 2 marcat. de Bruntwod, cum molendinis, tenentibus &c., et piscationibus, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; officium vicecomitis de Renfrew infra bondas parochie et baronie de Bathat;—quas idem Jac. personaliter resignavit; et quas omnes regina, pro servitio dicti Jac., et pro favore &c., incorporavit in liberam baroniam de Avendaill; et ratificavit reductionem forisfacture contra dictum Jac. H. de F. deducte; et voluit quod heredes tallie dicti Jac. H. de C. de illegitimo thoro procreati succederent et per brevia capelle tanquam propinquiores nepotes et legitimi heredes tallie deservirentur:—TENEND. dictis Jac. et Helene &c. et dicto Jac. &c. respective, quibus deficientibus, Andree H. de . . . . . fratri naturali dicti Jac. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro H. de Nethirfeild fratri ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo duci de Chattellarault comiti Aranie dom. Hammiltoun &c., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni H. de Samwelstoun fratri naturali dicti Jac. H. de F., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Andree H. de Goislingtoun militi et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. H. de C., cognominis de Hammiltoun armaque domus ejusdem gerentibus quibuscunque, de regina tanquam regina, principe et senescalla Scotie respective, in libera baronia, et dicta hospitia in libero burgagio; cum libera foresta ubi silve extiterunt; et cum licentia turres, castra et fortalicia edificandi:—REDDEND. servitium warde &c.:—PROVISO quod quandocunque regine aut ejus successoribus visum fuisset retornatos &c. Roberto dom. Boyd ejusque heredibus, assignatis seu predecessoribus de terris et dominio de Kilmarnok concessos reducere, dictosque Jac. et heredes intrare ut eas conformis infeofamento dicti Jac. H. de F. possidere possent, tunc dicti Jac. &c. terras &c. de Craufurdjohne ad remanentiam resignarent conformis excambio desuper confecto:—INSUPER si que perturbatio dictis heredibus tallie post eorum legit. etatem in deservitione brevium fieret, regina concessit eis nonintroitum et firmas

omnium dict. terrarum &c., quousque ipsi eorumque heredes masc. de corporibus legit. procreandi legitime intrati essent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 420.

1610. Apud Striviling, 24 Apr.
REGINA confirmavit cartam factam per Gavinum commendatarium de Kilwynning, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem monasterii sui ruinosi persolutis, ad feudifirmam dimiserunt (quondam) JOHANNI PEBLIS juniori, et CRISTINE HOMMILL ejus sponse,—26 solidatas 8 denariat. terrarum antiqui extentus de Morishill (occupat. per Hugonem Hommill in Manis de Kilbirny et Jac. Ker), in baronia de Beith, regalitate de Kilwynning, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. dictis Joh. et Cristine eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus legit. et propinquioribus dicti Joh. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 26 sol. 8 den. tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis, 3 capones, 2 gallinas, 2 carragia, et cetera debita in antiquo rentali contenta, cum multuris molendinis dicti monast. debitis et consuet.; necnon prestando presentiam vel tres sectas ad tria placita capitalia dicte regalitatis, cum servitiis in curiis justiciarie aut camerarie dicti monast. cum contingerent; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive novorum intrantium:—cum precepto sasine directo Willelmo Myllar de Kilhill:—TEST. Roberto Hammiltoun camerario de Kilwynning, D. Hugone Dunlope, Roberto Masoun, Jacobo Hammiltoun de Wodsyde:—Apud Kilwynning, 4 Sept. 1560]:—NECNON aliam cartam dictorum Gawini &c.,—[qua concesserunt JOHANNI PEBLIS burgensi de Irwin, et MARGARETE TRAN ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque et assignatis dicti Joh. quibuscunque,—2 marcat. ant. ext. de Morishill et Bracanhill (per Hugonem Hommill, Allanum Stewart et Jac. Ker occupatas), in dictis baronia, regalitate, balliatu et vic.;—quas Joneta et Eufamia Peblis, sorores germane et heredes quondam Johannis P. de Morishill, equales portionarie earundem, apud Striviling, 1 Maii 1563, per Steph. Tran burgen. de Irwin procuratorem suum resignaverunt pro hoc infeofamento conficiendo:—TENEND. de dicto monasterio in feudifirma:—REDDEND. *ut supra*:—TEST. Steph. Tran, Vynnino Ranking, Joh. Mure notario publico, burgen. de Irwin:—Apud Kilwynning, 26 Sept. 1564]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 535.

1611. Apud Striviling, 24 Apr.
REGINA confirmavit cartam Georgii Litiljohnne, capellani capellanie olim ad altare S. Cruoris infra ecclesiam collegiatam B. Egidii de Edinburgh fundate per quondam Jonetam Hommill et Geo. Gude, executores quond. Alani Landalis,—[qua,—quia tenementum infrascript. jam vetustate corruptum sine magnis impensis restaurari non potuit, quibus solvendis dictus Geo. L. nullo modo sufficere potuit, et ne magna pars patrimonii dicte capellanie omnino decresceret,—ad feudifirmam dimisit FRANCISCO LYNTOUN burgensi de Edinburgh, et BARBARE HAMMILTOUN ejus conjugi,—tenementum terre in burgo de Edinburgh ex boreali parte transitus sive vinelle vocat. Cantis-clois (cujus dicti Franc. et Barb. a fundatione inquilini fuerunt, et idem tempore predecessoris dicti Geo. L. et toto tempore provisionis dicti Geo. L. ad dictam capellaniam possederunt et inhabitaverunt), inter terram quond. Wil. Gill tunc heredum quond. Joh. Litill, terram quond. Edw. Litill, et terram per olim Geo. Leich occupatam:—TENEND. dictis Franc. et Barb. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Franc. quibuscunque, de dicto capellano:—REDDEND. annuatim 20 marc. 6 sol. 8 den. prius solvi solitas, et 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis:—cum precepto sasine directo Willelmo Patersoun et Johanni Sym ballivis burgi de Edinburgh:—TEST. Roberto Dennwme, Jac. Johnestoun burgen. de Edinburgh, Jac. Nicolsoun notario publico, Joh. Hendersoun:—Apud Edinburgh, 29 Nov. 1564]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 536.

1612. Apud Striviling, 24 Apr.[1]
REGINA confirmavit cartam M. Alexandri Wod, vicarii pensionarii de Northberwik,—[qua,—cum consensu Domine Margarete Hume priorisse de N., et conventus ejusdem, patronarum dicte vicarie,—pro gratitudinibus &c., ac pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO CARRIK burgensi de Northberwik, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—croftam per dictum Alex. occupat. ex parte boreali de *lie* Manis de Northberwik (juxta capita ortorum australis partis regalitatis de Northberwik ex boreali, terras Tho. Patoun ex occidentali, terras monialium de Northberwik ab austro, communem vinellam intra regalitatem itinerando juxta burgum ab oriente), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. 13 sol. 8 (4?) den. tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis, extenden. in integro ad 16 sol. 8 den. :—cum precepto sasine directo Johanni Patersone et Johanni Spens :—TEST. Pat. Foullar, Pat. Leirmonth, Thoma Carrik, Alexandro Storie :—Apud dictum monast., 5 Dec. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 541.

1613. Apud Striviling, 24 Apr.
REGINA confirmavit cartam factam per quondam Joh. commendatarium perpetuum monasterii de Coldinghame, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem dicti monast. per Anglos diruti persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO BROUN in Eymouth in libero tenemento, et ejus filio naturali ALEXANDRO BROUN, heredibus et assignatis ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, hereditarie,—terram husbandiam quam dictus Wil. et quond. Wil. B. ejus pater de dicto monast. ad firmam tenuerunt, in villa et territorio de Eymouth (cujus messuagium in *lie* Rottin-dub inter messuagia Tho. Yeman et Joh. Lorymer jacebat), in baronia de Coldinghame, vic. Berwik :—REDDEND. dicto monast. 13 sol. 4 den., pro castri warda 10 den., cum 3 caponibus et pultria, cum *lie hariage* et *cariage* et servitio in curiis dicti monast. consueto, tanquam firmam antiquam, et 16 den. in augmentationem rentalis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum :—Apud dictum monast., 10 Aug. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 581.

1614. Apud Striviling, 28 Apr.
REGINA confirmavit cartam factam per Dominam Eliz. priorissam monasterii de Sanct-Bothanis, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem dicti monasterii per Anglos diruti persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO SLEICH, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 acras terre arabilis cum *lie outsteidis*, per dictum Rob. occupatas, in villa et territorio de Duns, divisione tamen ex australi et boreali partibus ejusdem, vic. Berwik :—REDDEND. dicto monast. 6 sol. 8 den. tanquam firmam antiquam per dictum Rob. et Geo. Sleich ejus patrem persolutam, et 4 den. augmentationis :—cum precepto sasine directo Johanni Lauder :—TEST. Geraldo Sandersoun in Upsaidlyntoun, Alex. Petie in Duns, Viola Frost in Sanct-Bothanis :—cum subscriptionibus dictarum Elizabeth &c. per notarium :—Apud dictum monasterium, 13 Mar. 1559] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 537.

1615. Apud Striviling, 28 Apr.
REGINA confirmavit cartam factam per M. Georgium Hay canonicum Abirdonen., de Rothwen rectorem ac prebendarium,—[qua,—cum consensu M. Andree Hay fratris sui germani, coadjutoris et successoris sui de Rothwen, et Willelmi episc. Abirdonen., decani seu presidentis et capituli ejusdem,—pro summa pecunie persoluta inque usum chori ecclesie de R. conversa et convertenda, ac pro aliis benemeritis impensis et impendendis, ad feudifirmam dimisit WILLELMO HAY fratri suo germano, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas de Ranes, Connege, Wester Frewchnes,

[1] Dated an. reg. 25. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxiii. fol. 31 verso.

Nethir Frewchnye, 24 acras vulgo *the tuenty four aikeris of Rothven*, terras ville ecclesiastice et *lie* Loneheid de Rothven, cum earum pertinentiis usque ad mare, in baronia sua de Rothven, vic. Banff, dioces. Abirdonen. :—TENEND. de dicto rectore; cum libero ballivatu earundem, facultate terras non cultas arandi &c. :—REDDEND. annuatim 16 lib. 18 sol. 8 den. monete, 42 bollas 1 firlotam 2 batos ordei (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla), 6 bol. avenarum vulgo *custome aittis* cum pabulo (vel 3 sol. pro qualibet bolla), 6½ duodenas caponum (vel 8 sol. pro qualibet duodena), 6 gallinas gallinacias, vulgo *sex reik-hennis* (vel 4 den. pro qualibet), tanquam pro firmis &c. prius solvi consuetis, necnon 14 sol. in augmentationem rentalis, extenden. in integro ad 35 lib. 7 sol. 2 den.; ac duplicando dict. summam in introitu heredum seu assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud ecclesiam parochialem de Rothven; necnon prestando quilibet heres sive assignatus in introitu (postquam deveniret ad legit etatem) juramentum fidelitatis quod dictum rectorem, terras ejus et ecclesiam, orthodoxamque fidem defenderet; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summa non soluta duplicaretur, et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris: —cum precepto sasine directo Georgio Hay in Connes et Jacobo Hay ibidem :—TEST. M. Joh. Wod uno dominorum concilii, M. Rob. Flescheour, Stephano Maneris, Rob. Rowst, Nich. Hay, Wil. Hog, Alex. Andersoun, Joh. Forsyth :—Apud Edinburgum et Abirdoniam, 10 et 28 Mar. 1560 et 1561 respective]:—NECNON aliam cartam factam per dictum M. Geo., rectorem de Eddilstoun,—[qua,—cum consensu decani et capituli Glasguen.,—pro summis pecunie ad reparationem ecclesie parochialis de E. persolutis, ad feudifirmam dimisit dicto Willelmo Hay, heredibus ejus et assignatis, —terras ecclesiasticas rectorie de Edlistoun, extenden. ad 4 marcatas antiqui extentus, cum domibus et ortis, in parochia de E., vic. Peblis:—REDDEND. dicto rectori 4 marcas firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam ad introitum heredum :—cum precepto sasine directo Johanni Forsyth :—Apud Edinburgh, 19 Jan. 1560]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 556.

1616. Apud Striviling, 7 Maii.
REGINA confirmavit cartam Johannis Skrymgeour de Dudop, constabularii de Dundie,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI MYDDILTOUN de Kilhill, et (quondam) ISOBELLE FALCONARE ejus sponse,—terras suas de Newtibber et Davidstoun, cum pomerio et molendino, tamque proprietatem quam tenandrias, cum tenentibus &c., in baronia de Dudop, vic. Forfar :—TENEND. dictis Joh. M. et Is. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. M. quibuscunque, de regina :—TEST. Joh. Skrymgeour filio et herede apparente dicti Joh. S. de D., Roberto Gordoun, Georgio Wischart burgen. de Dundie, D. Davide Luid, M. Geo. Scot, notariis publicis :—Apud Dudop, 15 Apr. 1552]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 347.

1617. Apud Striviling, 8 Maii.
REGINA, post sue perfecte etatis declarationem et generalem revocationem, confirmavit cartam per se in minore etate factam,—[qua concessit (quondam) GEORGIO COMITI DE ROTHES dom. Leslie, in vitali redditu, et ANDREE LESLIE de Kilmany (tunc comiti de Rothes), in feodo,—officium vicecomitis de Fiff &c. (*ut in carta* 216)]:—TEST. *ut in carta* 1669. xxxii. 332.

1618. Apud Striviling, 15 Maii.
REGINA concessit HENRICO DOMINO DERNLIE, filio et heredi apparenti Mathei com. de Levenax,—terras et comitatum de Ros ac dominium de Ardmanach, viz. quartam partem sive quarterium de Delny (continen. terras de Mekle Allane alias Allanemoir, Calrosy, Drummediat, Glastully, Drumgyllye, Madeat-Mekle, cum brasina, tofta et crofta earundem, terras de Myltoun de Mekle Madeat, cum duobus molendinis et brasina, terras de Eistir Pollo cum brasina, terras de Weistir Pollo,

sponse,—dimedietatem umbralem terrarum suarum de Myresyde, in baronia de Panmure, vic. Forfar :—TENEND. dictis Joh. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Joh. de corpore procreatis, quibus deficientibus, Jacobo C. fratri dicti Joh. et heredibus ejus masc. quibuscunque, de regina :—cum precepto sasine directo Johanni Halys : —TEST. And. Gray, M. Pat. Leche, Alex. Ramsay, Joh. Fotheringhame, D. Willelmo Pettillok notario :—Apud Panmur, 26 Maii 1564] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 549.

1671. Apud Edinburgh, 28 Oct.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam per reginam in minore etate factam,—[qua ad feudifirmam dimisit TRIAMORO REIDPETH—terras de Crumrig &c. (*ut in carta* 829)] :—INSUPER, pro bono servitio, dict. terras dicto Triamoro de novo dedit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 208.

1672. Apud Dalkeith, 31 Oct.

REX ET REGINA concesserunt GEORGIO KENNEDY, filio Georgii K. de Balmaclannoquhan,—5 libratas terrarum de Glenmuk et Balleballoch antiqui extentus, in commitatu de Carrik, vic. Air ;—quas dictus Geo. senior et Joneta Kennedy ejus sponsa resignaverunt :—TENEND. dicto Geo. juniori et heredibus ejus masculis, quibus deficientibus, Gilberto K. ejus fratri seniori et heredibus ejus masc., quibus def., dicto Geo. seniori, heredibus ejus quibuscunque et assignatis :—RESERVATIS libero tenemento dictis Geo. seniori et Jon. eorumque alteri diutius viventi, et rationabili tertia alicui alii sponse dicti Geo. senioris cum contingeret : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 503.

1673. Apud Dalkeyth, 31 Oct.

REX ET REGINA concesserunt GILBERTO KENNEDY, filio et heredi apparenti Georgii K. de Balmaclannochane, —5 librat. terrarum de Balmachannochane, cum manerio, turre, fortalicio, silvis, hortis, pomeriis et molendino earundem, 4 marcat. de Blair et Knokingilloch, 5 marcatas de Attiquen, in proprietate et tenandria, antiqui extentus, in comitatu de Carrik, vic. Air ;—quas dictus Geo. et Joneta Kennedy ejus conjux resignaverunt :—TENEND. dicto Gilberto et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Georgio K. ejus fratri et heredibus ejus masc., quibus def., dicto Georgio seniori, heredibus ejus quibuscunque seu assignatis : —RESERVATIS libero tenemento dicto Geo. seniori, et rationabili tertia dicte Jon. vel alicui alii sponse dicti Georgii senioris cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 571.

1674. Apud Edinburgh, 8 Nov.

REX ET REGINA confirmaverunt HUGONI COMITI DE EGLINGTOUN dom. Montgomery &c., heredibus ejus et assignatis,—terras, dominium et baroniam de Eglisheme, extenden. ad 100 marcat. antiqui extentus, cum castro et fortalicio de Polnone, molendinis, multuris, silvis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione rectorie ecclesie parochialis de Eglisheme et officii clericatus ejus, vic. Renfrew ;—necnon concesserunt HUGONI MONTGOMERY filio primogenito et heredi apparenti dicti com., et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Hugonis quibuscunque, quibus def., dicto com. et heredibus ejus masc. quibuscunque cognominis de Montgomery armaque domus de Eglingtoun gerentibus reversuras,—terras, comitatum et dominium de Eglingtoun, extenden. ad 40 marcatas antiqui extentus, cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, silvis, piscationibus, columbariis, cunicularis, carbonariis, advocatione capellanie S. Wissyn infra dict. comitatum, cum tenentibus &c., officia balliatus de Cunynghame, camerarie burgi de Irwing, coronatoris terrarum infra bondas de Cunynghame tam infra quam extra burgum, tam spiritualium quam temporalium, terras et dominium de Ardrossan, cum earum castris, fortaliciis, silvis, columbariis, cunicularis, carbonariis, piscationibus de Saltcragis, unam petram albe cere annuatim de terris de Montfoid, cum piscationibus super Eistir et Westir Saltcottis, molendinis, multuris, advocatione capellarum et capellaniarum earundem, cum donatione annui redditus 5 librarum de

terris de Martinem, capellanie altaris B. Marie infra ecclesiam de Ardrossan spectan., donationem annui redditus 5 marcarum de terris de Bar, altari S. Petri infra ecclesiam de Ardrossan fundato spectan., cum officio clericatus ecclesie parochialis de Ardrossan, cum tenentibus &c., extendentes in toto ad 120 libratas ant. ext., terras et dominium de Robertoun extenden. ad 40 librat. ant. ext. (exceptis 40 solidat. 8 den. domino de Huntertoun spectantibus), cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, silvis, columbariis, carbonariis, piscationibus, tenentibus &c., terras de Langschaw extendentes ad 10 marcat. ant. ext., cum molendinis, multuris, mansione, loco, piscationibus, tenentibus &c., advocatione capellanie B. Marie infra dict. terras, terras de Galloubereis extenden. ad 5 marcatas ant. ext., 5 marcat. de Crevoch, cum earum fortalicio, molendinis, multuris, mansione, silvis, piscationibus, tenentibus &c., terras de Dreghorne extenden. ad 21 marcatas ant. ext., cum fortalicio, molendinis, multuris, piscationibus, mansione, tenentibus &c., advocatione officii clericatus parochie de Dreghorne, 20 sol. ant. ext. de Snodgers, cum mansione, molendinis, multuris, piscationibus, cunicularis, tenentibus &c., ann. red. 4 celdrarum farine avenatice et unius petre piperis de terris de Stane et Burtrehill, in balliatu de Cunynghame, vic. Air; 5 marcatas terrarum de Langmure, cum dimedio de Auldtoun extenden. ad 22 sol. ant. ext., dimed. 33 solidatarum 4 den. ant. ext. de Titwod, dimed. tertie partis de Langbrochtoun extenden. ad 5 librat. ant. ext. vocat. tertiam partem, dimed. 20 solidatarum de *lie Tua* Hillis, decimam partem de Newlandis, ann. red. 2 sol. de ceteris terris de N., in baronia de Kilmawris, dictis balliatu et vic.; terras et dominium de Gyffen extenden. ad 10 marcat. ant. ext., cum earum turre, fortalicio, molendinis, multuris, piscationibus, silvis, tenentibus &c., advocatione officii clericatus ecclesie parochialis de Baith, in balliatu de Kylestewart, vic. Air; 4 marcatas de Wrichthill, cum annuo redditu 50 sol. de terris de Drumlaw, in parochia de Uchiltre in Kyleregis; terras de Tarboltoun subscript., viz. Drumlie extenden. ad 20 marcat. ant. ext., terras dominicales de T., terras de Altounburne ad 10 marcat., Ragualhill ad 40 sol. ant. ext., New-manis de T. et Knychtiscroce, cum fortalicio, piscationibus, molendinis, terris molendinariis dict. terrarum et baronie de T., cum *lie suckin* et *thirll multuris* dict. molendinorum, cum tenentibus &c., terras et *lie* Manis de Gawlstoun cum turre et fortalicio, et integris terris proprietatis de Galstoun extenden. ad 10 marcat. ant. ext., cum advocatione rectorie de Torboltoun et officio clericatus ecclesie parochialis earundem, in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air; terras de Auchindrane-Nethir extenden. ad 5 marcatas ant. ext., jacentes prope finem pontis de Done, cum mansionibus, fortaliciis, molendinis, multuris, piscationibus dictarum terrarum super aqua de Done, in comitatu de Carrik, vic. Air; terras de Lochransay et Sannokis extenden. ad 22 marcatas ant. ext., cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, mansionibus, silvis, piscationibus, tenentibus &c., in insula de Arrane; insulam vocatam Litill Cumray, cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, piscationibus, cunicularis, silvis, tenentibus &c., vic. Air; terras de Lochlebosyde, cum mansionibus, piscationibus, molendinis, multuris, tenentibus &c., extenden. ad 8 librat. ant. ext., terras de Eistwod extenden. ad 20 librat. ant. ext., cum turre, fortalicio, mansione, molendinis, multuris, silvis, piscationibus, advocatione officii clericatus parochie de Eistwod, in baronia et vic. de Renfrew; 5 marcat. ant. ext. de Newlandis, 6 marcat. ant. ext. de Langsyde, 5 marcat. ant. ext. de Tankartland et Murelie, cum mansione, molendinis, multuris, piscationibus, tenentibus &c., in dominio de Cathcart, vic. Renfrew; 5 marcat. de Caldwall, cum turre, fortalicio, mansione, 2 marcat. de Cochrannislie, in baronia de Renfrew; 10 librat. ant. ext. de Boningtoun, 5 librat. ant. ext. de Piltoun, cum mansionibus, silvis, molendinis, multuris, piscationibus, vic. Edinburgh, in baronia et vic. de Renfrew per annexationem;—quas dictus com. personaliter resignavit; et quas rex et regina, pro bono servitio dicti com., incorporaverunt in liberam baroniam de Eglingtoun, et voluerunt quod unica sasina apud principale castrum et fortalicium de E. pro

omnibus staret:—REDDEND. pro Snodgers unum den. albe firme; pro Litill Cumray 3 lib. 6 sol. 8 den. feudifirme; pro ceteris jura et servitia debit. et consuet.;—RESERVATIS libero tenemento dicto comiti, et rationabili tertia Domine Agneti Drummond ejus sponse, seu aliquibus aliis ejus sponsis si post ipsum viverent:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 405.

1675. Apud Edinburgh, 10 Nov.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per curatum et capellanos chori ecclesie parochialis Divi Nicholai de Abirdene,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt M. JOHANNI KENNEDY, heredibus ejus et assignatis, —tenementum antiquum et ruinosum per D. Alex. Robertsone et Thomam Dingwall occupat. (inter terram suam occupat. per D. Rob. Spark, et terram Tho. Andersoun), extenden. annuatim ad 3 lib. 13 sol. 4 den., computando expensas sustenationis, in dicto burgo in vico inferiore ecclesie, in superiore parte ejusdem:—REDDEND. annuatim dictis curato &c. 4 lib.; necnon regine servitium burgagium debitum et consuetum:—PROVISO quod si in solutione deficerent sic quod duo termini caderent in tertium post legitimam requisitionem, hec infeodatio nullius esset roboris:—TEST. M. Tho. Menzes, M. Gilberto Murray, M. Wil. Seytoun, M. Tho. Young, Edwardo Donaldsoun, Andrea Gareauch, Wil. Barclay, Gilberto Menzes, duobus serjandis dicti burgi:—Apud Abirdene, 27 Mar. 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 531.

1676. Apud Edinburgh, 18 Nov.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Colini Campbell de Boquhen militis,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ANDREE GRAHAME de Gartavertane, et ejus heredibus,—terras et baroniam de Boquhen, et earum molendinum, cum tenentibus &c., vic. Striviling:—TENEND. de rege et regina:—TEST. Mallesio Grahame, Joh. Blair, Pat. Tailyeour filiis (*sic*) Johannis Tailyeour de Balleluig, Malc. Squyar, Joh. Grahame:—Apud insulam de Port, 5 Sept. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 353.

1677. Apud Edinburgum, 19 Nov.
REX ET REGINA ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO GRADEN—terram husbandiam in Graystanerig-Westir (cujus ipse ejusque predecessores tenentes regine et ejus predecessoribus ultra memoriam hominum extiterunt), vic. Berwik:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. 20 sol. tanquam firmam antiquam, et 12 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PROVISO quod si in solutione deficerent per tres terminos insimul, aut de furto convicti vel a legibus pro eodem fugitivi essent, hoc infeofamentum expiraret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 480.

1678. Apud Edinburgum, 19 Nov.
REX ET REGINA ad feudifirmam dimiserunt JASPERO GRADEN in Langrig—3 terras husbandias in Langrig (quarum ipse et ejus predecessores tenentes regine et ejus predecessoribus ultra hominum memoriam extiterunt), vic. Berwik:—TENEND. dicto Jasp. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. 3 libras 4 sol. 4 den. firme antique, et 28 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PROVISO &c. (*ut in carta* 1677):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 565.

1679. Apud Edinburgum, 19 Nov.
REX ET REGINA ad feudifirmam dimiserunt NICHOLAO GRADEN in Ernislaw—56 solidat. 8 den. terrarum de Ernislaw (quarum ipse ejusque predecessores tenentes regine et ejus predecessoribus ultra hominum memoriam extiterunt), vic. Berwik:—TENEND. dicto Nich. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—REDDEND. 56 sol. 8 den. firme antique, et 40 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—PROVISO &c. (*ut in carta* 1677):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 570.

1680. Apud Edinburgh, 24 Nov.
REX ET REGINA confirmaverunt scrip-

tum factum per Jac. commendatarium perpetuum S. Andree et Pettinveyme, et eorundem conventus,—[qua concesserunt GEORGIO DOWGLAS fratri germano Willelmi D. de Lochlevin, pro ejus vita,—, pro ejus benemeritis, et pro servitiis quondam Roberti D. de L. ejus patris,—annuam pensionem 500 marcarum, viz. 220 lib. ex firmis terrarum de Pettinveyme, et 113 lib. 6 sol. 8 den. ex firmis acrarum monasterii S. Andree;—termino introitus incipiente in festo Penthecostes A.D. 1565:—TENEND. de dictis commendatario &c.:—Apud S. Andream et Pettinweyme, 25 Apr. 1565]. xxxiii. 194.

1681. Apud Edinburgh, 29 Nov.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Roberti Innes de Invermerkie,—[qua, pro magna pecunie summa persoluta, vendidit M. JACOBO HARVY de Boyndis—dimedietatem umbralem ville et terrarum de Tullemade, tertiam partem solarem ville et terrarum de Monecabok, cum molendino fullonum, *the walk-mylne*, de Gowill, cum communi pastura, focalibus ac *lie faill* et *dowat* dicto molendino et tenentibus ac laboratoribus ejusdem infra bondas terrarum de Gowillis consuetis, in baronia sua de Monecabok, vic. Abirdene:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque, de rege et regina:—RESERVATO vitali redditu dicte partis de Monecabok, cum tertia parte dicti molendini, Mariote Ogilvy matri dicti Rob., ratione tertie terrarum et baronie de M. ei per decessum Roberti Innes de M. ejus mariti, patris dicti Rob., incumbentis:—TEST. Wil. Innes in Langmorgyn, D. Willelmo Dowglas vicario de Abirlowir, Jacobo Gybsoun burgen. de Elgin, Arthuro Liddall servitore dicti Rob., D. Joh. Gybsoun rectore de Unthank notario publico:—Apud Elgin, 27 Sept. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 134.

1682. Apud Edinburgh, 1 Dec.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Adamum commendatarium perpetuum de Dundranen, et conventum ejusdem,—[qua ad feudifirmam dimiserunt PETRO CARNIS in libero tenemento, et post ejus decessum ARCHIBALDO CARNIS ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—2 marcat. terrarum de Auchincarne (dictis Petro et Arch. assedatas, extenden. in rentali suo ad 4 marcas), 20 solidat. de Kyp cum piscaria earundem in aqua de Ur (eisdem assedatas, extenden. ad 40 sol.), in parochia de Colwen, senesc. Kirkcudbrycht:—REDDEND. dicto monast. 7 marc. tanquam firmam antiquam, et 10 sol. augmentationis, cum multuris consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia baronie de Dundranen:—Apud dictum monast., 4 Jul. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 575.

1683. Apud Linlithgw, 9 Dec.
REX ET REGINA concesserunt ADAMO MURE filio et heredi apparenti Adami M. de Kittimure, heredibus ejus et assignatis,—borealem dimedietatem terrarum de Kittimure, in baronia de Stanehous, vic. Lanerk;—quam dictus Ad. senior personaliter resignavit:—REDDEND. simplex denarium in ecclesia de Stanehous in die Circumcisionis, nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento dicto Ad. seniori et Margarete Hammiltoun ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 477.

1684. Apud Linlithqw, 13 Dec.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Alexandri dom. Hume,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se ab una, et Walt. Ker de Cesfurde militem et Dominam Isobellam Ker ejus sponsam, patrem et matrem quondam Margarete K. sponse dicti Alex., ab altera partibus,—concessit MARGARETE HOME filie legit. inter se et dictam Marg. procreate, et heredibus ejus quibuscunque,—terras et molendinum de Broxfeild, cum mansione earundem, vic. Roxburgh:—TENEND. de rege et regina:—PROVISO quod quandocunque dictus Alex., heredes ejus et assignati, uno die inter solis ortum et occasum persolverent dicte Marg. H., nomine dotis ad ejus maritagium, infra ecclesiam parochialem B. Egidii de Edin-

burgh 5000 marc., dicta Marg. et heredes dictas terras &c. resignarent; consignatione fienda in manibus thesaurarii vel decani gildie de Edinburgh casu recusationis dicte summe :—cum precepto sasine directo Alexandro Hoppringill :—TEST. Tho. Makdowell de M'Cairstoun, Johanne Edmonstoun de eodem, Cuthberto Cranstoun de Thirlstanemanys, Johanne C. ejus filio, Ada Moscrop, Joh. Young :—Apud Edinburgh, 5 Dec. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 153.

1685. Apud Linlithqw, 14 Dec.[1]

REX ET REGINA confirmaverunt cartam M. Roberti Dowglas prepositi ecclesie collegiate de Linclouden,—[qua,—cum consensu prebendariorum dicte ecclesie,—pro pecuniarum summis ad reparationem ejusdem persolutis, ad feudifirmam dimisit JOHANNI MARSCHELL burgensi de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis,—3 rudas terrarum de Corbyhill jacen. ex parte orientali dicti monast. (inter terras Fratrum Minorum de Drumfreis occupatas per Wil. Thomsoun, Wil. Marschell, Pat. Kirkmyre, Rob. Halyday, Isobellam Asslowand relictam David Makquhirk, terras occupatas per Ric. Maxwell, terras quondam Joh. Aslowand de Corbyhill, et terras dict. Fratrum occupatas per dictum Joh. Marschell), in baronia de Drumsleit, senesc. Kirkcudbricht:—REDDEND. annuatim dicto preposito 3 sol., (et) in augmentationem rentalis 6 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—RESERVANDO multuras molendinis dicte ecclesie et eorum sequelas :—Apud dict. ecclesiam, 26 Mar. 1558] :—NECNON cartam factam per Charolum Hume gardianum Fratrum Minorum de Drumfreis, et ejusdem conventum,—[qua,—cum consensu F. Johannis Forgussoun, provincialis Ordinis sui infra Scotiam, —pro gratitudinibus &c., ac pro pecuniarum summis ad reparationem loci sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt Johanni Marschell mercatori et burgensi de Drumfreis, heredibus ejus et assignatis,—acram terre dicto Joh. assedatam, in parochia de Troqueir, senesc. Kirkcudbrycht (inter terras suas in manibus Wil. Thomesoun burgen. de Drumfreis, terras nuncupat. Baxtariscroft preposito de Linclouden spectan. et per Joh. Makgowne occupat., terras suas in manibus Joh. Tod junioris), portionem terre anterioris horti sui in burgo de Drumfreis versus venellam Fratrum (inter chorum ecclesie sue et tenementa quondam Christophori Lowry et And. Mathesoun), extenden. in longitudine ad 26 ulnas et 11 ulnas in latitudine, dicto Joh. M. assedatas: —REDDEND. dictis Fratribus 20 solidos tanquam firmam antiquam, et 8 denarios augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Johanni Richardsoun et Willelmo Thomesoun burgen. de Drumfreis:—Apud locum Fratrum Minorum de Drumfreis, 8 Jul. 1559] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 149.

ANNO REGNI 1 ET 24. ANNO DOMINI 1565.

1686. Apud Edinburgh, 18 Dec.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam D. Roberti Maknair canonici Dunkelden., prebendarii de Inchemagranoch,—[qua,—cum consensu Roberti episc. Dunkelden., decani et canonicorum ejusdem,—ad feudifirmam dimisit JOHANNI TARLOCHSONE alias ROBERTSONE de Monzeis, et BEATRICI GARDYNE ejus sponse, —terras villarum et terrarum de Inchemagranoch et Newtoun nuncupat. *the Channonis-wod*, cum decimis tam predialibus quam personalibus et mixtis tam rectorie quam vicarie earundem, in dominio et baronia Dunkelden., vic. Perth; liberas ab omni solutione decimarum quarumcunque, que per colonos cum principali semper ultra memoriam hominum percipi neque unquam a trunco separari consueverunt;—que prius per assedationem 19 annorum, deinde hereditarie in feudifirma, Johanni M'Nair locate erant; et quas dictus Joh. M., cum consensu Johannis Fergussone de Darcolych et Jacobi M'Nair patrui, curatorum suorum,

[1] Dated an. reg. 1 et 24. Placed here according to the A.D.

pro 800 marc. persolutis resignavit:—TENEND. dictis Joh. T. et Beat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Johannis T. quibuscunque et assignatis non majoris potestatis quam ipsi, de dicto prebendario: —REDDEND. 20 lib. 12 (13?) sol. 4 den. pro antiqua firma et rata gressume, pro areagiis &c. 3 lib., et in augmentationem rentalis 6 sol. 8 den., extenden. in toto ad 24 lib.; et si in solutione deficerent per 40 dies post terminum, caderent a jure; et prestando tres sectas ad tres curias capitales dicti prebendarii; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Jacobo M'Nair:—TEST. M. Wil. Fairfull, D. Davide Morisone, notariis publicis, Rob. Nasmyth de Inweir, Alex. Flemyng:—Apud civitatem Dunkelden., 21 Apr. 1564]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 547.

1687. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per quondam M. Joh. Stenesoun prothonotarium apostolicum, precentorem Glasguen. ac commendatarium perpetuum vicarie ecclesie parochialis de Mochrame,—[qua,—cum consensu Malcolmi commendatarii prioratus Candidecase, ac conventus ejusdem, patronorum dicte vicarie,—ad feudifirmam dimisit JOHANNI RAMSAY, et MARIOTE MURE ejus conjugi,—terras ecclesiasticas vicarie de Mochrum, extenden. ad 2½ marcat. antiqui extentus, cum pratis, horreis, bostariis, ustrinis, cum loco, gleba ac mansione *lie* Boghous de M. nuncupat., ac ceteris edificiis et hortis earundem (dictis Joh. R. et Mar. assedatas), in parochia de Mochrum, vic. Wigtoun:—RESERVATIS cubiculo, domibus, crofta et hortis per D. Alex. Broun curatum dicte ecclesie modo occupatis:—TENEND. dictis Joh. R. et Mar. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de dicto vicario:—REDDEND. 4 lib. tanquam firmam antiquam, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Thoma Sinclair secreti sigilli scriba, Johanne Aittoun notario publico, Wil. Gib, Joh. Stevinsoun, servitoribus dicti vicarii, Nich. Murray burgen. de Quhitern, D. Tho. Montgomery, Rob. Dowglas, Niniano Dowglas, M. Rob. Blindscheill notario publico:—Apud Edinburgh et Quhitern, 3 et 9 Jul. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 555.

1688. Apud Edinburgh, 18 Dec.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Joh. abbatem monasterii Dulciscordis, et ejusdem conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt M. WILLELMO TURNOURE, heredibus ejus et assignatis, —4½ marcat. terrarum de Ardwell et Ernfas antiqui extentus, in baronia sua de Lochkindeloch, senesc. Kirkcudbrycht:—REDDEND. dicto monast. 9 marc. in rentali specificat., et 3 marcas augmentationis; et molendo grana sua apud molendinum de Dulci-corde, et multuras de dict. terris solvendo consuetas; et comparendo ad tria placita capitalia apud dictum monast.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum aut assignatorum:—RESERVATIS dicto monast. decimis et multuris:—Apud dictum monast., 3 Nov. 1559]:—TEST. *ut in carta* 1627. xxxii. 558.

1689. Apud Edinburgh, 27 Dec.
REX ET REGINA ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO DIKSOUN in Bouchtrig, et ELIZABETH M'DOWELL ejus sponse, —6 terras husbandias in villa et territorio de Bouchtrig (quamlibet in rentali suo extenden. ad 20 sol.), dimedietatem terre husb. in villa et territorio de Lethem (ad 10 sol.), cum molendino de Lethem, terris molendinariis, multuris et *lie suckin* (ad 40 sol.), in dominio de Lethem, comitatu de Marche, vic. Berwik;—que per dict. Rob., ejus patrem et eorum predecessores tanquam nativos tenentes ultra memoriam hominum occupate fuerant:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione:—SOLVEND. annuatim 9 lib.; ac duplicando

feudifirmam in introitu heredum; necnon edificando mansionem cum poletiis solo corresponden.:—PROVISO &c. (*ut in carta* 1677):—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 472.

1690. Apud Edinburgh, 31 Dec.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Jac. commendatarium perpetuum monasterii S. Andree, et ejusdem conventum,—[qua, pro diversis servitiis sibi impensis, ad feudifirmam dimiserunt HENRICO CARNIS civi S. Andree, et MARGARETE SPENS ejus sponse,—duo molendina vocat. *lie* Abbay-mylnis (viz. unum intra locum monasterii prope *lie* Brewhous, alterum extra *lie* Sey-yeat), cum libero aqueductu ad eadem:—TENEND. dictis Henrico et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Hen. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 9 lib. tanquam firmam antiquam, et 10 sol. augmentationis, cum 36 caponibus; et duplicando dictam summam monete in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia intra dictum monast.; cum aliis servitiis debitis et consuet.; et si in solutione deficerent sic quod duo termini transirent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris:—voluerunt etiam dicti Jac. &c. quod dicti Hen. &c. nullas novas extortiones exigerent a brasiatore dicti conventus pro multuris seu molitione brasii, sed conservarent antiquam consuetudinem; necnon sustentarent dicta molendina in omnibus necessariis, nisi tantum in *ly stuling* quod ad dict. commendatarium &c. pertinuit, cum reformatione seu reparatione cum indigeret; et quod unica sasina sufficiens esset; cum prohibitione alienationis absque licentia dict. commendatarii &c.:—cum precepto sasine directo Archibaldo Mure:—Apud dictum monast., 31 Mar. 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 561.

1691. Apud Edinburgh, 2 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Joh. archiepisc. S. Andree, abbatem de Pasleto, cum potestate legati a latere, et per conventum dicti monast.,—[qua, pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt CUTHBERTO CRANSTOUN de Thirlestane-manis, in vitali redditu, et JOHANNI CRANSTOUN ejus filio legitimo, heredibusque masc. dicti Joh. de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus propinquioribus et legit. heredibus (masc.) quibuscunque, cognomen et arma de Cranstoun gerentibus,—terras ecclesiasticas rectorie perpetue parochialis ecclesie de Ligertwod, cum edificiis, toftis, croftis &c., in territorio de Legertwod; cum decimis garbalibus ac minutis decimis, que ab eisdem nequaquam separari consueverant:—REDDEND. dicto monast. 2½ marc. tanquam firmam antiquam, et ½ marc. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent sic quod firma duorum terminorum decurreret in tertium, hec locatio expiraret:—cum precepto sasine:—TEST. Alexandro Symmerwell de Torbrax, M. Willelmo Bane, Wil. Stewart de Wodesyde, nepotibus dicti archiepisc., Magistris Alexandro Fores rectore de Logy-Montros secretario dicti archiepisc., Andrea Oliphant vicario de Carnbe, Matheo Forsith, Johanne Kessane notario publico:—Apud monasterium Pasleti, . . Aug. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 491.

1692. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Willelmi Kirkcaldy de Grange militis,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI MOWBRAY de Barnbowgell, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 42 librarum de terris suis de Balbairdy, in baronia de Kingorne, vic. Fiffe:—REDDEND. dicto Wil. unum den. albe firme:—TEST. Roberto Kirkcaldy, Alex. Mowbray de Dummany, Pat. Eichlyne, Thoma Greg notario publico:—Apud Halyairdis, 4 Jun. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 493.

1693. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Jac. commendatarium perpetuum prioratus de Sanctandros, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis sibi persolutis, ad feudifirmam dimiserunt

CUTHBERTO CRANSTOUN de Thirlstane-manis, in vitali redditu, et JOHANNI CRANSTOUN ejus filio legitimo, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, hereditarie,—20 solidatas terrarum de Wester Morestoun (per dictum Joh. occupatas), in parochia de Ledgertwod, vic. Renfrew per annexationem :—REDDEND. dicto monast. 40 sol. tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon edificando domos, hortos et alia politia solo corresponden. :—TEST. Willelmo Maitland juniore de Lethingtoun, Hugone Cranstoun famulo dicti Wil., Walt. Cokburne :—Apud dictum monasterium, 24 Mar. 1557] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 146.

1694. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Willelmi episc. Dunblanen.,—[qua,—cum consensu capituli Dunblanen.,—pro summa pecuniaria persoluta, ac pro aliis gratitudinibus &c. (dummodo accederet consensus summi pontificis), ad feudifirmam dimisit ANDREE MERSAR filio Roberti M. de Newtoun, et MARIOTE BLAIKWODE ejus sponse,—terras prope burgum de Perth ut ex parte occidentali ejusdem (inter *lie* Sowterland ex australi, terras Joh. Monypenny ex boreali, vicum nuncupat. Langcalsay ex orientali, alium vicum communem ex occidentali partibus), vic. Perth :—TENEND. dictis And. et Mar. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, heredibusque masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis quibuscunque, de dicto episc. :—REDDEND. annuatim 3 bollas victualium (dimedium ordei et dimed. farine avenatice, mensura forali burgi de Perth mensuratas), et 2 sol. in augmentationem rentalis ; et si unus terminus in secundum absque solutione incideret, hoc infeofamentum expiraret ; duplicando tamen feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Roberto Blakwode :—TEST. Johanne Morisone, D. Wil. Blakwode, Geo. Melros, Anthonio Broun :—Apud civitatem Dunblanensem, 20 Dec. 1563] :—INSUPER voluerunt quod hec confirmatio tanti esset roboris ac si ante decessum dicti episcopi concessa esset :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 548.

1695. Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Dominam Jonetam Hoppringill priorissam de Cauldstreme, et conventum ejusdem,—[qua,—pro ingentibus pecuniarum summis persolutis ad reparationem dicti monast. et ejus domorum regularium per Anglos magna ex parte combustarum, ac pro aliis beneficiis &c.,—ad feudifirmam dimiserunt ALEXANDRO HUME de Meirdene—4 terras husbandias de Litill Todrik, 4 ter. husb. de Spetchetneis (per dictum Alex. aliosque ejus nomine occupatas), in dominio suo de Hirsell, vic. Berwik :—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus quibuscunque, de dicto monasterio :—SOLVEND. 8 lib. tanquam firmam antiquam, et 13 sol. 4 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Cuthberto Trotter : —TEST. D. Jac. Newtoun, David Watsone, Pat. Hume, Wil. Swanstone :—Apud dictum monast., 10 Apr. 1560] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 522.

1696. Apud Edinburgh, 24 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Claudi Hammiltoun decani de Dunbar,—[qua,—cum consensu Jacobi ducis de Chastellarault com. Aranie dom. Hammiltoun &c., patris sui legitimique administratoris et tutoris, pro ejus interesse,—ad feudifirmam dimisit WILLELMO DOWGLAS de Quhittinghame, heredibus ejus et assignatis,—glebam et terras ecclesie de Quhittinghame cum domibus et edificiis (sibi rectori et vicario de Quhittinghame tanquam partem patrimonii dicti decanatus spectantes), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto decano 8 marcas tanquam antiquam firmam, et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—RESERVATIS sufficiente horreo granorum et horto pro collectione decimarum garbalium dicto decanatui spectan., et mansione pro ministro

vel eo qui vice dicti Claudi in dicta ecclesia fungeretur :—cum precepto sasine directo M. Patricio Dowglas de Brokhollis et Jacobo Holden :—TEST. Willelmo Maitland de Ledingtoun juniore, secretario primario Scotie, M. Johanne Ray, Thoma Dowglas, Adamo Ogill :—Apud Edinburgum, 17 Aug. 1560] :—PROVISO quod hec confirmatio nullatenus prejudicaret reservationi rationabilis mansi et glebe usui ministri apud dict. ecclesiam ministrantis, secundum tenorem acti parliamenti desuper confecti :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 124.

1697. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam D. Roberti Maknair Dunkelden. canonici, de Inchemagranoch prebendarii,—[qua, cum consensu Roberti episc. Dunkelden., decani et canonicorum ejusdem, ad feudifirmam dimisit JOHANNI COK burgensi de Perth, et MARGARETE MAKNAIR ejus sponse,—terras ecclesiasticas de Ouchtergawin vulgo nuncupatas *the Preistoun*, dicte prebende incorporat. (per D. Johannem Martyne, Joh. Broun, Willelmum Blair et Joh. Makbayth occupat.), cum decimis tam rectorie quam vicarie earundem que a trunco minime separari solebant, in dominio et baronia Dunkelden., vic. Perth :—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Joh. quibuscunque, de dicto prebendario :—REDDEND. 5 lib., et 6 sol. pro 12 *lie pultrie*, tanquam pro antiqua firma, et 3 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in intro tu heredum; et prestando tres sectas ad tres curias capitales dicti prebend.; et si deficerent in solutione per tres terminos simul concurrentes, caderent a jure hujus infeodationis :—TEST. Jacobo Wilsoun, Rob. Jak, Rob. Lyuok alias Flemyng :—Apud civitatem Dunkelden., 9 Dec. 1562] :—PROVISO &c. (*ut in carta* 1696) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 355.

1698. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per F. Archibaldum Arnot ministrum Fontis Scotie, et ejusdem conventum, Ordinis S. Trinitatis Redemptionis Captivorum,—[qua, pro pecuniarum summis sibi persolutis, ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI ARNOT de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Lattishole, decimis garbalibus et aliis decimis earundem inclusis hactenusque nunquam separatis (inter terras de Auchtermonsye, Culluthy et Cairny), vic. Fyffe :—REDDEND. dictis ministro &c. 4 lib. tanquam firmam antiquam, et 13 sol. 4 den. augmentationis; ac faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud locum Fontis Scotie; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum :—cum precepto sasine directo Johanni Kynninmont de eodem :—TEST. Willelmo Bruce de Erllishall milite, Georgio Arnott rectore de Esse, David Frissell burgen. Coupri :—Apud locum Fontis Scotie, 28 Mar. 1558] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 409.

1699. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Donaldum abbatem de Cowpro, et conventum ejusdem,—[qua,—pro summa pecuniaria persoluta ad sublevandum onera sua pene importabilia, taxationes frequentes, multiplices vexationes, pensionesque redimendas, ac maximam monasterii ruinam restituend., ac pro aliis gratitudinibus &c.,—ad feudifirmam dimiserunt JACOBO HERING de Glascloyne, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Cailleis, cum molendino cereali, et decimis garbalibus que nunquam solebant a firmis dividi, terrisque capellanie, infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth :—REDDEND. dicto monast. 19 lib. 11 sol. 11 den. firme antique, girsumis in eadem computatis, cum 32 sol. 1 den. augmentationis, et 4 sol., cum ceteris vecturis consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monasterium; necnon cum dict. abbate &c., eorum familia, commissariis deputandis, ambulando, equitando, fortificando et partem capiendo in defensione possessionum dicti monast., et in guerris regalibus contra veteres hostes et inimicos regni Scotie, cum tali servitio sicut

occupatores dict. terrarum antea fecerunt; et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictis terris sine processu distringere pro firmis, cum 30 sol. pro dampno et interesse convento; si autem dict. terras alienarent, primo eas dict. abbati &c. offerrent; et si dicti abbas &c. emere recusarent, liceret eas alienare cuicunque, non majoris status quam dict. Jac.:—TEST. Dunc. Campbell de Glenlyoun, Wil. Blair de Bagillo, Joh. Blair ejus filio et herede apparente, Colino Campbell de Crunan, Johanne Campbell de Mwrthlie, Johanne Robesoun notario publico:—Apud dictum monast., 10 Jan. 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 553.

1700. Apud Edinburgh, 26 Jan.
REX ET REGINA concesserunt ALEXANDRO CUNYNGHAME feudatario, et WILLELMO CUNYNGHAME ejus patri liberotenementario de Barnis,—specialem licentiam ad locand. eorum terras de West-Barnis et Gallowsyde, in constabularia de Craill, vic. Fyffe, de rege et regina in alba firma tentas, tenentibus et occupatoribus earundem in feudifirma, prout in licentia sub signeto et subscriptione manuali regine de data 30 Apr. 1563 plenius contentum est; ac dictas terras quitteclamaverunt. xxxii. 479.

1701. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam Thome Maule de Panmure,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit fratri suo HENRICO MAULE, inter quondam Rob. M. de P. patrem suum et Isobellam Arbuthnot ejus sponsam genito,—octavam partem terrarum et ville de Skryne (per Hen. Scot occupat.), quartam partem portus et unam acram terre orientalis porci vocat. Monkisaiker (per Arthurum Boyis occupat.), quartam partem molendini de Skryne, cum terris molendinariis, multuris, *lie multer schaif-pec*, sequelis ejusdem, et dimedietatem terrarum de Burnesyde (per Joh. Butchert occupat.), cum communi pastura in omnibus moris, muris et marresiis terrarum et baronie de Panmure, ac cum *lie faillis* et *devottis* pro edificiis, domibus et hortis ipsorum et tenentium, ac cum potestate duos hortos in dictis moris construendi, focalia fodiendi &c., cum bona *lie lone* ad dictos moros &c., in baronia de Panmure, vic. Forfare:—TENEND. dicto Hen. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Andree M. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo M. eorum fratri, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto Henrico, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de rege et regina:—TEST. Pat. Rynd in Dod, Jac. Allane, Geo. Maule, Joh. Bowar:—Apud Panmure, 18 Sept. 1565]:—INSUPER, pro servitio dicti Hen., voluerunt quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si ante sasinam captam fuisset concessa:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 554.

1702. Apud Edinburgh, 31 Jan.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam D. Thome Cairnis, capellani altaris B.V.M. infra ecclesiam parochialem de Soltray,—[qua,—cum consensu D. Georgii Clappertoun prepositi ecclesie collegiate S. Trinitatis prope Edinburgh, et prebendariorum ejusdem, patronorum suorum,—ad feudifirmam dimisit WILLELMO SCOT in Hawik, in libero tenemento, et ROBERTO SCOT ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—croftam terre nuncupat. Soltra-croft, in villa et territorio de Hawik (inter terras nuncupatas Lady-land, terras pertinentes communitati de H., et West-manis de H. pertinentes domino de Drumlanrik), acram vocatam Blacatis-aker, in *lie* Eist-manis (per dictum Wil. occupatam), croftam nuncupat. Campioun-croft (per Adamum Cesfurd occupat.), in dicta *lie* Eist-manis, in baronia de Hawik, vic. Roxburgh:—REDDEND. dicto capellano 6 sol. 8 den. tanquam firmas antiquas, et 3 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si duo termini currerent in tertium solutione minime facta, hec locatio nullius esset roboris:—TEST. . . . . :—Apud dictum colleg., 9 Maii 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 577.

1703. Apud Edinburgh, 1 Feb.
REX ET REGINA confirmaverunt cartam

D. Thome Neilsoun, vicarii perpetui ecclesie parochialis de Stanehous,—[qua,—cum consensu Johannis Hammiltoun prepositi ecclesie collegiate de Boithwell ac prebendariorum, patronorum dicte vicarie,—pro pecuniarum summis persolutis, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit JOHANNI HAMMILTOUN de Brumehill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas vicarie de Stanhous, extenden. ad 2 marcat. antiqui extentus (quas ipse Joh. de dicto Tho. et ejus predecessoribus in assedatione habuit, et quas idem Joh., et Joh. et Margareta Hammiltoun conjuges ejus subtenentes, tunc occupaverunt), in parochia et baronia de S., vic. Lanark:—RESERVANDO principale et de antiquo usitatum mansum cum hortis adjacen., per quondam M. Math. Stewart olim vicarium de S. occupatum:—REDDEND. dicto vicario 26 sol. 8 den. tanquam firmam antiquam, et 13 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—cum precepto sasine directo Roberto Dalleill juniori de eodem:—TEST. Wil. Lowry, Roberto Salmond, M. Jac. Hammiltoun in Nelisland, Alexandro Hammiltoun, Jacobo Pincartoun:—Apud ecclesiam de Bothuell, 29 Mar. 1560]:—PROVISO &c. (*ut in carta* 1696):—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 352.

1704. Apud Edinburgh, 2 Feb.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per quondam Adamum commendatarium de Drumdranane, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO M'CLELLANE in[1] Nethirthrid, in libero tenemento, et PATRICIO M'CLELLANE ejus filio, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—20 solidat. terrarum nuncupatas Jurdaneland (per dictum Wil. occupatas), in parochia et senesc. de Kirkcudbricht:—REDDEND. dicto monast. 40 sol. tanquam antiquam firmam, et 20 den. augmentationis, cum aliis devoriis et servitiis consuet.; et cum servitiis in tribus curiis capitalibus apud dictum monast.; et duplicando firmam pecunie in introitu heredum:—Apud dictum monast., 19 Apr. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 128.

1705. Apud Edinburgh, 2 Feb.[2]

REX ET REGINA confirmaverunt cartam M. Willelmi Gordoun thesaurarii Cathanen., canonici Dunkelden. et Moravien., magistri[3] hospitalis S. Magni Cathanensis dioces.,—[qua,—cum consensu Roberti episc. Cathanen., et canonicorum ejusdem,—pro magnis pecuniarum summis persolutis, necnon pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit WILLELMO SINCLARE de Dunbeith, et (quondam) BEATRICI GORDOUN ejus sponse,—terras de Spittaill, Auchlone, et Myrebestare alias ab antiquo nuncupatas Skittebriche (excepta principali mansione earundem, preceptoribus dicti hospitalis reservata), infra diocesim et dominium Cathanen., vic. Invernys:—TENEND. dictis Wil. S. et Beat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicti Wil. Sinclare legit. et propinquioribus heredibus quibuscunque, de magistro dicti hosp.:—REDDEND. pro Spittell 9 lib. monete et 9 firlotas avenarum equorum, pro Auchlone 20 sol. et 1 firl., pro Myrebistare 4 lib. et bollam avenarum equorum, firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis, extendentes in toto ad 14 lib. 13 sol. 4 den., et 3 bol. 2 firl. avenarum equorum; et duplicando dict. monetam et avenas in introitu heredum; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium et duo in tertium currerent, hec infeodatio esset in se nulla:—TEST. Gilb. Gordoun in Golspitour, M. Waltero Innes, Patricio Straquhyn, Waltero Innes:—Apud ecclesiam cathedralem de Dornoch, 16 Aug. 1560]:—TEST. 35. 51. 52. 53. 40. 36.

xxxii. 359.

1706. Apud Edinburgh, 8 Feb.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam

---

[1] In introductory clause "de."

[2] Dated an. reg. 1 et 23. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxvi. fol. 121 verso.

[3] In introductory clause "preceptoris."

factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summa per Davidem Ogilvy in Newtoun persoluta, ac pro gratissimis et promptissimis consiliis &c., ad feudifirmam dimiserunt probo adolescenti JOHANNI OGILVY, filio et heredi apparenti dicti Dav.,—terras de Newtoun de Bellite, dimediam partem de Freuchy, quartam partem de Glenmarky, cum molendino de Freuchy, terris molendinariis multurisque ejusdem liberis et siccis, *lie ring beir*, libertatibus, privilegiis, custumis consuetis (per dictum Davidem et ejus subtenentes occupat.), in baronia sua de Glenylay, vic. Forfare; octavam partem terrarum occidentalis lateris ville de Balbrogy, quartam partem orientalis lateris ejusdem (per dictum Dav. et ejus subtenentes occupatas), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth:—Tenend. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Roberto O. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. et assignatis quibuscunque, de dicto monast.:—Reddend. pro terris &c. in Glenylay 16 libras 3 sol. tanquam firmam antiquam, 3 lib. 4 sol. 8 den. pro gressuma, et 40 sol. augmentationis, cum 18 anseribus domesticis et 15 pultreis; et cum adportatione dicto monasterio extra limites de Glenylay aut Drymmeis 35 equorum onera glebarum sumptibus dict. Joh. &c. lucrandarum; pro Balbrogy 7 lib. 15 sol. 7 den. tanquam firmam antiquam, 31 sol. 2 den. pro gressuma, 18 sol. 4 den. augmentationis, cum 28 pultreis, 11 bollis 2 modiis avenarum ad equorum pabulum, 2 fasces majores straminum; effodiendoque, insolando, aptaque foco et furnis dicti monast. faciendo, 58 plaustrata glebarum in terra uliginosa de Balbrogy vel in terris aliorum dominorum tam vicinorum, habita prius per dictum monast. facultate; ac de his adportando ad locum in dicto monast. paratum, in plaustris dicti monast., servitoribus, equis et bobus dictorum Joh. &c., 30 plaustrata sumptibus dicti monasterii; cum ceteris vecturis, areagiis, careagiis consuet.; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; ac duplicando firmas monete in introitu heredum et assignatorum; multuramque astrictam pro Balbrogy reddendo feudifirmario molendini de Keithik, et annuum debitum cimbe de Ylif; et interessent cum dict. abbate &c. in exercitibus regalibus, quoties contingeret bella moveri, armati ut deceret rebus bellicis, sumptibus dict. Joh. &c.; ac dictis abbati &c. in rebus licitis servirent sumptibus dicti monast.; et si deficerent in solutione infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret bona super dictis terris distringere pro debitis, cum 30 sol. pro dampno et interesse convento:—Test. Jac. Hering de Glaschone (Glasclone?), Jac. Hering de Wester Gormok, M. Davide Campbell in Deneheid, Colino Campbell de Crunan, D. Johanne Hammil de Kippane prebendario, Joh. Robesoun notario publico:—Apud dictum monast., 11 Maii 1558]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 546.

1707. Apud Edinburgh, 12 Feb.

REX ET REGINA confirmaverunt cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree precipuum, commendatarium de Dunfermling designatum (commissionem habentem assedandi terras &c. dicti monast. de Georgio principali commendatario de D., tunc in Gallie partibus commorante, durante ejus absentia extra Scotiam), et per conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ac pro summa pecunie sibi persoluta, ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI CREYCHTOUN de Bruntstoun, et heredibus ejus legit. quibuscunqne,—terras de Stanyhill cum earum hortis &c. (per dictum Joh. occupat.), in regalitate de Dunfermling, dominio suo de Mussi(l)burghschire, vic. Edinburgh:—Reddend. dicto monast. 6 libras 13 sol. 4 den., cum 12 caponibus, firme antique, 53 sol. 4 den. annuatim pro gressuma pro quinquennali locatione, et 44 sol. 5 den. augmentationis; ac dicto conventui ad eorum pittantias 22 sol. 2 den. et obulum; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum; necnon edificando mansionem, pontes et alias politias solo corresponden.; cum multuris granorum in dict. terris crescentium molendinis de Mussilburghschyre consuetis; necnon concurrendo cum ceteris tenentibus schyre et baronie de Mussilburgh circa reparationem dict. molendinorum et eorum aqueductus,

ducturam molarium lapidum et lignorum vocat. *lie stulingis*; cum ceteris areagiis, careagiis, oneribus, devoriis et servitiis consuet. tam tempore guerre quam pacis; nec liceret alienare absque licentia superioris, quod si facere vellent, prius dictis commendatario &c. eas offerrent; et si dicti feudifirmarii equites aut pedites essent cum aliquibus personis contra dictos commendatarium &c. (auctoritate regali excepta), vel in deforciamento officiarii dicti monast., arrestationum fractione &c. deprehenderentur, hanc locationem amitterent; et si unus terminus veniret in alium insolutus, terminus insolutus duplicaretur; si vero duo termini in tertium venirent, firme totius anni duplicarentur; si vero firme 1½ annorum venirent insoluti, hanc locationem amitterent:—Proviso quod liceret dictis commendatario &c. effodere carbonaria et carbones pro proprio usu tantum, absque feudifirmariorum lesione; et si que foramina fecissent, nullis carbonibus inventis, fossas iterum implerent:—et dicti commendatarius &c. voluerunt quod sufficeret solvere ballivis suis pro qualibet sasina 6 sol. 8 den. in compositione bovis sasine; et quod unica sasina pro omnibus staret; et quod feudifirmarii facerent tres sectas ad tria placita capitalia in pretorio burgi de Mussilburgh aut alibi; et reservarent dicto monast. herezeldas, hortum et horreum ad recipiend. decimas garbales terrarum quarumcunque in parochia de Mussilburgh:—cum precepto sasine directo Alano Couttis camerario de Dunfermling, et Richardo Prestoun de Quhitehill:—Test. Alano Couttis, Petro Durye, Patricio Durye, Rob. Lumisden:—Apud dictum monast., 20 Jan. 1565]:—Insuper dictas terras quitteclamaverunt:—Test. *ut in carta* 1651.

xxxii. 564.

1708. Apud Edinburgh, 13 Feb.

REGINA confirmavit cartam factam per Tho. commendatarium perpetuum de Halywod, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem loci sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO MAXWELL de Cowhill, et ELIZABETH MAXWELL ejus conjugi,—1 marcat. terrarum Mekle-feild nuncupat., 1 marcat. Muresyde vocat., marcat. de Glengour per Adamum Tait occupat., 10 sol. de *lie* Tounheid per Wil. Maxwell occupat., terras Fischearholme nuncupat. (omnes extenden. in firmis, gressumis &c. ad 4½ marcas 10 sol.), piscariam super aqua de Nyth infra *lie* Cludane-mouth et superiorem partem de Portrak (ad 30 salmones), in dominio de Halywod, vic. Drumfreis :—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Rob. quibuscunque, de dicto monasterio :—REDDEND. annuatim pro terris 5½ marc. 10 sol., pro piscaria 32 salmones (vel 12 den. pro

quolibet); et asportando grana super dict. terris crescentia molendinis de Halywode molenda, et solvendo multuras consuetas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—INSUPER dicti Tho. &c. voluerunt quod unica sasina apud Mekle-feild sumenda pro omnibus staret :—Apud dictum monast., 1 Jun. 1557] :—NECNON aliam cartam dictorum Tho.,—[qua, pro pecuniarum summis &c. (*ut sup.*), ad feudifirmam dimiserunt dictis Roberto et Eliz. —20 solidatas terrarum de Holtoun (unam partem per Davidem Watsoun, alteram per Katherinam Edyare occupat.), 2½ marcatas Over Cullelung vocatas (per And. Caill, quondam Johannem Caill, Mariotam Wallas, David Findlaw et quond. David Jaksoun occupat.), 3 marcatas Nether Cullelung nuncupatas (per Amerum Watsoun, Joh. Chalmer, Joh. Findlaw, Joh. Frissall, Alex. Hanyng, Herbertum Galloway, Joh. Findlaw occupat.), extenden. in firmis, gressumis &c. ad 13 marc., in dominio de Halywode, vic. Drumfreis :—TENEND. *ut supra* :—REDDEND. annuatim 14 marc.; et asportando &c. (*ut sup.*) :—INSUPER dicti Thomas &c. voluerunt quod unica sasina apud Nether Cullelung sumenda pro omnibus staret :—TEST. Joh. Makbrair preposito de Drumfreis, Arch. Hereis de Madinpoupe, D. Marco Carrutheris rectore de Mouswald :—Apud dictum monast., 24 Feb. 1555] :—NECNON aliam cartam dictorum Tho. &c.,—[qua, pro pecuniarum summis &c. (*ut sup.*), ad feudifirmam dimiserunt dicto Roberto, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —23 solidat. 4 den. terrarum de *lie* Mossyde (per Joh. Hanyng et Joh. Hawik occupat.), 7 sol. 6 den. de *lie* Newtoun (per Jasperum Wilsoun occupat.), ½ marcat. terris de Newtoun contiguam (per Joh. Bek occupat.), 14 solidat. nuncupatas *the Lochfute* (per Rob. Hanyng occupat.), cum communi pastura de *lie* Lytill-mure jacen. apud *lie* Wodheid, extendentes in firmis, gressumis &c., ad 5 libras 3 sol., necnon terras de *lie* Straid (per D. Quintigernum M'Gee vicarium de Halywode occupatas), extenden. ad 14 sol., in dominio de Halywode, vic. Drumfreis :—REDDEND. dicto monast. summas suprascriptas, (et) in augmentationem rentalis 6 sol. 8 den.; et asportando &c. (*ut sup.*); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—INSUPER dicti Tho. &c. voluerunt quod unica sasina apud Mossyde sumenda pro omnibus staret :—TEST. Andrea Edyar, Herberto Maxwell, Archibaldo Maxwell :—Apud dictum monasterium, 14 Oct. 1559] :—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret regine tertie parti fructuum dicti monasterii :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 599.

1774. Apud Edinburgh, 15 Mar. REGINA confirmavit PATRICIO GARDIN de eodem—terras et baroniam de Gardin, cum manerie et molendino vulgo Dentoun de Gardin nuncupato, terras de Myddiltoun et Eistertoun nuncupat. Legatistoun, prius in baroniam de Gardin incorporatas, necnon terras de Precioke et Freoke, cum communitate et communi pastura in moro regio de Montrewmonth, cum libero *lie lonyng* ab aliqua parte dictarum terrarum cum bonis, focalibus aut aliis ad dict. morum, vic. Forfar;—quas idem Pat. personaliter resignavit; et quas omnes regina, pro ejus bono servitio, de novo incorporavit in liberam baroniam de Gardin :—TENEND. dicto Patricio et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis quibuscunque, arma et cognomen de Gardin gerentibus, quibus def., Davidi G. de Conwalsythe feodatario de Leyis, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., Alexandro G. de Burrofeild et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro G. de Blakfuird et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Pat. arma et cognomen de Gardin gerentibus :—REDDEND. par chirothecarum nomine albe firme; quam albam firmam pro Precioke et Freoke dandam regina (pro servitio per dictum Pat., ejus consanguineos et amicos turbulentis temporibus retroactis impenso propriis sumptibus) declaravit tam sufficientem esse ac si dicte terre ex antiquo in alba firma tente fuissent, non obstante quod antea per servitium warde tenebantur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 612.

1775. Apud Edinburgh, 17 Mar.
REGINA confirmavit et, pro servitio sibi impenso et impendendo, quitteclamavit JOHANNI LICHTOUN de Ullishavin—terras ac baroniam de Ullishavin, cum villa, turre, fortalicio, manerio, molendino, portubus, piscariis et villa piscaria earundem, terras de Campsis, Kynnaird et Brigend, vic. Forfare; terras de Dullydyis, Straith, et molendinum earundem, vic. Kincardin; —quas idem Joh. personaliter resignavit; et quas regina incorporavit in liberam baroniam de Ullishavin:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Patricio L. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto L. filio et heredi quondam Jacobi L. burgensis de Montros, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni L. in Ethie et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Richardo L. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Davidi L. fratri ejusdem germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Duncano L. fratri ejusdem germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Joh. L. de U. quibuscunque, cognomen et arma familie de Ullishavin gerentibus:—TEST. 35. 55. 48. 53. 54. 36. xxxii. 606.

1776. Apud Edinburgh, 24 Mar.
REGINA,—pro ardenti zelo ob equabilem ordinem inter subditos suos preservandum, considerans se ex officio teneri munus erga Deum complecti debere, et omni honesto modo pro ministris Verbi Dei providere, et ut hospitalia pauperibus, mutilatis et miseris personis, orphanis et parentibus destitutis infantibus preservarentur,—cum avisamento dominorum secreti concilii sui, concesssit preposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE HADINGTOUN, et eorum successoribus,—omnes terras, tenementa, domos, edificia, ecclesias, capellas, hortos, pomeria, croftas, annuos redditus, firmas et elimosinas *lie daill silver*, obitus et anniversaria quecunque, pertinen. ad quascunque capellanias, altaragia, prebendarias, in quacunque ecclesia, capella aut collegio infra libertatem dicti burgi fundat., cum maneriis, locis, pomeriis, terris, annuis redditibus et devoriis qui Fratribus dicti burgi pertinuerunt, cum terris, domibus tenementisque infra dictum burgum et libertatem ejusdem, cum omnibus annuis redditibus infra dict. burgum levandis quibuscunque capellaniis, altaragiis, ecclesiis, mortuariis aut anniversariis ubicunque infra Scotiam, ac cum annuis redditibus et aliis devoriis qui per quamcunque ecclesiam extra dictum burgum de communi redditu ejusdem pro suffragiis celebrandis demandari possent:—TENEND. cum potestate dict. annuos redditus &c. in hospitalia aut similes usus legitimos, cum avisamento ministrorum et seniorum dicti burgi, applicandi; dicti autem prepositus &c. tenerentur ministros, lectores et alia ecclesiastica onera dictis annuis redditibus &c. secundum eorum valorem sustinere:—ITAQUE regina,—considerans quanta fraude ingens numerus dictorum prebendariorum &c. post alterationem religionis suas terras &c. in manibus particularium virorum extradonassent, ac quod plerique legii terras &c. per suos predecessores mortificatas per brevia capelle aut alias tanquam heredes dictorum predecessorum recuperassent, partim negligentia officiariorum dicti burgi et partim collusione dict. prebendariorum &c.,—omnes tales alienationes annullavit; et incorporavit dict. terras &c. in unum corpus appellandum FUNDATIO REGIA MINISTERII ET HOSPITALITATIS DE HADINGTOUN:—RESERVANDO capellanis, prebendariis et Fratribus ante dictam alterationem provisis usum fructuum durante eorum vita:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 371.

ANNO DOMINI 1567. ANNO REGNI 25.

1777. Apud Edinburgh, 25 Mar.
REGINA, tanquam tutrix filio suo primogenito Jacobo principi et senescallo Scotie, duci de Rothissay, comiti de Carrik &c., baroni de Renfrew, confirmavit cartam Willelmi Hall, feodatarii terrarum subscriptarum,—[qua, pro pecuniarum summis, gratitudinibus &c. sibi impensis, vendidit

ADAMO HALL—3 librat. terrarum antiqui extentus de Foulbar et Serjandlaw, cum tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew :—TENEND. dicto Ad. hereditarie, quo deficiente, Davidi H. ejus filio et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Dav. quibuscunque, de dicto principe :—REDDEND. jura et servitia prius debita et consueta, cum servitio warde et relevii cum contingeret :—RESERVATIS libero tenemento Arthuro Hall patri dicti Willelmi, et post ejus decessum dicto Willelmo, necnon rationabili tertia Margarete Touris matri dicti Willelmi cum contingeret :—cum precepto sasine directo Johanni Knok de Mylburne :—TEST. M. Johanne Hall, Willelmo Hiegait, Johanne Scot :—Apud Glasgw, 21 Mar. 1566] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 161.

1778. Apud Edinburgh, 26 Mar.

REGINA confirmavit cartam factam per Pat. episc. Moravien. commendatariumque perpetuum de Scona, et per conventum ejusdem,—[qua concesserunt JOHANNI DUNCANE in *lie* Mot de Errole commoranti, in vitali redditu, et PETRO DUNCANE filio inter eum et Jonetam Fyffe tunc ejus sponsam genito, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. quibuscunque et assignatis non majoris potentie,—2 acras terrarum de Clene, cum toftis et croftis, cum decimis garbalibus earundem (tunc per Jonetam Tait relictam Symonis Quhyt occupatas), in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth ;—quas Joh. Quhyt frater dicti Sym. personaliter in favorem dictorum Joh. et Petri resignavit :—TENEND. de dicto monast. in feudifirma ; cum pastura 3 vaccarum cum sequelis et unius jumenti cum sequela in *lie commonte* de Clene :—REDDEND. annuatim pro terris 14 sol., pro decimas 1 bollam 2 firlotas ordei ; et lucrando et importando ad dictum monast., sive ad maneriem de Clene ad placitum dict. commendatarii &c., 2 acras feni de prato de Clene, sumptibus dict. Joh. D. &c. ; cum presentiis ad tria placita capitalia apud dictum monast. sive alibi infra dictam regalitatem, et in aliis curiis dicti monast. dum premuniti essent, et in itinere justiciarie dicti monast. cum contingeret ; et interessent cum dict. commendatario &c. in guerris sive exercitibus regiis quoties opus foret, armati juxta valorem dict. terrarum et secundum eorum opes, propriis sumptibus ; necnon dictis commendatario &c., quoties requisiti essent, sumptibus dicti monast. servirent ; cum aliis areagiis, careagiis, devoriis, servitiis consuetis ; et solvendo 28 sol. in introitu heredum aut assignatorum ; cum astrictis multuris aliisque devoriis et servitiis molendino de Clene incumben. ; et si deficerent in solutione dict. 14 sol. per duos terminos in tertium concurrentes, aut in solutione dicti ordei per unam croppam in secundam concurrentem, seu in dictis servitiis, hec locatio expiraret : —PROVISO quod non liceret dictis Joh. D. &c. petas effodere marresio de Clene absque speciali licentia dict. commendatarii &c. :—RESERVATIS dicto monasterio manerie sive mansione de Clene, cum capella, hortis, pomeriis, 3 acris vocat. *the Gardnaris-land* de C., cum pastura 2 vaccarum cum sequelis et unius jumenti cum sequela in *lie Outfeild* de C., stabulisque et aliis domibus dicte mansionis, cum pratis et *lie park* ac silva de C., liberoque introitu et exitu gregibus ovium matricum *lie zoy flokkis* seu aliarum ovium de Pavinschill ex occidentali et australi, ac pastura *lie wedder flokkis* de Petlowy et aliarum ovium matricum ex boreali et orientali partibus ; ac potestate lucrandi petas in *lie myre* de Clene, necnon aliis personis fodiendi petas in eadem *lie myre* licentiam prebendi, et lucrandi cespites seu glebas, vulgariter *faill or duvatis*, in *lie commonte* de Clene ad reparationem dict. maneriei &c. :—SALVO quod liceret dictis Joh. D. &c. colligere *lie vatlis* et *fallyne tymmer* de dicta silva pro reparatione et edificatione domorum necessaria, ex discretione dict. commendatarii &c. :—cum precepto sasine directo Johanni Hay de Kyis (Leyis ?) :—TEST. M. Joh. Dowglas vicario de Galstoun, Alex. Blair camerario dicti episc., Jac. Abircrumby, Davide Cuming, Joh. Bunche :—Apud dictum monast., 25 Sept. 1563] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 129.

1779. Apud Edinburgh, 10 Apr. REGINA confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua,—pro summa pecuniaria persoluta ad sublevanda onera ac restituendam ruinam dicti monast., et pro auxiliis &c.,—ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI CAMPBELL, filio quondam Roberti C. burgensis de Air,—tertiam partem terrarum de Chappeltoun (per Wil. Rottray cultam), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth :—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Joh. arma et cognomen de Campbell gerentibus quibuscunque, de dicto monasterio :—REDDEND. 6 libras tanquam firmam antiquam (gressumis in eadem computatis), et 10 sol. augmentationis, 2 bollas avenarum, 12 gallinas aut gallos vulgo *pultrie*; cum importatione dicto monast. de terra uliginosa de Drymmeis vel de terris aliorum dominorum vicinorum (habita prius per dictum monasterium facultate), 6 plaustrata glebarum in plaustris dicti monast., equis et bobus dict. Joh. &c., sumptibus dicti monasterii consuetis, vel 6 equorum onera glebarum pro quolibet plaustrato; vecturamque prestando importationi halicum extra civitatem Glasguensem, et vecturam longinquam plumbi, ferri, stanni, tegularum, calcis, lignorum, carbonum et aliarum rerum dicto monasterio necessariarum, in plaustris dicti monast. cum equis et bobus dictorum Joh. &c.; ac multuram astrictam et debitam reddendo molendino cereali de Blakraw; salarium justum et consuetum sacellano B.V.M. de Bennethy clericoque parochiali ejusdem, et dicti monast. cimbe de Yliff consuet.; necnon duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; edificandoque mansionem ac faciendo politiam solo correspondentem; necnon cum dictis abbate &c. ambulando, equitando, fortificando et partem capiendo in defensione dicti monast. privilegiorum &c., et in guerris regiis contra veteres hostes regnum invadentes, cum servitio sicut dicte terre antea persolverunt; et si deficerent in solutione firme aut aliquo premissorum infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictis terris distringere pro debitis, cum 20 sol. pro dampno et interesse convento; si autem dictas terras alienarent, primo eas dictis abbati &c. offerrent, qui si renuerent, dicti Joh. &c. eas alienare possent quibuscunque personis non majoris status :—SALVIS dicto monast. curiis, cum earum exitibus et bluduetis :—TEST. Jacobo Hering de Glasclone, Jac. Hering de Westir Gormo, Wil. Blair de Balgillo, Tho. Kennedy de Kyncreich, Colino Campbell de Crunan, D. Joh. Hammill a Kippane prebendario, M. Davide Campbell, Joh. Robesoun notario publico: —Apud dictum monast., 2 Jan. 1558]:— TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 163.

1780. Apud Edinburgh, 10 Apr. REGINA confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., ac pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI CAMPBELL filio naturali M. Davidis C., heredibus ejus, successoribus et assignatis subscriptis,—octavam partem terrarum occidentalis lateris ville de Balbrogy (per Joh. Thom occupatam), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth: —TENEND. dicto Joh. C. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Colino C. ejus fratri et heredibus ejus masculis arma et cognomen de Campbell gerentibus quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 3 lib. 6 sol. 8 den. tanquam firmam antiquam, et 13 sol. 4 den. augmentationis, cum 12 pultreis, et 5 bollis avenarum ad equorum pabulum, ceterisque vecturis debitis et servitiis consuet.; cum astrictis multuris molendino de Kethik; effodiendo aptaque foco et furno faciendo in terra uliginosa de Balbrogiis, sive in terris aliorum dominorum tam vicinorum, 33 plaustrata glebarum; et adportando ad dictum monast. in plaustris dicti monast., servitoribus, equis et bobus dict. Joh. C. &c., 16 plaustrata earundem, sumptibus dicti monast. consuetis; et interessent cum dictis abbate &c. in guerris regiis armati ut deceret propriis sumptibus, ac dictis abbati &c. in rebus licitis sumptibus dict. abbatis

&c. servirent; et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictis terris distringere pro debitis, cum 10 sol. pro dampno et interesse convento:—cum precepto sasine directo Joanni Boyd et Willelmo Setoun:—TEST. Wil. Blair de Balgillo, Johanne Forbes de Tolleis, Joh. Scrymgeour constabulario de Dunde, Colino Campbell de Crunan, Joh. Robesoun notario publico:—Apud dictum monasterium, 5 Feb. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 607.

1781. Apud Edinburgh, 10 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua,—pro pecuniarum summis per Tho. Campbell persolutis ad sublevanda onera &c., et signanter pro ejus persistentia et servitio circa defensionem dicti monast. contra insultus et comminationes multorum magnatum laicorum eorumque inferiorum regni Scotie iis diebus orthodoxe fidei contrariorum, multaque sacra loca destruentium, dictumque monast. armata manu invadere frequenter et destruere conantium,—ad feudifirmam dimiserunt ARCHIBALDO CAMPBELL, filio legitimo dicto Thome primogenitoque,—octavam partem terrarum ville de Kethik (per dictum Tho. cultam), et terras de Coltward, infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth:—TENEND. dicto Arch. et herdibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Colino C. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Arch. arma et cognomen de Campbell gerentibus, et ejus assignatis quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 7 lib. 8 sol. tanquam firmam antiquam (girsumis in eadem computatis), et 12 sol. 4 den. augmentationis, cum 30 gallis et gallinis vulgo *pultre*, et 2 bollis avenarum; ac cum importatione dicto monast. de moro Monkell, Ledcassy, aut ubicunque commodius haberi possent, 16 plaustrata glebarum aut cespitum, vulgo *turffis*, in plaustris dicti monast., servitoribus, equis et bobus dict. Arch. &c., cum ceteris vecturis et servitiis debitis et consuetis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; et si deficerent in solutione dicte firme aut aliquo premissorum infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictis terris distringere pro debitis, cum 12 sol. pro dampno et interesse convento; et si dictas terras venderent, primo eas dictis abbati &c. offerent, qui si recusarent, liceret eas alienare quibuscunque personis non majoris status; multuramque astrictam et debitam redderent molendino cereali de Kethik, et salarium justum et consuetum cimbe de Ylyf:—SALVIS dicto monasterio curiis cum earum exitibus et bludewitis:—TEST. Dunc. Campbell de Glenlyoun, Jac. Hering de Glasclune, Wil. Blair de Balgillo, Joh. B. ejus filio, Colino Campbell de Crunan, Joh. Robesoun notario publico:—Apud dictum monast., 20 Jun. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 608.

1782. Apud Edinburgh, 14 Apr.

REGINA,—*pro causis in carta* 1776 *contentis*,—cum avisamento dominorum secreti concilii, concessit preposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE AIR, et eorum successoribus,—terras, tenementa, domus, edificia, ecclesias, capellas, pomeria, ortos, acras, croftas, annuos redditus, molendina, piscationes, fructus, devoria, firmas, elemosinas *lie dailsilver*, obitus et anniversaria quecunque, qui pertinuerunt ad quascunque capellanias, altaragia, prebendas in quacunque ecclesia, capella aut collegio infra libertatem aut parochiam dicti burgi, ubicunque dicte terre &c. jacerent; cum molendinis, locis, hortis, acris, terris, annuis redditibus, emolumentis et devoriis quibuscunque qui Fratribus Predicatoribus seu Dominicalibus, et Minoribus seu Franciscanis dicti burgi pertinuerunt; cum terris, domibus, tenementis, annuis redditibus infra dict. burgum &c., datis quibuscunque capellanis, altaragiis, Fratribus, mortuariis aut anniversariis infra Scotiam; cum annuis redditibus et aliis devoriis qui per quamcunque ecclesiam extra dict. burgum de communi redditu ejusdem demandari possent:—TEST. cum potestate dict. redditus in hospitalia aut alios similes usus legitimos,

cum avisamento ministrorum et seniorum dicti burgi, applicandi; dicti autem prepositus &c. tenerentur ministros, lectores et alia ecclesiastica onera dictis annuis redditibus &c. secundum valorem eorundem sustinere:—ITAQUE regina alienationes per prebendarios &c. post alterationem religionis factas, et sasinas quas plerique obtinuerant de terris &c. per predecessores suos mortificatis, annullavit; et incorporavit dictas terras &c. in unum corpus appellandum FUNDATIO REGIA MINISTERII ET HOSPITALITATIS BURGI DE AIR:—RESERVANDO capellanis, prebendariis et Fratribus ante dictam alterationem provisis usum fructuum durante eorum vita:—TEST. 35. 55. 52. 53. 54. 36. xxxii. 322.

1783. Apud Edinburgh, 15 Apr.
REGINA concessit et, pro servitio sibi impenso et impendendo, quitteclamavit ROBERTO MOWBRAY filio et heredi quondam Andree M. burgensis de Edinburgh, et JONETE CANT ejus conjugi,—terras de Kirktounhill et Murehous, in Lawderdaill, vic. Berwik; terras de Quhitlaw, vic. Edinburgh;—quas Walterus Cant ballivus ville de Leith personaliter resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Roberti quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 540.

1784. Apud Edinburgh, 18 Apr.
REGINA, pro bono servitio, concessit DAVIDI BALFOUR, filio et heredi apparenti Davidis B. de Inchery,—terras de Inchery, in dominio et senesc. de Fyfe;—que regine devenerunt quia dictus David senior eas aut majorem earum partem alienavit absque licentia, non obstante quod in infeofamento dict. terrarum ei et quondam Katherine Crammy ejus sponse per Jac. V. regem (de data 16 Jul. 15. . .) confecto provisum est quod non liceret eas in toto vel in parte alienare absque consensu regio:—TENEND. dicto Davidi juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque:—REDDEND. annuatim 16 marcas; et blada ac grana super dict. terris crescentia molendo apud alterum molendinorum regiorum, viz. *lie* Denemylne seu Wodmylne, et multuras consuetas persolvendo; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum: necnon edificando bonum et largum ortum fossatum et circumseptum cum esculis, salicibus, alnis seu trimulis, ac cum plantatione fraxinorum, platanorum et ulmorum, viz. pro qualibet marcata argenti 3 arbores; cum seminatione murice, sustentatione nemorum et lucorum per fossationem seu custodiam; seminando linum et canapem extra ortum caulium; et habendo prata ubi commode haberi possent; et non liceret dictas terras in toto vel in parte alienare absque consensu regio; et essent parati et armati in guerris sive aliis particularibus exercitibus regiis accedere, secundum tenorem acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 601.

1785. Apud Edinburgh, 19 Apr.
REGINA confirmavit cartam Davidis Stewart, rectoris de Erskyne, canonici Glasguen.,—[qua,—cum consensu decani et capituli Glasguen.,—pro magnis pecuniarum summis sibi pro relevamine suo de certis debitis pro sustentatione sua contractis turbato tempore elapso persolutis, ad feudifirmam dimisit (quondam) GEORGIO ELPHINGSTOUN filio et heredi quond. Georgii E. burgensis de Glasgw, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 librat. terrarum antiqui extentus de Blythwod, in parochia de Glasgw, vic. Lanark:—REDDEND. dicto rectori 5 marcas tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum;—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Stewart fratre germano dicti Dav., Wil. Morisoun scissore burgen. de Edinburgh, M. Joh. Portarfeild de eodem, Wil. P. ejus filio et herede apparente, Jac. Lindesay in Syde, Hen. Patersoun:—Apud Edinburgh, 1 Maii 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 162.

1786. Apud Edinburgh, 21 Apr.
REGINA confirmavit cartam Patricii

Lyoun, preceptoris hospitalis de Balgowny-Esse,—[qua, pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit JOHANNI LYOUN filio et heredi apparenti Johannis L. de Haltoun, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Balgowny-Esse, cum molendino et terris molendinariis, vic. Forfare :—REDDEND. dicto preceptori 6 lib. 13 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—cum precepto sasine directo Johanni Culles: —TEST. Georgio Lyoun in Balgowny, Joh. Cullace, Joh. Strauchin, Pat. Allan, Alex. Lindesay notario publico :—Apud Balgowny, 17 Jul. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 155.

1787. Apud Dunbar, 26 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per Joh. abbatem de Lundoris, et ejusdem conventum,—[qua constituerunt DAVIDEM BARCLAY de Cullerny (cujus avus et pater dicto monasterio inservierunt), et heredes masc. ejus de corpore legitime procreatos, quibus deficientibus, heredes dicti Dav. masculos propinquiores quoscunque, —ballivos suos generales ad omnes terras, baronias, tenandrias, annuos redditus et possessiones quascunque dicti monast. tam in burgo quam extra burgum baronie sue infra Fyffe, et ad terras et baroniam de Eglismagrill infra Stratherne; et concesserunt eis pro annuo feodo dicti officii 100 libras, et in contentationem dicte summe firmas &c. terrarum de Eglismagrill cum molendino ejusdem, et Cluny, in Stratherne, Haltounhill et octave partis de Grange, terrarum per Wil. Adesone occupatarum, in Fyffe; et voluerunt quod dicti David &c. in hospitio sufficiente cum servis et equis, cum in dicto monasterio deverterent, sicut ejus avus et pater intra dictum monast. recipiebantur, dicti monast. sumptibus sustentarentur:—cum precepto sasine directo Jacobo Calvy burgensi Novi burgi, et Jacobo Philipe de Ormstoun:—TEST. M. Jac. Leslie rectore de Rothes, And. Pitcarne de Innernethy, Geo. Lesly in Heicheme, Jac. Calvy et Stephano Orme burgen. de Newburgh:—Apud dictum monast., 20 Feb. 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 534.

1788. Apud Dunbar, 27 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro 500 libris nomine gressume persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ALEXANDRO JAKSOUN in Wetterybuttis, et ANNABELLE CAMPBELL ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et ROBERTO JAKSOUN eorum filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo J. fratri germano dicti Roberti, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Edmundo J. eorum fratri juniori, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Alex. et ejus assignatis quibuscunque,—terras de Wetterybuttis cum toftis et croftis earundem in villa de Cars-grange (juxta toftam And. Powry), cum ceteris earum toftis, croftis et hortis, octavam partem terrarum de Cars-grange nuncupatam dimediam partem occidentalis quarte partis earundem, cum toftis et croftis (per dictos Alex. et An. occupat.), alteram octavam partem dictarum terrarum nuncupat. dimed. de Newbiging, cum toftis et croftis (per Annabellam Berny occupat.), 2 acras terrarum de Cars-grange que fuerunt olim Cristine Millar, tunc per dictum Alex. occupatas (inter terras Wil. Law capellani et acras Hen. Chalmer), cum toftis, croftis et hortis earundem, jacen. in dicta villa, inter toftas Hen. Chalmer et Pat. Galloway (super qua tofta liceret habere brasinam communem et privilegium ejusdem), et alteras 2 acras de Cars-grange (que fuerunt dicti Wil. Law, et quas idem in favorem dictorum Alex. &c. resignavit), jacen. ex parte boreali de *lie Pow* (juxta terras Tho. Turnbull), cum toftis et croftis earundem in dicta villa (inter toftas Joh. Jaksoun et And. Powry), cum parvo horto ex orientali stabuli dicti monasterii et boreali parte pomarii, jacen. infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth:—REDDEND. dicto monast. 23 libras 18 sol. 9 den. tanquam firmam antiquam, 4 lib. 13 sol. 4 den. pro gressuma, et 46 sol. 8 den. augmentationis, cum 9 duodenis et 8 pultreis, 10 bollis 2 modiis 2 batis avenarum nigrarum, ceterisque vecturis, ariagiis et careagiis; et dupli-

cando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; multuramque astrictam feudifirmario molendini de Bogmylne reddendo; et interessent cum dictis abbate &c. in guerris regiis armati ut deceret, sumptibus propriis; ac dictis abbati &c., cum requisiti essent, sumptibus dicti monast. servirent; et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dict. terris distringere pro debitis, cum 20 sol. pro dampno et interesse convento:—TEST. Wil. Blair de Balgillo, Joh. B. ejus filio et herede apparente, Thoma Kennedy feodatario de Coif, Johanne Campbell de Murthlie, Colino Campbell de Crunan, Joh. Robesoun notario publico:—Apud dictum monasterium, 10 Jan. 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 524.

1789. Apud Dunbar, 27 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua concesserunt JOHANNI JAKSOUN filio et heredi apparenti Thome J. in Murhousis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Murhousis (per dictum Thomam occupatas), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth;—quas Joh. Campbell filius et heres apparens Johannis C. de Lundeis militis, et Joneta Hering ejus sponsa domina conjuncte infeodationis, in favorem dicti Joh. Jaksoun resignaverunt:—TENEND. de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 9 lib. 14 sol. 4 den., cum 68 gallinis et gallis vulgo *pultrie*, 4 bollis 1 modio avenarum nigrarum, ceterisque vecturis et servitiis consuet.; multuramque astrictam liberam et siccam feudifirmario molendini de Bogmilne; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; et duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum et assignatorum; et interessent &c. (*ut in carta* 1788); et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dict. terris sine processu distringere pro debitis, cum 10 sol. pro dampno et interesse convento:—RESERVATO libero tenemento dicto Tho. et Margarete Cok ejus conjugi:—TEST. M. Davide Campbell de Deneheid, Willelmo Blayr de Balgillo, Johanne Blayr ejus filio, Johanne Hummill a Kippane prebendario, Johanne Campbell de Sowterhous, Colino Campbell de Crunan, Johanne Robesoun notario in premissis:—Apud dictum monasterium, 3 Maii 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxi. 536.

1790. Apud Dunbar, 27 Apr.

REGINA confirmavit cartam factam per F. And. Leche priorem et F. Joh. Law suppriorem Fratrum Predicatorum alias Universitatis Glasguen., et conventum ejusdem,—[qua,—quia diversi loci dicti Ordinis eversi sunt et Fratres ibi commorantes dispersi illo tempore tumultuario et plus quam periculoso, et quia Joh. Grahame filius Jacobi G. burgensis Glasguensis dictis Fratribus Glasguen. necessaria in extrema eorum necessitate ministravit, sine cujus presidio vitam agere non potuissent,—ad feudifirmam dimiserunt dicto JOHANNI GRAHAME (burgensi in Glasqw), et ISOBELLE LEVINGSTOUN ejus sponse,—magnum tenementum per dictum Johannem inhabitat., cum hortis dicto loco pertinentibus, cimiterio suo excepto (jacen. inter terras petagogii Glasguen., terras M. Adami Wallace, magnam ecclesiam dict. Fratrum, terras M. Davidis Wilsoun, Arch. Blakburne, M. Wil. Wyngyet et Wil. Donaldsoun, venellam Fratrum Predicatorum, venellam descendentem ad Malindonar, ac dictum torrentem):—TENEND. dictis Joh. G. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. G. quibuscunque, de dictis Fratribus:—REDDEND. annuatim 4 marcas:—PROVISO quod si dicti Fratres reponerentur et eorum Ordo restitueretur, regressum haberent ad dictos hortos (tenemento remanente cum dicto Johanne pro 3 marcis annuatim solvendis):—cum precepto sasine directo Matheo Heriot et Georgio Herbisoune:—Apud Glasqw, 13 Nov. 1560]:—INSUPER dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 154.

1791. Apud Dunbar, 27 Apr.
REGINA confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt ANDREE POWRY, et AGNETI HENDERSOUN ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et JOHANNI POWRY eorum filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 acras terrarum de Cars-grange per dictum And. cultas (ex quibus 2 acre jacebant in *lie* Redieland ante domos de Watterybuttis, inter terras Alex. Jaksoun, altere 2 acre ex orientali parte pomarii dicti monast., inter acras Jac. Galloway et Hen. Chalmer), cum toftis, domibus et hortis earundem, per dictum And. inhabitat. (inter toftas Jac. Galloway et Wil. Law capellani), super quibus toftis liceret habere brasinam communem et privilegium ejusdem, jacen. infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth:—REDDEND. dicto monasterio 40 sol. tanquam firmam antiquam, et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum 8 pultreis, et ceteris vecturis, ariagiis, careagiis et servitiis tam in guerris regalibus quam aliis consuetis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; et duplicando dict. 46 sol. 8 den. in introitu heredum et assignatorum; cum multuris astrictis feudifirmario molendini de Bogmylne consuetis; et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictis terris sine processu distringere pro debitis, cum 6 sol. 8 den. pro dampno et interesse convento:—cum precepto sasine directo Patricio Jaksoun alias Hendry:—TEST. Willelmo Blayr de Balgillo, Joh. B. ejus filio, Colino Campbell de Crunan, Johanne Robesoun notario publico:—Apud dictum monasterium, 10 Maii 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 157.

1792. Apud Dunbar, 28 Apr.
REGINA confirmavit et de novo dedit JOHANNI DOMINO GLAMMIS—terras et baroniam de Baky, cum turre, fortalicio, molendinis, lacu, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum, terras de Drumgleyis et Carden cum molendinis, lacum de Forfar Fallinche nuncupatum, cum insula, manerie, anguillarum cista *lie eill ark* et piscaria in eadem, terras de Drumgeith et Cossynnis, vic. Forfar; quarteriam ville et terrarum de Cullace, quarteriam ville et terrarum de Buttergask, terras de Litill Bello, cum tenandria de Benderrane et aliis tenentibus, tenandriis &c., tertiam partem terrarum et baronie de Forgoundeveny, cum molendinis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione capellanie earundem, vic. Perth;—quas idem Joh. personaliter resignavit; et quas regina de novo incorporavit in liberam baroniam de Baky:—TENEND. dicto Joh. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome Lyon ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni L. de Haltoun de Esse et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo L. de Eister Ogill et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Johanni L. de Culmalegy et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Joh. dom. G. quibuscunque, arma et cognomen de Lyoun gerentibus:—RESERVATO Domine Eliz. Abirnethy, sponse dicti Joh. dom. G., vitali redditu de Baky cum turre &c., et de Carden, Drumgleyis, molendino et Newtoun de Glammis in speciale warrantum earundem, cum rationabili tertia ceterarum cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxi. 525.

1793. Apud Dunbar, 28 Apr.
REGINA confirmavit et de novo dedit JOHANNI DOMINO GLAMMIS—terras thanagii de Glammis, cum molendinis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum earundem, terras, baroniam et thanagium de Tannades, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Forfar; terras et baroniam de Balhelwyis, cum tenentibus &c., ac cum tenandriis de Ardendracht et Collistoun, molendinis, piscationibus, turre, fortalicio et silvis, terras de Courtestoun et Drumgowane, cum molendinis, tenentibus &c., vic. Abirdene; terras et baroniam de Langforgund, cum molendinis, tenentibus &c., terras et baroniam de Inchesture, cum tenentibus &c., vic. Perth;—quas idem Joh. personaliter resignavit;

et quas regina de novo incorporavit in liberam baroniam de Glammis :—TENEND. *ut in carta* 1792 :—REDDEND. pro Glammis et Tannades 4 den. argenteos, pro Balhelwyis et dict. tenandriis 2 den., pro Courtestoun et Drumgowane 1 den., pro Langforgound 2 den., pro Inchesture 4 den. argenteos, nomine albe firme :—RESERVATA rationabili tertia Domine Eliz. Abirnethy sponse dicti Joh. cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 526.

1794. Apud Edinburgh, 30 Apr.

REGINA,—quia quondam Joh. Murray de Brochtoun erat homo voluptati deditus, et non solum partem terrarum suarum alienabat et dilapidabat, sed etiam suas evidentias posuit in manibus personarum que eas destruxerunt et restituere recusabant,—concessit et de novo dedit DAVIDI MURRAY apparenti de Brochtoun, filio dicti Joh., in vitali redditu, et ALEXANDRO MURRAY ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—10 marcatas terrarum de Mekill Brochtoun, et molendinum ejusdem, cum manerie, hortis, pomeriis, tenentibus &c., 5 marcat. antiqui extentus de Litill Brochtoun, vic. Wigtoun ; 10 marcat. de Kirkcossald, 5 marcat. de Barcly, terram dict. 20 solidatas prope, vulgo *the Tuenty-schilling-land-besyde*, ant. ext., cum tenentibus &c., in senesc. de Kirkcudbricht ;—quarum 18 solidatas de Barcly Jac. Murray filius quond. Simonis M. (cui a dicto Joh. appreciate erant), 30 solidatas de Kirkcossald Cristina Murray, Mariota Murray et Willelmus Dowglas (quibus equaliter pertinuerunt) resignaverunt ; cetere in manibus regine fuerunt ratione nonintroitus ob obitum dicti Joh. ;—que omnes (excepto Litill Brochtoun) de regina tenebantur in alba firma pro solutione 4 den. :—INSUPER regina univit ceteras dict. terras terris de Mekill Brochtoun :—SOLVEND. 4 den. albe firme :—TEST. 35. 55. 50. 53. 54. 36. xxxii. 492.

1795. Apud Dunbar, 1 Maii.

REGINA confirmavit cartam factam per Joh. Mowbray de Barnbowgall, cum consensu Eliz. Kirkcaldy ejus sponse, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., —[qua, pro summa pecunie sibi persoluta, vendidit GEORGIO DUNDAS de eodem, in vitali redditu, et ELIZABETH DUNDAS ejus filie legitime, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—quarteriam ville et terrarum suarum de Eist Cragy, cum 3 acris jacen. prope Cokilburne (per Jac. Daling et Cristinam Cuik ejus sponsam occupat.), in baronia sua de Dummany, vic. Linlithqw : —REDDEND. dicto Joh. unum den. albe firme :—cum clausula warrantizationis ab annuo redditu 40 librarum de dict. terris et villa quondam Andree Vigholme et Mariote Cutlar, heredibus eorum et assignatis alienato :—PROVISO quod quandocunque dictus Joh., heredes ejus et assignati, persolverent uno die inter solis ortum et occasum, infra ecclesiam parochialem de Dummany, summam 1800 marc., aut eam in manibus thesaurarii vel decani gilde burgi de Edinburgh consignarent, haberent regressum ad dict. terras: —cum precepto sasine directo Elisio Dundas :—TEST. Thoma Greg notario publico, Eliseo Dundas servitore dicti Geo., Joh. Stewart servitore dicti Joh. M., Alex. Burn servo dicti Geo., Nicholao Thownis notario publico ac scriba curiarum burgi et vic. de Linlithqw :—Apud Barnebowgall, 3 Maii 1567 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 158.

1796. Apud Edinburgum, 8 Maii.

REGINA concessit et de novo dedit WALTERO OGILWY, nepoti et heredi apparenti Jacobi O. de eodem et de Findletter,—terras et baroniam de Ogilwye, viz. Findlater, Deskfurde, cum molendinis, multuris, piscariis, silvis, forestis, *lie parkis*, turribus, fortaliciis, tenentibus &c., terras de Blairskynnauch, Castelfeild et Castellyairdis, cum officio constabularie de Culane, terras constabularias Pettinbringanis vocat., cum advocatione ecclesiarum et capellaniarum de Culane et Deskfurde, in baronia de Ogilwy per annexationem, vic. Banff ; piscariam super aqua de Ythane, cum tenentibus &c., vic. Abirdene ;—quas dictus Jac. (pro perimpletione contractus inter Jac. dom. Ogilwye ex una, et se pro se ipso et tanquam tutorem dativum dicti Walt. ex altera partibus, in libris concilii registrat.) resignavit :—INSUPER regina ratificavit

unionem dictarum terrarum &c. baronie de Ogilvy:—TENEND. dicto Waltero et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Jacobo O. de eodem et heredibus &c. (*ut. sup.*), quibus def., Jacobo dom. O. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro O. de Boyne et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio O. de Dunlugus et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. quibuscunque dicti Jacobi O. de eodem, arma et cognomen de Ogilwye gerentibus:—REDDEND. firmas feudifirme, devorias, jura et servitia debit. et consuet.:—RESERVATIS dicto Jac. O. de eodem libero tenemento, presentatione ecclesiarum &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 131.

1797. Apud Edinburgh, 11 Maii.
REGINA confirmavit cartam factam per Dominam Mariotam Hammiltoun priorissam de Ecclis, et conventum ejusdem,—[qua,—quoniam per inopiam post tot tamque duros casus terras infrascript. colere nequiverunt, et pro 2000 librarum persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt ALEXANDRO HAMMILTOUN de Innerweik, heredibus ejus et assignatis,—terras et villam de Ecclis (extenden. ad 16 terras husbandias), terras dominicales de Ecclis appellatas *lie* Manis (ad 16 ter. husb.), cum molendino, astrictis multuris et ceteris sequelis (inter terras Alexandri domini Hume nuncupatas Stanrig et Wrangomhill ex orientali, terras de Scheillis ad Pat. Hume de Reidbrayis spectan. ex australi, terras de Bangoswallis ad Joh. Hume de Coldenknowis militem et Ednem ad Joh. Edmestoun de eodem pertinen. ex occidentali, Eister Dudrig ad Geo. Hume de Aytoun spectan. ex boreali partibus), in dominio de Ecclis, vic. Berwik:—REDDEND. dicto monast. pro qualibet ter. husb. 20 sol. tanquam firmam antiquam pro dictis terris et villa consuetam (*lie* Manis antea minime assedatis), et 8 lib. in augmentationem rentalis, pro molendino 40 sol., et 6 sol. 8 den. augmentationis, extenden. in integro ad 42 libras 6 sol. 8 den.; cum aliis servitiis debitis et consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—INSUPER dict. Mariota &c. obligaverunt se dict. 2000 lib. restituere antequam in judicio pro reductione hujus infeofamenti audirentur:—cum precepto sasine directo Johanni Hammiltoun et Georgio Hume de Broxmouth:—TEST. Jac. Hammiltoun de Westhall, Roberto Scott scriba, Wil. Achesoun, Wil. Clerk, Joh. Hammiltoun, Jac. Lauder de Murcleuch, Jac. Bog, Alex. Hume burgen. Edinburgi, Jac. Hammiltoun in Wilcokholm, Rob. Barrie:—Apud dictum monast., 8 Maii 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxi. 537.

1798. Apud Edinburgh, 12 Maii.
REGINA confirmavit cartam quondam Johannis Sandelandis feodatarii terrarum et baronie de Calder-comitis,—[qua concessit JACOBO SANDELANDIS filio suo et heredi apparenti, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—terras et baroniam de Calder-comitis, cum palatio, manerie, silvis, molendinis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Edinburgh:—REDDEND. regine unum par calcarium deauratorum vel 2 sol. argenti nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento Jacobo S. de Calder militi, patri dicti Joh., et dicto Joh.:—TEST. Jac. Auld servitore dicti Joh., Patricio Muirheid in Nethir-myln, D. Wil. Kempioun notario publico:—Apud Calder, 8 Mar. 1552]:—TEST. 35. 55. 52. 53. 54. 36. xxxii. 615.

1799. Apud Halyruidhous, 14 Maii.
REGINA confirmavit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO DRUMMOND de Carnok militi, heredibus ejus et assignatis,—6⅔ septimas partes terrarum de Carnok, cum turre, fortalicio, hortis, columbariis, molendinis, multuris, carbonibus, carbonariis, septimam partem de Touchhill per Jo. Jarvye occupatam, septimam partem terrarum in occidentali parte de Plaine alias Cultquarter nuncupat. (per Jac. Makky occupat.), ⅔ partes de Carbrok, Carncaber et Durishall, in baronia de Plane, vic. Striviling; terras de Bannokburn, cum molendinis, multuris, carbonibus, carbonariis, advocatione capelle S. Niniani prope burgum de Striviling, in baronia de Arth-Bissait, vic. Striviling;—quas terras de Carnok (excepta tertia parte septime partis earundem) idem Rob., Bannokburne idem Rob.

et Domina Marjoria Elphingstoun ejus sponsa, ceterarum vitalem redditum dicta Mar., hereditatem dict. Rob., resignaverunt; et quas omnes, extendentes ad 14 libratas antiqui extentus, regina incorporavit in liberam baroniam de Carnok; et ratificavit decretum reductionis forisfacture contra quondam Alex. D. de Carnok, patrem dicti Roberti, deducte, cum decreto restitutionis dicti Alexandri, quamvis dict. decretum in minore etate regine datum fuit:—REDDEND. pro Bannokburne jura et servitia debita et consueta, pro ceteris 45 sol. 4 den. albe firme, cum sectis in curia justiciarie Laudonie infra vic. de Striviling:—RESERVATO dicte Mar. vitali redditu de Bannokburne:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 135.

1800. Apud Edinburgh, 13 Jun.

REGINA,—potestatem habens confirmationes concedendi nomine filii sui (Jacobi) principis et senescalli Scotie,—cum consensu sponsi sui Jacobi ducis Orchaden. com. de Bothuile dom. Halis, Creychtoun, Liddisdale, et magni admiralli Scotie, confirmavit cartam Alexandri Hammiltoun de Innerwik,—[qua concessit ALEXANDRO HAMMILTOUN filio suo primogenito, heredibus ejus et assignatis,—terras et dominium de Innerwik, cum castro, turre, fortalicio, molendino, piscationibus tam in aquis recentibus quam salsis, et cunicullariis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh, et infra vic. de Renfrew per annexationem:—TENEND. de dicto principe:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. seniori, necnon conjuncta infeodatione terrarum de Braidwod (que fuerunt parś dicti dominii) Issobelle Hume sponse sue, cum rationabili tertia onmium si contingeret:—TEST. Bartholomeo Hume, Jac. Pettegrew, Jac. Hammiltoun, Wil. Achesoun:—Apud Innerweik, 4 Jun. 1567]:—TEST. 35. 55. 52. 53. 54. 36. xxxii. 334.

TABLE OF NAMES OF WITNESSES TO THE FOREGOING CHARTERS OF QUEEN MARY.

1. GAWINUS, Archiepiscopus GLASGUENSIS.
2. GEORGIUS, Episcopus DUNKELDENSIS.
3. JACOBUS, Comes MORAVIE (Patruus Regine).
4. ARCHIBALDUS, Comes ERGADIE, Dominus Campbell et Lorne.
5. MALCOLMUS, Dominus FLEMYNG, Magnus Camerarius.
6. JACOBUS KYRKCALDY de Grange, Thesaurarius.
7. DAVID WOD de Crag, Compotorum Rotulator.
8. M. JACOBUS FOULIS de Colintoun, Clericus Rotulorum Registri ac Concilii.
9. M. THOMAS BELLENDEN de Auchnoule, Director Cancellarie.
10. GAWINUS, Archiepiscopus GLASGUENSIS, Cancellarius.
11. THOMAS MENZES de Pitfodalis, Compotorum Rotulator.
12. JOHANNES, Abbas de PASLETO, Thesaurarius ac Secreti Sigilli Custos.
13. DAVID, Cardinalis SANCTI ANDREE.
14. DAVID, Cardinalis SANCTI ANDREE, Cancellarius.
15. ANDREAS, Episcopus CANDIDECASE et Capelle Regie Strivelingensis.
16. GEORGIUS, Comes de ROTHES, Dominus Leslie.
17. M. THOMAS BELLENDEN de Auchnoule, Clericus Justiciarie.
18. M. JOHANNES BELLENDEN, Director Cancellarie.
19. GEORGIUS, Comes de ROTHES.
20. JOHANNES, Abbas de PASLETO, Thesaurarius.

21. Jacobus, Comes Moravie, Dominus Abirnethy, Patruus Regine.
22. Johannes, Abbas de Pasleto, Secreti Sigilli Custos.
23. Johannes, Episcopus Dunkeldensis, Thesaurarius.
24. Georgius, Comes de Huntlie, Dominus Gordoun et Badyenach.
25. Jacobus Hammyltoun de Stanehous, Director Cancellarie.
26. Willelmus, Dominus Ruthven (Flemyng, in carta 508), Secreti Sigilli Custos.
27. Johannes, Archiepiscopus Sancti Andree, Thesaurarius.
28. Georgius, Comes de Huntlie et Moravie, Dominus Gordoun et Badyenach, Cancellarius.
29. Georgius, Comes de Huntlie, Dominus Gordoun et Badyenauch, Cancellarius.
30. M. Johannes Bellenden (Bennatyne) de Auchnoule, Clericus Justiciarie.
31. M. Thomas Marjoribankis de Ratho, Clericus Rotulorum Registri ac Concilii.
32. M. Alexander Levyngstoun de Donypace, Director Cancellarie.
33. M. Thomas Marjoribankis, Clericus Rotulorum Registri ac Concilii.
34. Archibaldus, Comes Ergadie, Dominus Campbell et Lorne, Justiciarius.
35. Johannes (Gawinus, in carta 1782), Archiepiscopus Sancti Andree.
36. Johannes Bellenden de Auchnoule, Miles, Clericus Justiciarie.
37. Georgius, Commendatarius de Dunfermeling, Secreti Sigilli Custos.
38. Gilbertus, Comes de Cassillis, Dominus Kennedy, Thesaurarius.
39. Donaldus, Abbas de Cupro, Secreti Sigilli Custos.
40. M. Jacobus Makgill de Rankelour-Nethir, Clericus Rotulorum Registri ac Concilii.
41. Gilbertus, Comes de Cassillis, Thesaurarius.
42. Jacobus, Comes de Mortoun, Dominus Dalkeith.
43. Jacobus, Archiepiscopus Glasguensis.
44. Robertus, Episcopus Orchadensis.
45. Jacobus, Dominus Flemyng, Magnus Camerarius.
46. Jacobus, Comes de Boithuile, Dominus Halis et Creichtoun.
47. Archibaldus, Comes Ergadie, Dominus Campbell et Lorne, Justiciarius.
48. Jacobus, Comes de Boithuile, Dominus Halis et Creychtoun, Magnus Admirallus Scotie.
49. Willelmus, Episcopus Dunblanensis.
50. Jacobus, Comes de Boithuile, Dominus Halis, Creychtoun et Liddisdale, Magnus Admirallus Scotie.
51. Jacobus, Comes de Mortoun, Dominus Dalkeith, Cancellarius.
52. Willelmus, Comes Mariscalli, Dominus Keith.
53. Richardus Maitland de Lethingtoun, Eques Auratus, Secreti Sigilli Custos.
54. Jacobus Balfour de Pettindrech, Miles, Clericus Rotulorum Registri ac Concilii.
55. Georgius, Comes de Huntlie, Dominus Gordoun et Badyenoch, Cancellarius.

REGISTRUM MAGNI SIGILLI REGUM SCOTORUM.

REGNANTE JACOBO SEXTO.

ANNO REGNI 1. ANNO DOMINI 1567.

1801. Apud Edinburgh, 8 Sept.
REX,—cum consensu Jacobi com. Moravie domini Abirnethy, sui suorumque regni et liegiorum regentis,[1]—confirmavit cartam quondam M. Richardi Bothuile, prepositi ecclesie collegiate B. V. M. de Campis infra burgum de Edinburgh,—[qua, cum consensu capituli ejusdem, ad feudifirmam dimisit (quond.) WILLELMO ANDERSOUN burgensi de Edinburgh, et MARIOTE ADAMSOUN ejus conjugi,—terras ecclesiasticas vicarie sue ecclesie de Levingstoun (per Joh. Lochcotis, Petrum Hammiltoun et Rob. Douglas de Pumphrestoun occupatas), extenden. in rentali suo ad 12½ marcas, vic. (Linlithqw);—que vicaria in dict. prepositura ab antiquo erecta extitit: —TENEND. dictis Wil. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque, de dicto preposito:—REDDEND. annuatim 13 marcas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. D. . . . . Flemyng rectore de Pincartoun, D. Jac. Lindesay, Joh. Barroun, Tho. Johnnstoun, M. Malc. Reche notario publico:—Apud ecclesiam de Campis, 10 Apr. 1543]: —TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 6. xxv. 387.

1802. Apud Edinburgh, 12 Nov.
REX et regens Scotie,—intelligentes quod D. Symon Prestoun de eodem miles, prepositus burgi de Edinburgh, animo fuit ad construendum et dotandum hospitale honestis indigentibus et impotentibus personis, senibus, egrotis, incolis burgi de Edinburgh, et aliis qui idonei essent inventi ad acceptand. talia beneficia,—cum consensu dominorum secreti concilii, pro bono servitio dicti Sym., concesserunt dicto Sym. et ejus successoribus prepositis, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE EDINBURGH, —ecclesiam collegiatam Trinitatis, cum cimiterio, domibus, edificiis ruinatis et edificatis, pomeriis, hortis, croftis, columbario, per prepositum et prebendarios dicte ecclesie prius occupat., cum loco et parte cum edificiis et hortis hospitalis Trinitatis, vulgo *Trinitie hospitall*, dicte ecclesie adjacen., cum horto ex parte occidentali ejusdem, jacen. ad caudam vici seu vinelle vocat. Leyth-wynde, in manibus regis existentes tanquam patroni dictorum collegii et loci per ordinem statutorum a tempore reforma-

[1] So in all charters up to No. 1922 inclusive; except that the Regent is sometimes styled also "avunculus regis."

tionis religionis nuper ordinat.;—pro constructione dicti hospitalis pro sustentatione pauperum et egrotorum per ipsos infra idem locandorum, et nulli alii usui:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—PROVISO quod hec donatio preposito et prebendariis dicte ecclesie juxta eorum infeofamenta tantorum pauperum vocat. *beidmen* in dicto hospitali tunc locatorum minime prejudicaret:—TEST. 7. 2. 3. 8. 5. 6.

xxxii. 613.

1803. Apud Edinburgh, 30 Nov.

REX &c., concessit THOME SCOTT de Abbottishall, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Kincraig, viz. dimedietatem terrarum de K. cum cuniculis et cunicularíis, cum terris dominicalibus, integro messuagio, loco et mansione dict. terrarum, vic. Fyffe; terras de Aulderstoun, Pettercraig, Caponnflat, Plewland, Pethdailis, et superioritatem acrarum jacentium inter Clerkingtoun et Sammelstoun, cum tenentibus &c., in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quas Alex. Gowrlaw de Kincraig in manibus regentis personaliter resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 59.

1804. Apud Edinburgh, 4 Jan.

REX &c., ratificavit donationem episcopatus Candidecase, et abbatie de Toungland eidem annexate, per suos patrem et matrem factam M. JOANNI GORDOUN consanguineo germano Georgii com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenoch &c., pro ejus vita,—per resignationem Alexandri tunc episcopi ejusdem:—DEMPTO tamen officio commissariatus et consistorie ejusdem, donec ordo ulterior caperetur:—ac voluit quod omnia beneficia per dictam donationem ad ejus dispositionem pertinentia, qualificatis et doctis hominibus, cum consensu ecclesie reformate vel talium personarum que pro ministrorum admissione forent electe, concederentur:—et,—informatus existens de qualificatione singulari dicti Jo., et quod in Hebraica, Caldica, Syriaca, Greca et Latina linguis bene eruditus fuit, et quod vehementer per integram ecclesiam et ministros regni sui desideratus est preferre dictum Jo. dignitati ecclesiastice pro subditorum suorum instructione,—dictos episcopatum et abbatiam, loca, domos, pomaria et hortos eorundem, cum ecclesiis, terris, decimis, emolumentis, casualitatibus, commoditatibus, terris dominicalibus *lie* Manis, mansionibus, privilegiis regalitatum et aliis proficuis et privilegiis quibuscunque, de novo ei dedit;—cum potestate pro reductione feudifirmarum et assedationum in diminutionem veteris rentalis ab ultima religionis reformatione locat. vocandi (exonerando omnes pensiones a decessu episcopi Andree Dury datas); et omni ecclesiastica jurisdictione utendi, et omnia beneficia infra dict. jurisdictionem (exceptis prius exceptis) dandi.

xxxv. 797.

1805. Apud Edinburgh, 5 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per Jacobum Hepburne decanum Dunkeldensem, Davidem Spens archidiaconum, Gilb. Banerman de Cragy, Michaelem Walker de Monyde, Joh. Bartane de Forgundyne, And. Abircrumie de Mukkersy, Rob. Grahame de Alyth prebendarios, dicte ecclesie canonicos,—[qua,—cum consensu Roberti episc. Dunkelden.,—pro summa pecuniaria persoluta sibi pro sustentatione nonnullorum onerum dicte ecclesie, ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI COMITI ATHOLIE, et MARGARETE FLEMYNG ejus sponse,—terras ecclesiasticas ecclesie sue de Fortergill, viz. terras de Westir Drumcharre et Arddaisycht, cum decimis tam rectorie quam vicarie earundem, que temporibus retroactis a trunco minime separari solebant, cum toftis et croftis, in baronia de Fortergill, vic. Perth; quarum dictus Joh. possessor ab antiquo juri possessionis suorum predecessorum firmariorum successerat:—EXCEPTIS manso, et quarta parte ville de Ardaissycht dicto manso adjacente, cum libera pastura animalium secundum quantitatem dicte quarte partis, vicario pensionario de Fortergill spectantibus:—TENEND. dictis Joh. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Johannis quibuscunque, de dictis canonicis:—REDDEND. 4 lib. tanquam antiquam firmam, et 20 sol. augmentationis; necnon duplicando

feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Georgio Leslie de Urquhill:—TEST. D. Tho. Irwing capellano, Joh. Irwing incola Dunkelden., Joh. Narne, Joh. Hall, Alex. Irwing, servis familiaribus dicti decani:—Apud civitatem Dunkelden., 12 Oct. 1566]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 610.

1806. Apud Edinburgh, 11 Jan.
REX &c., dedit literas legitimationis JOHANNI LOGANE bastardo, filio naturali M. Niniani L. xxxii. 86.

1807. Apud Edinburgh, 12 Jan.
REX &c., confirmavit cartam Johannis commendatarii de Abirbrothok,—[qua,—pro impletione contractus initi inter se et D. Wil. Hammiltoune de Sanchar militem, de data apud Hammiltoune, 29 Sept. 1567, —vendidit dicto D. WILLELMO HAMMILTOUNE, et Domine JONETE CAMPBELL ejus sponse,—terras et baroniam de Barneweill et Symontoune, cum molendino, tenentibus &c. (que olim quondam Willelmo dom. de Hereis pertinuerunt), in balliatu de Kyle-stewart, vic. Air:—TENEND. dictis Wil. H. et Jonete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Wil. H. quibuscunque et assignatis, de rege tanquam senescallo Scotie:—cum precepto sasine directo Johanni Hammiltoune de Bothwell:—TEST. D. Andrea Hammiltoune de Goslingtoun milite, Jacobo Robertoune de Ernok, Jac. Hammiltoune de Ruchbank, Joh. Hammiltoune de Auchtegemmill, Jac. Baxter, Joh. Hammiltoune in Bothwell, servitoribus dicti commendatarii:—Apud Hammiltoune, 30 Sept. 1567]:—TEST. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxiii. 199.

1808. Apud Edinburgh, 13 Jan.
REX &c., concessit ROBERTO MAXWELL de Cowhill, et ELIZABETH MAXWELL domine Tyndaill ejus sponse, —40 marcat. terrarum antiqui extentus de Dunwedie, cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., in senescallatu de Annanderdaill, vic. Drumfreis;—quas Jaanna Dunwedie de eodem, cum consensu Johannis Maxwell sponsi sui (fratris germani dicti Roberti) pro ejus interesse, resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, aliis heredibus dicti Rob. de corpore legit. procreandis, quibus def., dictis Jaanne et Joh. in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Joh. quibuscunque:—TEST. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxii. 60.

1809. Apud Edinburgh, 25 Jan.
REX &c., confirmavit cartam factam per Leonardum commendatarium perpetuum de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua,—pro 2000 lib. persolutis ac pro expeditione bullarum suarum et reparatione domorum dicti monast. tunc pro majori parte destructarum exponendis, et pro aliis consiliis &c., —ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI ATHOLIE COMITI dom. de Balvany &c., heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—terras de Wester Drymmeis, cum molendino, piscationibus, silvis, decimis garbalibus que a trunco nunquam separate fuerunt, cum annexis &c. (extendentes in rentali suo ad 56 bollas ordei, 6 lib. monete, 24 capones, cum adportatione dicto monast. 64 equorum onera glebarum, cum areagiis, careagiis, et servitiis consuet.), terras de Nether Campsy, cum acra sub rupe, acra S. Adamnani, crofto nuncupato Cadgear-croft, loco, manerie et messuagio earundem, piscatione nuncupat. Lyn de Campsy ceterisque piscationibus infra limites dict. terrarum, ac cum silvis, nemoribus et virgultis earundem, et decimis garbalibus earundem et terrarum de Over Campsy nuncupat. Wolfhill (ad 14 libras 6 sol., 4 bol. avenarum ad equorum pabulum, 48 pultreas, et 20 lib. pro dict. decimis), tres quartas partes terrarum de Airthourstane, per Joh. Blair, Tho. Hill, Joh. Henry et And. Duncan occupat. (ad 13 lib. 6 sol. 9 den., 15 bol. avenarum ad equorum pabulum, 3 fasces majores straminum, 48 pultreas, cum effossione, insolatione et lucratione in terre uliginosa de Balbrogiis 99 plaustrata glebarum et adportatione dicto monast. 50 plaustrata

earundem in plaustris dicti monast., tenentium servitoribus, equis et bobus, ceterisque vecturis et servitiis consuet.), in dominio de Cupro, vic. Perth:—REDDEND. annuatim dicto monast. pro Wester Drymmeis 23 lib. 6 sol. 8 den. pro dicto ordeo, 6 libras pro firma molendini, 16 sol. pro caponibus, 12 sol. pro dicta vectura, 5 sol. 4 den. pro ariagiis &c., et 10 sol. in augmentationem rentalis; pro Nether Campsy &c. 14 lib. 6 sol., pro piscationibus 5 libras, pro dictis avenis 13 sol. 4 den., 16 sol. pro dictis pultreis, 6 sol. 8 den. pro ariagiis &c., et 6 sol. in augmentationem rentalis, pro dict. decimis 20 lib.; pro Airthourstane 13 lib. 6 sol. 9 den., 50 sol. pro dict. avenis, 2 sol. 3 den. pro straminibus, 16 sol. pro pultreis, 12 sol. 6 den. pro dict. effossione &c., 12 sol. 6 den. pro dicta importatione, 3 sol. cum obulo pro ceteris vecturis &c., et 5 sol. in augmentationem rentalis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; ac duplicando dictas feudifirmas in introitu heredum et assignatorum:—Apud dictum monast., 30 Mar. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 611.

1810. Apud Edinburgh, 18 Feb.

REX &c., concessit THOME INGLIS de Murthowstoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Murthowstoun et Hartwode, cum molendinis, tenentibus &c., in baronia de Boithuile, vic. Lanark;—que fuerunt dicti Tho., tente de Jacobo olim com. de Boithuile; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.:—REDDEND. pro Murthowstoun unum nisum, vulgariter *ane spar halk*, aut 8 den. argenti, pro Hartwode unum den. argenti, nomine albe firme:—PROVISO &c. (*ut in carta* 1482):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 75.

1811. Apud Edinburgh, 24 Feb.

REX &c., confirmavit JACOBO HOPPRINGILL de Quhytbank, et MARIOTE MURRAY ejus sponse,—terras de Dechmont, vic. Linlithqw;—quas eadem Mar., de consensu dicti Jac. et Andree Murray de Blakbarony sui patris, administratoris et tutoris, pro eorum interesse, resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Mar. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicte Mar. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 22.

1812. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Alex. priorem de Pluscardin, et conventum ejusdem,—[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt servitori suo WILLELMO CUKE—terras de Fynfane, in baronia sua de Urquhart, regalitate ejusdem, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Roberto C. ejus filio naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Willelmi quibuscunque, quibus def., dicto monasterio reversuras, de dicto monast.:—REDDEND. 4 marc. firme antique, 17 sol. 9½ den. pro gressuma, et 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, cum 2 bollis aride multure, 1 bol. avenarum, 1 mutone, 6 caponibus, 6 pultreis, cum arreagiis et carreagiis tempore vectionis petariorum de Urquhard et Pluscardin, tegularum, vini, sirporum, salis et aliorum necessariorum servitiorum dicti monasterii prout ceteri tenentes dicte baronie, cum requisiti essent; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia ad molendina de Elgin vel alibi, necnon comparendo ad alias curias dicti monast. per ipsos et tenentes cum requisiti essent, et (prestando) personalem presentiam per ipsos et tenentes in quolibet itinere regalitatis justiciario de Urquhard cum contingeret; et duplicando dict. 3 lib. 17 sol. 9½ den. in introitu heredum; et sufficienter induti in armis et aliis rebus bellicis cum ballivo dicti monasterii ad guerras pergendo cum contingerent, propriis sumptibus; et si in solutione deficerent infra 15 dies post quemque terminum, sic quod unus terminus curreret in alium, hec infeodatio caderet in commissum; et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio esset in se nulla; et dicti Wil. &c. grata servitia dicto monasterio facerent, et idem ejusque bona ad suum posse defenderent:—TEST. Geo. Dunbar rectore de Kilmure, Jac. Gibsone, Joh. Ramsay, Math. Armorar:

—Apud dictum monast., 3 Jun. 1560]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 76.

1813. Apud Edinburgh, 4 Mar.
REX &c., concessit GEORGIO HUME feodatario de Spott, heredibus ejus et assignatis subscript.,—7 terras husbandias in *lie* Newtoun de Quhitsum, vic. Berwik; —que fuerunt predecessorum dicti Georgii, tente de Jacobo olim com. de Boithuile et ejus predecessoribus; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.;—et rex concessit dicto Geo., heredibus ejus et assignatis, —nonintroitum, firmas &c. dict. terrarum a decessu . . . . Hume de Spott:—Tenend. dicto Georgio et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Georgio H. de S. seniori, ejus patri, et heredibus ejus quibuscunque:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 21.

1814. Apud Edinburgh, 6 Mar.
REX &c., concessit M. DAVIDI M'GILL de Quhitchester, heredibus ejus et assignatis,—terras de Wrincleve, vic. Berwik; —que fuerunt dicti Dav. in proprietate; et regi devenerunt ob forisfacturam Jacobi olim com. de Boithuile, immediate tenentis earundem:—Reddend. unum den. argenteum nomine albe firme, sicut dictus Jac. eas de rege tenuit:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 111.

ANNO DOMINI 1568. ANNO REGNI 1.

1815. Apud Civitatem Glasguen., 2 Apr.
REX &c., confirmavit ROBERTO GRAHAME de Gartmoir, et ELIZABETH ERSKIN ejus sponse,—12 marcat. terrarum antiqui extentus de Gartmoir, molendinum granarium earundem, terras molendinarias, astrictas multuras earundem, cum pendicula vocata *lie* Bad, in senesc. de Menteith, vic. Perth;—quas idem Rob. resignavit:—Tenend. dictis Rob. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus dicti Roberti de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus Gilberti G. ejus fratris germani de corpore legit. procreatis, quibus def., heredibus dicti Rob. quibuscunque:—Test. 7. 2. 3. 4. 5. 6. xxxii. 614.

1816. Apud Civitatem Glasguen., 7 Apr.
REX &c., confirmavit DUNCANO LAWMOND feodatario de Inverrin, et ISOBELLE STEWART ejus conjugi,—8 marcat. terrarum de Kilmichaell, 2½ marcat. de Maldeloch, cum molendino earundem, in balliatu de Cowale, vic. Ergile;—quas idem Duncanus personaliter resignavit:—Tenend. dictis Dunc. et Is. eorumque diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Dunc. et assignatis quibuscunque:—Test. 7. 2. 3. 4. 5. 6. xxv. 406.

1817. Apud Glasqw, 8 Maii.
REX &c., concessit JACOBO RICHARTSOUN, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre cum horto jacen. intra burgum de Jedburgh, olim per quondam Jac. Houburne possessum, in vinella nuncupat. *lie* Burne-wynd (inter tenementum Rob. Howburne, et terram quond. Joh. Sleuthman), ac tenementum terre cum horto per Jonetam Cottis possess., in dicto burgo ex boreali latere vici regii (juxta terras Joh. Alesoun); —que regi devenerunt ob decessum Stephani Richartsoun (filii naturalis M. Roberti R. commendatarii Insule S. Marie, thesaurarii regis), bastardi absque legit. heredibus de corpore procreatis vel legitima dispositione desuper facta:—Tenend. in libero burgagio: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 68.

1818. Apud Civitatem Glasguen., 10 Maii.
REX &c., confirmavit cartam M. Alani Porterfeild de Portnellane,—[qua,—pro perimpletione decreti arbitralis per Pat. Houstoun de eodem, Joh. Schaw de Grenok, M. Adamum Wallace ballivum civitatis Glasguen., et Alexandrum com. de Glencarne superiorem casu discordie, electos inter se et M. Joh. P. de eodem fratrem suum, lati de data apud Glasgw, 23 Apr. 1568,—ac pro magnis pecuniarum summis persolutis et persolvendis,—vendidit GABRIELI PORTERFEILD filio secundogenito dicti

Johannis, heredibus ejus et assignatis,—100 solidatas terrarum antiqui extentus de Portnellane et Tilloquhen, in comitatu de Levinax, vic. Dunbertane :—REDDEND. regi tanquam comiti de Levinax unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Alexandro Porterfeild :—TEST. M. Adamo Wallace ballivo civitatis Glasguen., Wil. Hall juniore de Foulbar, Davide Wyle notario : —Apud Glasgw, 28 Apr. 1568] :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 19.

1819. Apud Edinburgh, 7 Jun.

REX &c., confirmavit cartam factam per Michaelem commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem conventum,—[qua,—pro perimpletione mandati regiarum literarum presentationis de data apud Edinburgh, 3 Mar. 1567,—concesserunt ALEXANDRO BALFOUR de Denemylne, heredibus ejus et assignatis,—terras de Elleneschawis, Wouplaw, Threipuod, Colmislihill, Williamlaw, Quhitlie, Calfhill, Sorolesfeild, Craig, Femaisterisland, Salararmedow, Cauldheuch, 9 libratas terrarum de Reidpeth, Walkarcroft, Freirisland, Allayis, Welmedowis, Langmedow, Subsellararisland, Heulaudbuttis, Newtoun, Freirschaw, Cringillis, Maxpopill, Cammostoun, Plewlandis, Monkisland, terras ecclesiasticas de Hassinden et Caveris, Tungillis, Newsteid, Galtounsyde, Annay, Moshous, Femaisterisland, Priorwod, Quhytyaird, Langmedow, Eildouncott, Baitschawhauch, Abbotismedow, Buklawis, Braidmedois, piscariam loci sui supra aquam de Tueid, duo molendina prope suum monast., molendinum de Westhousis, cum decimis garbalibus de Newsteid et sequentium inclusis, in dominio de Melrosland, vic. Roxburgh; terras de Uggingis (viz. Falsett, Tronie, Coklaw, Capilrodrig, Alaneschaw, Braicisnes, Sourop, Raschaw), vic. Roxburgh; terras de Esdelmure (viz. Colquhair, Crure, terras de Yetbyre, Newbyre, Kirkfald, Castelschaw (Cristelschaw?), Blakstok, Powdono, Powmonc, Powcleif, Glendarg, Cassakkis, Fingillen, Enenlesis, Midlawheid, Raburnis, Halwod, Medowburne, Tynunerhill, Johnestoun, Walkarrequhat, Todschawhill, Waltergrange, Gartualdhous, Crukithauch, Dunfedling, Cubeneburne, terras ecclesiasticas de Watstaker), cum decimis garbalibus earundem, vic. Roxburgh (Drumfreis)?; terras de Gaitschaw, Hounomgrange, Cliftouncott, Sowcott, Altounburne, infra bondas de Eistmure, vic. Roxburgh; molendinum de Honomgrange, molendinum de Newgrange; terras de Hopcertane et Kingilduris, vic. Peblis; terras de Glencrie, Meghope, Ettrikhous, Schorthop, Langhop, Kirkhop, Fairhop, Elspyhop, Scobcleuch, Craige, Ravynniscleuch, Thirristane, Auld-Melros olim per Rob. Ormestoun (de Auld-Melros) de dicto monasterio tentas, vic. Roxburgh; wardas *lie* Wardis de Melros que fuerunt Jacobi olim comitis de Boithuile in feudifirma;—quarum una pars terrarum dominii de Melros in feudifirma rursus per dictum Jac. assedata fuerat;—que omnes terre &c. regi devenerunt ob decretum forisfacture contra dictos Jac. et Rob. deducte Dec. 1567 :—REDDEND. annuatim dicto monast. pro Ellenschawis 6 lib. 13 sol. 8 den., pro Wouplaw 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Threipuod 32 lib., pro Colmislihill 5 lib., pro Williamelaw 5 lib., pro Quhitlie 6 lib. 13 sol. 8 den., pro Calfhill 10 lib., pro Sorolesfeild 30 sol., pro Craig 50 sol., pro Femaisterisland 13 lib. 6 sol. 8 den., pro Sellararmedow 50 sol., pro Cauldheuch 12 sol., pro Reidpeth 9 lib., pro Walkarcroft 20 sol., pro Freirisland 33 sol. 4 den., pro Allayis 10 sol., pro Welmedowis 22 sol., pro Langmedow 5 lib., pro Subsellarisland 26 sol. 8 den., pro Heulaybuttis 26 sol., pro Newtoun 26 lib. 13 sol. 4 den., pro Freirschaw 5 lib., pro Cringillis 5 lib., pro Maxpopill 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Cammostoun 5 lib., pro Plewlandis 5 lib., pro Monkisland 40 sol., pro terris ecclesiasticis de Hassinden et Caveris 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Tungleis 5 (lib.), pro Newsteid 10 celdras ordei, pro Gawtounsyde 17 celd. ordei et 1 celd. farine, pro Annay 3 celd. ordei et 3 celd. cum firlota farine, pro Moshousis 1 celd. ordei et 3 celd. farine avenatice, pro Femaisterisland 10 bollas ordei, pro Priourwod 10 bollas 3 firl. ordei et 10 bol. 3 firl. farine, pro Quheityard 3 bol. ordei, pro Langmedow 3 bol. ordei et 3 bol. farine, pro Eldouncott 6 bol. ordei, pro Baitschawhauch 6 bol. ordei, pro Abbotismedow 3 bol. 2 firl. ordei,

pro Buklawis 2 bollas ordei, pro Braidmedow 1 bol. 1 firl. ordei, pro dict. duobus molendinis 6 celd. frumenti mensure patrie ac loci dicti monasterii, pro molendino de Westhous 24 bollas frumenti, pro piscaria super Tweid 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Falset 5 lib., pro Tronie 5 lib., pro Coklaw 7 lib. 10 sol., pro Capilrodrig 5 lib., pro Eneschaw 7 lib. 10 sol., pro Breiscisnes 5 lib., pro Sourop 5 lib., pro Raschaw 10 lib., pro Colquhair 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Crury 5 lib. 6 sol. 8 den., pro Yetbyre 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Newbyre 20 lib., pro Kirkfauld 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Castelschaw 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Blakstoc 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Powdono 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Powmonk 4 lib. 10 sol., pro Powcleif 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Glendarg 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Cassokis 5 lib., pro Finglen 6 lib., pro Enenlesis 5 lib., pro Midlawheid 5 lib., pro Raburne 10 lib., pro Halwod 10 lib., pro Midilburne 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Tynunerhill 5 lib., pro Johnestoun 5 lib., pro Walkarrequhat 6 libras 10 sol. 4 den., pro Todschawhill 3 lib. 6 sol. 4 den., pro Waltergrange 10 lib., pro Garualdhous 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Crukithauch 5 lib., pro Dunfedling 3 libras 6 sol. 8 den., pro Cubenisburne 3 lib. 6 sol. 8 den., pro terris ecclesiasticis de Watstaker 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Gaitschaw 3 lib. 13 sol. 4 den., pro Hounomgrange 10 lib., pro Cliftouncott 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Sowcott 4 lib., pro Altounburne 10 lib., pro Hepcertane 3 lib. 6 sol. 4 den., pro Kingilduris 8 libras, pro Glencre 4 lib., pro Meghop 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Ettrikhous 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Schorthop 5 lib., pro Langhop 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Kirkhop 5 lib., pro Elspyhop 6 lib. 13 sol., pro Scobcleuch 3 lib. 6 sol. 8 den., pro Craig 40 sol., pro Ravynniscleuch 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Thirilstane 6 libras 13 sol. 4 den., pro molendino de Hounomgrange 40 sol., pro molendino de Newgrange 40 sol., pro Ald-Melros 6 lib. 13 sol. 4 den., pro Wardis 40 sol.; cum caponibus, pultreis, arreagiis, careagiis et divoriis quibuscunque consuetis; vel pro qualibet bolla ordei 8 sol., pro bolla frumenti 10 sol., pro bolla farine avenatice 8 sol., pro bolla avenarum 5 sol., pro capone 12 den., pro pultrea 4 den., pro qualibet areagia et careagia 6 den. (ex eo quod mensura dicti loci cujuslibet bolle minoris quantitatis extitit quam mensura patrie, *lie Tiviotdaile met*, ex quantitate 3 peccarum); necnon . . . libras in augmentationem rentalis; et . . . . libras in introitu heredum et assignatorum; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; et si in solutione deficerent per duos aut tres terminos concurrentes, hanc infeodationem amitterent:—Insuper dicti Mich. &c. voluerunt quod unica sasina apud Gawtonsyd capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Thome Scott de Hanyng:—Apud dictum monast., 2 Apr. 1568]:—Test. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxii. 58.

1820. Apud Edinburgh, 11 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Roberti Clerk burgensis de Air,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, vendidit WILLELMO CUNYNGHAME de Aikheid, et HELENE COLQUHOUN ejus sponse,—18 solidatas 4 den. terrarum antiqui extentus de Nethir Auldhall (per And. Smyth et Rob. S. ejus filium occupatas), in parochia de Dunlope, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—Tenend.. dictis Wil. et Hel. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—Test. Laurentio Craufurd filio quondam Johannis C. fratris Laurentii C. quond. de Kilbirnie, Alex. Alexander, Davide Quhyte, Rob. Smyth super eisdem terris commorante, Gawino Nasmyth notario publico:—Apud fortalicium de Aikat, 3 Jun. 1568]:—Test. 7. 2. 3. 4. 5. 6. xxv. 386.

1821. Apud Edinburgh, 12 Jul.

REX &c., concessit ALEXANDRO TWNNO de Hairheuch, heredibus ejus et assignatis,—2 marcat. terrarum in villa de Auldhampstokis ex boreali latere ejusdem (per Tho. Jamesoun occupat.), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt dicti Alex., tente de Alex. Hepburne de Quhitsum milite, qui eas de Jacobo olim com. de Boithuile tenuit; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.:—Reddend.

jura et servitia ante dictam forisfacturam debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 24.

1822. Apud Edinburgum, 12 Jul.
REX &c., concessit et quitteclamavit MATHEO STEWART filio et heredi apparenti Johannis S. de Mynto militis, heredibus ejus et assignatis,—10 libratas terrarum de Balgradane, cum turre, fortalicio, silvis, molendinis, tenentibus &c., in senesc. de Kirkcudbricht;—que fuerunt Jacobi Mureheid olim de Lawchhope, et regi devenerunt ob forisfacture processum contra dictum Jacobum deductum 21 Maii 1568, pro ejus proditoria adventione, assistentia et plana participatione in instructa acie vexillis explicatis in societate cum conspiratoribus, 13 Maii 1568, ad bellum de Langsyde adversum regem et regentem pro direptione corone a rege:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 23.

1823. Apud Edinburgh, 12 Jul.
REX &c., confirmavit cartam Patricii Quhitlaw de eodem militis,—[qua, cum consensu Domine Margarete Hammiltoun sponse sue, domine conjuncte infeodationis terrarum subscript., vendidit WILLELMO ARNOTE in Cokburnespeth, et MARIOTE WALLACE ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in vitali redditu, et JOHANNI ARNOTE burgensi de Edinburgh eorum filio et heredi apparenti hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas de Auldhamstokis jacen. in *lie* Manis (et villa) de Cokbrandspeth vocat. *lie Hospitale*, cum gleba, toftis, croftis, et pastura 8 *lie sowmes* infra *lie* Nethir Manis de Cokbrandspeth, inclusis decimis garbalibus, immunes a solutione decimarum sicuti fuerunt omni tempore retroacto, vic. Berwik:—REDDEND. rectori de Auldhamstokis 4 lib. 20 den. tanquam antiquam firmam et augmentationem; necnon duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum:—TEST. Mich. Bertane, Joh. Hog, Tho. Newtoun, Pat. Newtoun, servitoribus dicti Pat. Q.:—Apud Edinburgum, 25 Apr. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 27.

ANNO REGNI 2. ANNO DOMINI 1568.

1824. Apud Striviling, 7 Aug.
REX &c., fecit Dominam MARGARETAM HWME, professam monialem monasterii de Northberwik,—indubitatam et irrevocabilem priorissam ejusdem; dando ei beneficium et priorissatum ejusdem pro ejus vita, cum terris, *lie* Manys, castris, turribus, fortaliciis, silvis, molendinis, piscariis, annuis redditibus, ecclesiis, decimis garbalibus aliisque decimis, fructibus, firmis, canis, custumis, ac divoriis quibuscunque, tam de spiritualitate quam de temporalitate ejusdem;—in manibus regis existen. per resignationem Domine Mariote Cokburne prius priorisse ejusdem. xxxii. 1.

1825. Apud Edinburgh, 16 Aug.
REX &c., confirmavit cartam Alexandri Hepburne de Quhitsum militis,—[qua, cum consensu Domine Jonete Cunynghame sponse sue, domine vitalis redditus suarum terrarum et baronie de Auldhamstokis, vendidit M. JOANNI HUME de[1] Wollingis, et MARGARETE PRESTOUN ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et NICOLAO HUME fratri dicti Jo., et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jo. quibuscunque, in feodo,—terras de Wollingis, cum earum mansione, domibus et edificiis (per dictum Jo. occupatas), in dicta baronia, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. dicto Alex. unum den. albe firme:—TEST. D. Alex. Elisoun, Jo. Cunynghame, servitoribus dicti Alex. H., Wil. Lauranstoun, Jo. Mosman notario publico:—Apud Edinburgh, 12 Apr. 1568]:—INSUPER, pro bono servitio dicti M. Jo., voluit quod hec confirmatio tanti valoris esset ac si ante sasine sumptionem fuisset concessa, et non ob-

[1] In introductory clause "in."

stante quovis proditorio crimine per dictum Alex. commisso:—TEST. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxiv. 263.

1826. Apud Edinburgh, 28 Aug.
REX &c., concessit ANDREE MONRO (de Newmore[1]) filio et heredi apparenti Georgii M. de Dalchartie, et KATHERINE URQUHART ejus sponse,—villam et terras de Casteltoun cum crofta et piscaria ejusdem, villam et terras de Balmadwthie, villam et terras de Swdy, cum bruerio (*lie* Brewland), crofta et molendino, villam et terras de Ochtercloy, in comitatu de Ros, dominio de Ardmannoch, vic. Invernes;—que fuerunt M. Davidis Chalmer olim cancellarii Rossen. in feudifirma, incorporate in unam particulam terre vocat. Casteltoun; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Dav.; et quas rex, pro servitio dicti And.,de novo incorporavit &c. (*ut supra*):—TENEND. dictis Andree et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti And. de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque, de rege tanquam principe Scotie et com. de Ros:—REDDEND. pro Casteltoun 11 lib. 10 sol. 6 den. monete, 1 celdram 4 bollas[2] ordei, 4 bol. avenarum, 1 martam, 1 mutonem, cum bondagiis, vel pro eisdem 20 sol., 4 duodenas pultriarum, 11 *lie reik-hennis*; pro Casteltoun-croft 19 sol. 8 den., 1 bol.[3] ordei; pro Balmadwthie 10 libras 16 sol., 1 celdram[4] 1 bol. ordei, 1 martam, 1 mutonem, 4 duodenas pultriarum,[5] cum bondagiis consuet., vel pro eis 20 sol.; pro Swdy 13 lib. 4 sol., 1 celd. 5 bol. 1 firlotam ordei, 1 martam, 1 mutonem, 4 duodenas pultriarum,[6] cum bondagiis consuet., vel pro eis 20 sol.; pro bruerio et crofta de Swdy 32 sol.; pro molendino de S. 18 bollas victualium, dimed. farine et dimed. ordei, cum 1 bol.[7] et 2 mensuris vocat. *lie peccis* pro caritate ejusdem, et 18 capones[8]; pro Ochtercloy 15 lib. 4 sol. 9 den., obulum et quintam partem denarii, 2 celd.[9] ordei, 8 bol. avenarum, 2 martas, 2 mutones, cum bondagiis consuet., vel pro eis 40 sol., 8 duodenas pultriarum, 14 *lie reik-hennis*, tanquam pro antiquis firmis &c.; necnon 26 sol. 8 den. in augmentationem rentalis; et duplicando dictam feudifirmam in introitu dict. And. &c.; necnon edificando domos et politiam solo corresponden.; cum aliis juribus[10] et servitiis debit. et consuet.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 20. et 89.

1827. Apud Edinburgh, 29 Aug.
REX, &c., confirmavit cartam matris sue Marie regine Scotorum,—[qua vendidit JOHANNI GILBERT fabro aurario, burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—croftam et terram que olim Fratribus Predicatoribus de Edinburgh pertinuit, extenden. ad 3 acras aut eocirca, jacentem ex parte australi dicti loci, extra murum dicti burgi (inter dict. murum ex boreali, terras de Plesance et Deiraneuch ex australi, plateam abhinc in dicto burgo venientem ex orientali, et *lie lone* eundo ab hortis dict. Fratrum versus austrum inter *lie* Theifraw et dict. croftam ex occidentali partibus):—REDDEND. unum denarium albe firme:—INSUPER regina obligavit se et successores suos quod, si dicte terre a dictis Joh. &c. evicte forent, regina &c. eos in tantis bonis terris infeodarent, non obstante quod principes ex practica regni Scotie in warrantum regulariter minime tenti sunt:—TEST. Johanne archiepisc. S. Andree, Jac. com. de Mortoun dom. Dalkeith cancellario, Willelmo com. Mariscalli dom. Keith, Ric. Maitland de Lethingtoun equite aurato secreti sigilli custode, M. Jac. Makgill de Rankelour-Nethir rotulorum registri ac concilii clerico, Joh. Ballenden de Auchnoule milite justiciarie clerico:—Apud Edinburgum, 31 Jan. 1562, an. reg. 21]:—TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 6. xxv. 410.

[1] Omitted in the latter copy, which appears to be a different charter, though of the same date and referring to the same lands.

[2] In the latter copy "1 celdram 5 bollas 1 firlotam."

[3] In the latter copy "1 bol. 1 peccam."

[4] In the latter copy "1 celd. 5 bol. 1 firl. ordei, 4 bol. avenarum."

[5] The latter copy adds "7 *lie reik-hennis.*"

[6] The latter copy adds "9 *lie reik-hennis.*"

[7] In the latter copy "2 bol. 2 peccis."

[8] The latter copy adds "2 pultrias."

[9] In the latter copy "2 celd. 2 bol."

[10] The latter copy reads "cum aliis devoriis et servitiis solitis et consuetis castro de Dingwall."

1828. Apud Edinburgh, 1 Sept.
REX &c., confirmavit cartam factam per Jac. commendatarium perpetuum monasterii S. Columbe in insula Eimonia, et ejusdem conventum,—[qua, pro gratitudinibus &c. ac pro pecuniarum summis sibi impensis et ad reparationem dicti monast. persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO KIRKCALDY de Grange militi, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas de Auchtertule, cum earum prato, per Hen. Balmano occupat. (exceptis terris ad vicariam pertinentibus), in parochia de Auchtertule, vic. Fyffe :—REDDEND. annuatim dicto monasterio 4 marc. 10 sol. 8 den., cum servitore et equo ad ducendas decimas garbales terrarum dicti monasterii de Auchtertule ad hortum dicti Wil. in autumno, cum primum ad manus dictorum commendatarii &c. devenirent, cum aliis servitiis debitis et consuetis, tanquam firmam antiquam, et 13 sol. 4 den., cum 2 caponibus, in augmentationem rentalis (de qua firma 9 sol. cum dict. caponibus dicto conventui ad eorum pittantias persolverentur); et in introitu heredum duplicando dictam feudifirmam, et solvendo dicto conventui 40 sol.; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Barnhill :—PROVISO quod si in solutione per 3 terminos concurrentes deficerent, hoc infeofamentum annullaretur :—TEST. Joh. Stewart, Rob. Bruce, servitoribus dicti commendatarii, Patricio Echling, et Rob. Kirkcaldy servitoribus dicti Wil. :—Apud Dunybirsill, 10 Jan. 1567] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Wil., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 388.

1829. Apud Edinburgh, 3 Sept.[1]
REX &c., pro servitio impenso et impendendo, concessit et quitteclamavit ALEXANDRO TWNNO de Hairheuch, heredibus ejus et assignatis,—2 terras husbandias in dominio de Hirsell, 2 ter. husbandias in Elwatlaw, 2 ter. cottagias in Grenelaw, vic. Berwik;—que fuerunt dicti Alexandri, ejus patris aliorumque predecessorum, in alba firma tente; ac temporibus turbulentis guerre elapsis earum evidentie dictis predecessoribus confecte amisse sunt :—REDDEND. 2 den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 389.

1830. Apud Edinburgh, 17 Sept.
REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. Balfour, prepositum ecclesie collegiate B. Marie de Campis prope Edinburgh,—[qua,—cum consensu prebendariorum dicte eccles.,—pro pecuniarum summis persolutis pro relevamine suo de debitis pro sustentatione sua contractis turbato et rapaci tempore elapso, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO STEWART de Scottistounhill, et ELIZABETH HAMMILTOUN ejus sponse,—terras ecclesiasticas de Levingstoun, cum decimis garbalibus inclusis, que nunquam a trunco separari solebant (occupat. per D. Joh. Perie, Jac. Dowglas et Helenam Clerksoun relictam Johannis Laycoittis), vic. Linlythqw :—TENEND. dictis Alexandro et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de dicto preposito :—REDDEND. 7 lib. 10 sol. tanquam firmam antiquam, necnon 3 sol. 4 den. augmentationis :—cum precepto sasine directo Jacobo Hammiltoun de Bawormy :—Apud Edinburgh, 2 Aug. 1568] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 390.

1831. Apud Edinburgh, 18 Sept.
REX &c.,—quia ejus predecessores BURGUM DE NORTHBERWIK in liberum burgum regalem erexerunt, et ballivi, consules et communitas in continuo usu privilegiorum liberi burgi ultra hominum memoriam extiterunt, et antiquum infeofamentum desuper concessum tempore cumbustionis dicti burgi per Anglos destructum fuit,—erexit dict. villam de Northberwik—in liberum burgum regalem; et liberos burgenses incolas ejusdem plenaria libertate burgensium utend. ad emendum &c.; et quod haberent communem crucem foralem,

[1] Dated an. reg. 1. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xxxviii. fol. 25 verso.

et apud eandem publicum forum die Mercurii hebdomadatim sicut temporibus preteritis; et quod haberent tronam ad ponderandum lanam et alias mercantias necessarias, et ad habendum coquetam, privilegium et custumam infra portus dicti burgi et petram nuncupat. Craigleith infra mare jacentem; ac voluit quod dict. burgus, burgenses et inhabitantes ejusdem, haberent antiquam proprietatem dicti burgi (viz. incipiendo ubi *lie* Mylburne intrat in mare, et ascendendo ex parte occidentali de *lie* Mylburne ad proximum molendinum, absque lesione aqueductus dicti molendini, et ascendendo *lie braa* versus occidentem ubi stille sive gutte a summo ejusdem cadunt extra murum et fossam, et transeundo versus dict. burgum inter summum dicte ripe *lie braa* versus occidentem ubi stille cadunt seu cadere poterint, et inter dict. *lie braa* et mare usque venit versus occidentem ad *lie burrow ruddis* dicte ville ex orientali et australi partibus, inter Kyiswynd proximam regalitati de Northberwik ex occidentali, ac mare ex boreali partibus), ac cum petra antedict., *haven* et custuma ejusdem:—REDDEND. servitium burgi debit. et consuet.:—TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

xxv. 400.

1832. Apud Edinburgh, 22 Sept.

REX &c., confirmavit cartam factam per Joh. abbatem de Lundoris, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt GEORGIO HALYBURTOUN de Petcur militi, et ELIZABETH LEIRMONTH ejus sponse,—terras de Eglismagirll cum molendino, cum hospitio sive loco et horto, columbario &c. (exceptis 2 brueriis cum toftis et croftis, Andree Levinax locatis in feudifirma), in regalitate de Lundoris, vic. Perth;—quarum vitalem redditum Geo. Leirmonth de Balcomy et Eufamia Leslie ejus sponsa, feodum Jac. L. eorum filius cum consensu dicti sui patris ac tutoris, in favorem dictorum Geo. H. et Eliz. resignaverunt:—TENEND. dictis Geo. H. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscunque, de dicto monasterio in feudifirma:—REDDEND. annuatim 98 marc. 5 sol. 4 den., viz., pro firmis terrarum 75 marcas, pro molendino 13 marcas, pro 72 caponibus 3 lib. 12 sol., pro ariagiis et cariagiis 13 sol. 4 den.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; cum tribus sectis ad tria placita capitalia apud Lundoris; et comparendo ad curias justiciarie et camerarie dicti monast. per se, suos essonios aut procuratores, dummodo requisiti forent; et si feudifirma per 40 dies post quemlibet terminum maneret insoluta, liceret res super fundum namare; et si tres termini in quartum concurrerent insoluti, hec locatio vacare judicaretur absque processu judiciario:—TEST. And. com. de Rothes, Davide Forret juniore de eodem, Petro Hay de Inskynnan, Johanne Blair apparente de Balgillo, Tho. Halyburtoun in Buttergall, Johanne Carmichaell servo dicti abbatis, Joh. Leirmonth, Wil. Haitlie, Joh. Robesoun, notariis:—Apud dictum monast., 6 Maii 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxii. 31.

1833. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REX &c., concessit DAVIDI HUME, filio legitimo Alexandri H. de Manderstoun,—terras et tenementa, domus et edificia et hortos earundem, jacen. infra burgum de Lauder et ejus territorium (inter terras Geo. Wedderat et Tho. Cranstoun);—que regi devenerunt ob decessum Willelmi Hume bastardi, filii naturalis quondam M. Andree H. rectoris de Lauder, sine legit. heredibus de corpore procreatis aut legitima dispositione desuper facta:—TENEND. dicto Dav. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Alexandro H. fratri germano dicti Dav., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Dav. et assignatis quibuscunque, in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 394.

1834. Apud Edinburgh, 3 Feb.

REX &c., concessit ALEXANDRO HUME de Manderstoun, heredibus ejus et assignatis uni aut pluribus,—terras de Quhitsum, vic. Berwik;—que fuerunt Alexandri Hepburne de Quhitsum militis, tente de quondam Jacobo com. de Boithuile dom. de Hailis et Creichtoun &c.; et regi devenerunt ob foris-

facturas dictorum Jac. et Alex. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 395.

1835. Apud Striviling, 21 Feb.
REX &c., concessit JOHANNI SYMPILL de Foulwod, et MARGARETE NOBILL ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, eorumque heredibus et assignatis quibuscunque,—terras de Dalmoykee, extenden. ad 40 solidat. antiqui extentus, in dominio de Cardros, vic. Dunbartane ;—quas Matheus Palmer, nepos et heres quondam Johannis P. burgensis de Dunbertane, resignavit :—TENEND. in feudifirma :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 392.

1836. Apud Striviling, 11 Mar.
REX &c., confirmavit cartam Johannis archiepisc. S. Andree abbatisque de Pasleto, —[qua, pro servitiis &c., proque magnis pecuniarum summis per PATRICIUM LEIRMONTH de Darsie, civitatis S. Andree prefectum, persolutis,—qui magna solertia, bello maximo per diversas nationes contra Scotos ingruente et tumultuante, dicto episc. et toti reipublice Scoticane inservivit, et senescallatus, ballie et justiciarie generalis dicti episc. officia periculosissimis temporibus subivit,—cum consensu capituli S. Andree, concessit dicto Patricio, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—officium senescallatus et ballie ac justiciarie generalis regalitatis Sancti Andree, ac terrarum, dominiorum, urbium, locorum, civitatum, villarum et baroniarum dicti episc. ubicunque ex parte boreali aque de Forth ; necnon officium coronatoris curiarum justiciarie itineris infra dict. regalitatem &c. :—TENEND. cum potestate curias tenendi &c., transgressores puniendi gladio, patibulo seu furca, et fossa, vulgo *swerde, pott* et *gallous*, &c. necnon mensuras, amphoras, stateras et pondera metiendi et corrigendi :—INSUPER dicti Patricius &c. tenerentur ad causandum omnes tenentes, vassallos, reddituarios et alios incolas intra dictam regalitatem, dicto episcopo et ejus camerario principali aut domus seu familie rectori in quibuscunque conventionibus et exercitibus tam tempore pacis quam guerre in defensione regni convenire et adherere :—PRETEREA dictus episc. omnes commissiones effectum hujus negotii tangentes quibuscunque personis concessas, et presertim ad cognoscend. in causis baroniarum et dominiorum de Roscobie, Fiffe et Bischopeschire, revocavit :—PROVISO quod itinera justiciarie absque dicti episc. licentia speciali non affigerentur ; et quod proficua et eschaeta curiarum itineris justiciarie, salvo jure coronatoris, dicto episc. pertinerent : necnon quod dicti heredes in introitu dicto episc. juramentum fidelitatis prestarent :—voluit etiam dictus episc. quod dicti Pat. &c. pro suis expensis non modo in serjandis et officiariis, verum etiam in avisiamentis processuum et jurium coram se in causis deductorum Edinburgi, et consiliorum jurisperitorum eo intuitu obtentorum, haberent 46 libras 13 sol. 4 den. singulis annis pro feodo ; et dict. summam eis assignavit ex precipuis fructibus et feudifirmis terrarum de Darsie seu quarumçunque aliarum per dict. Pat. et heredes in capite tentarum :—REDDEND. dicto episcopo unum den. albe firme :—cum precpto sasine directo M. Richardo Schoriswode de Bedscheill, et Archibaldo Dudingstoun de Kilduncan :—TEST. M. Alex. Forres rectore de Logy-Montrois, Mich. Nasmyth de Posso, Joh. Hammiltoun in Blakstoun, M. Wil. Bane, Wil. Stewart, servitoribus familiaribus dicti episc. :—Apud ecclesiam metropolitanam et primitialem S. Andree, 4 Apr. 1562, consecrationis dicti episc. anno 16, et translationis 16 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 103.

1837. Apud Striviling, 11 Mar.
REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree principalem ac commendatarium de Dunfermling, et ejus conventum,—[qua concesserunt ROBERTO COLVILL de Cleische, et MARGARETE LINDESAY ejus sponse,—terras de North-Lathainis, cum domibus, edificiis, hortis, toftis et croftis (dictis Rob. C. et Marg. pro 19 annis assedatas), in regalitate de Dunfermling, vic. Fyffe ; extenden. in rentali suo ad 4 lib. 12 den., cum 8 pultreis ;—quas M. Rob. Richardsoun commendatarius Insule B. Marie alias Traile, thesaurarius regis et regine, per Alanum Cowttis procuratorem resignavit in favorem

dictorum Roberti C. et Marg. :—TENEND. dictis Rob. C. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione et vitali redditu, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Rob. quibuscunque proxime legitimis, de dicto monast. in feudifirma :—REDDEND. annuatim 4 lib. 12 den., cum 8 pultreis, et quinquennis gressume loco 9 sol. et obulum, necnon in augmentationem rentalis 20 sol., ac dicto conventui ad eorum pittantias 3 sol. 4 den., in toto 5 libras 13 sol. 4 den. et obulum; cum geminatione in introitu heredum; ac cum ceteris areagiis, careagiis, oneribus, devoriis, mercedibusque granariis dicti monasterii serjandorum et invectoris sabuli; ac cum edificatione pontium in locis necessariis; ac cum multuris granorum non defraudandis a molendino dicti monasterii solito; ac cum edificatione columbarii, pomarii, alveariorum, aule et cubiculorum equilisque, et plantatione arborum; ac cum aliis servitiis et politia consuetis tempore guerre et pacis; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in proximum veniret insolutus feudifirmarii culpa, terminus insolutus geminaretur; et si duo termini in tertium venirent insoluti, caderent a jure; et liceret dictis commendatario &c. effodere carbones ad proprium usum tantum; et si quas fossas fecissent, nullis inibi compertis, tunc tenerentur dict. fossas implere propriis sumptibus :—PRETEREA voluerunt unam sasinam sufficere capiendam, pro qua feudifirmarii in introitu cujuslibet heredis persolverent ballivis dicti monast. 6 sol. 8 den. in compositione bovis sasine :—POSTREMO voluerunt feudifirmarios prestare tres sectas ad tria placita capitalia in pretorio burgi de Dunfermling :—RESERVATIS dicto monast. herezeldis :—Apud dictum monast., 10 Apr. 1566] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Roberti C., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXXII. 106.

1838. Apud Striviling, 18 Mar.

REX &c., concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JACOBO EDMESTOUN, filio secundogenito Willelmi E. de Duntreith,—terras de Duntreif, Arleyvin, Dungoyok cum molendino, terras de Blairgerry, et *lie* Quylt super latus australe torrentis de Blane, dimedietatem de Ballewyn-Eister, *lie* Cawnysglyn et Gartkeron, cum molendino earundem, cum castris, turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, silvis, piscariis, annexis, tenentibus &c., advocationibus ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum (si que essent), vic. Striviling;—quas dictus Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Jacobo et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Archibaldo E. de Spittaletoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo E. de Ballintone et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo E. de Newtoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. E. filii dicti Wil. quibuscunque, cognomen et insignia de Edmestoun gerentibus, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus ejus fem. quibuscunque :—REDDEND. unam libram piperis apud Duntreif, nomine albe firme :—RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento, cum introitu vassallum, curiis, wardis &c., ac rationabili tertia Margarete Campbell ejus sponse, qua deficiente, cuilibet alteri ejus sponse cui contingeret :—PROVISO quod Archibaldus major natu filius dicti Wil. honeste omnibus diebus vite sue sustentaretur quatenus statui suo congruere videretur :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 393.

1839. Apud Striviling, 18 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Georgii M'Gie, superioris terrarum subsequentium, —[qua,—pro perimpletione cujusdam contractus,—pro summa pecunie persoluta, vendidit JOHANNI DUNBAR de Mochrum, heredibus ejus et assignatis,—superioritatem 3 marcat. terrarum de Balteir, cum tenentibus &c., in parochia de Crwgiltoun, vic. Wigtoun :—TENEND. de rege :—INSUPER dictus Georgius concessit dictis Joh. &c.—wardam, nonintroitum, firmas preteritas &c., a decessu ultimi legitimi heredis usque ad introitum legit. heredum, cum relevio cum contingeret :—TEST. Archibaldo Muyr in Arewlland, Pat. Dunbar de Craloch, Joh. Dunbar, Geo. Dunbar :—Apud Mochrum, 13 Sept. 1568] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. XXV. 396.

1840. Apud Striviling, 18 Mar.
REX &c., confirmavit cartam factam per Margaretam Dunbrek, unam filiarum et heredum quondam Thome D. de eodem,—[qua, post suam perfectam etatem 21 annorum completam,—pro perimpletione contractus de data apud Striveling, 14 Feb. 1568, ac pro pecuniarum summis sibi impensis,—vendidit JOHANNI REID de Akinheid, fratri suo in lege, et KATHERINE DUNBREK ejus sponse, alteri filiarum et heredum dicti Tho.,—dimedietatem suam terrarum de Dunbrek cum annexis &c., viz. dimedietatem de *lie* Manis, dimed. de Newseit, dimed. de Mylntoun, dimed. molendini cum multuris et sequelis, dimed. terrarum molendinariarum earundem, dimed. de Ailhous et Ailhouscroftis, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Johanni et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Joh. quibuscunque et assignatis, de rege:—cum precepto sasine directo Gilberto Reid de Collistoun:—TEST. Joh. Cunnynghame de Drumquhassill, Alex. Buchquhannane ejus servitore, Joh. Windegaittis filio Thome W. burgensis de Striveling, M. Alex. Chalmer commissario de Striveling, Walt. Callender fratre germano Roberti C. de Maneir, Roberto Ramsay notario publico:—Apud Striviling, 16 Feb. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxii. 116.

1841. Apud Edinburgh, 21 Mar.
REX &c., confirmavit cartam Willelmi Murray de Touchadame,—[qua concessit AGNETI CUNYNGHAME conjugi sue affidate, in vitali redditu,—terras et baroniam de Touchadame, cum manerie, domibus, edificiis, hortis, pomeriis, molendiniis, multuris, terris molendinariis, silvis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Striviling;—excepta pecia terre vulgo nuncupata *lie* Schiphauch, cum 20 marc. annuatim de terris de Kipmaid:—TENEND. de rege:—REDDEND. dicto Wil. unum den. albe firme:—TEST. Jacobo Orme de Mugdrum, Thoma Murray, Joh. Aytoun, Walt. Mayn:—Apud Striviling, 15 Feb. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxv. 391.

ANNO DOMINI 1569. ANNO REGNI 2.

1842. Apud Edinburgh, 15 Apr.
REX &c., confirmavit cartam Georgii dom. Seytoun &c.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit D. MARCO KER commendatario de Newbottill, et HELENE LESLIE ejus sponse,—terras de Eistir et Westir Bernis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. dictis Marc. et Helene et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus seu assignat. dicti Marc. quibuscunque, de dicto Geo.:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. And. Seytoun fratre Johannis S. de Lathrisk, Hen. Seytoun filio Alexandri S. de Northrig, Alex. Forestar armigero, Joh. Kirkpatrik camerario de Newbottill, Tho. Raith preposito de Seytoun, Joh. Foulis, Johanne Mosman, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 13 Maii 1567]:—TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
xxv. 404.

1843. Apud Edinburgh, 15 Apr.
REX &c., confirmavit cartam sub hac forma;—[BE IT KEND &c., ws Leonard be the permissioun of God commendatar of the abbay of Cowpar, and convent of the samin cheptourlie gadderit, ... —for certane sowmes of money payit . . . to ws at the making of thir presentis and of befoir be ane nobill and potent lord Johnne erle of Athole lord Balvany &c. for the caus undirwrittin, and expendit uponn the hamebringing of oure bullis and provisioun of the said abbacie, and uponn the bigging, beting and reparing of the rwynous houssis thairof, besydeis sindrie utheris plesouris and gratitudis done to ws be the said nobill and potent lord, specialie in defence of oure privelegeis and tennentis of the landis pertenyng in patrimonie to oure said abbay in tymes bipast,—to haue sett and for maill in tak and assedatioun lettin . . . . . to ane honorabill lady Dame MAR-

GARET FLEMING countes of Athole, spous to the said nobill and potent lord, JOHNE STEWART MAISTER OF ATHOLE thair sone and appeirand air to him, and to tua airis immediatlie succeding to the said maister and eiftir him successive, and to thir assignayis and subtennentis ane or ma,—all and haill the teind schaves of oure landis of the Cars-grange, Bogmylne, Watteributtis, Murehousis, Newbigging and Westhorne, with aikeris, pendiculis and pertinentis thairof, lyand within the parochin of Erroll, diocie of Sanctandrois and schirefdome of Perth, extending in oure rentale to 7 chalderis 13 bollis ane pek and half ane pek quheit for the haill teyndis thairof; and als all and haill oure teind scheves of the paroche kirk of Bennethie, with the pendiculis &c., lyand within the diocisie of Dunkeld and schirefdome foirsaid,—except allanerlie the teind scheves of oure landis of Parseis, Cailleis and Westir Drymmie, sett in few of befoir with the stok,—extending lykwyis in oure rentale to 68 chalderis victuale, tua part meill and thrid part beir; togidder with the haill vicarage of the said kirk of Bennethie,—for all the dayis space and termes of the lifetymes of the saidis dame Margaret, Johnne maister of Athole, and tua airis immediatlie succeding to him . . . , and to the langar leveand of thame four, failyeing of ane to ane uthir;—thair entre . . . . begynnand at Lammes A.D. 1567 . . . . . :—PAYAND thairfoir yeirlie . . . to ws and oure successouris of the said abbay, for evirilk chaldir of quheit 6 poundis 13 schillingis 4 penneis, extending in money to £52 2s. 6d.; and for evirilk chaldir of the saidis 68 chalderis victuale . . . £5 6s. 8d., extending in money to £362 13s. 4d.; and for the vicarage £6 13s. 4d.; summa of the haill £421 9s. 2d.; at tua termes in the yeir Witsonnday and Martymes . . . . , the first terme of payment begynnand at Witsonnday nixt . . . . . :—and we . . . this oure present tak . . . . . aganis all deidlie sall warrand, acquiet and defend as law will:—IN WITNES of the quhilk to thir oure present lettres of assedatioun, subscrivit with oure handis, the commoun seill of oure chaptoure is appensit:—At oure said abbay, 10 Apr. 1567:—Befoir thir WITNES, Wil. Stewart of Garntulie, Geo. Drummond of Blair, Joh. Caddell, Joh. Leslie, Alex. Smart, Joh. Robesoun notar publicc].

xxxii. 102.

1844. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Gourlay portionarii terrarum de Kettill alias Kingis-kettill,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se et Walt. G. filium suum ab una, et Joh. Balfoure de Kirtoun-of-Cultis ab altera partibus, de data apud Cowper, 26 Feb. 1568,—pro summa pecunie per dictos Walt. et Joh. persoluta, vendidit dicto WALTERO GOURLAY, et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione,—quarterium suum dict. terrarum, in dominio et senesc. de Fyff:—TENEND. de rege in feudifirma:—RESERVATO dicto Alex. libero tenemento octave partis et trigesime due partis dicti quarterii, quas quondam Joh. G. ejus pater prius occupavit:—cum precepto sasine:—TEST. Johanne Young scriba, Jacobo Maxwell portionario de Kincrady, Wil. Laing, Jacobo Spottiswod in Edinburgh:—Apud Edinburgh, 20 Apr. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 397.

1845. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX &c., confirmavit cartam D. Willelmi Stewart capellani de Apilcroce intra diocesim Rossen.,—[qua,—cum consensu Marie regine Scotie, patrone dicte capellanie, et Johannis episc. Rossen., decanique et canonicorum Rossen.,—pro gratitudinibus &c., ac pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit RODORICO M'KENZE—dimedietatem terrarum de Bonnadell (Borredell), dimed. de Longoll et Achechrok, dimed. de Keppach, dimed. de Satrell et Drumley, dimed. de Coilmoir, dimed. de Corchery, dimed. de Coulnakill, dimed. de Ardeslaig, dimed. de Schildaig, dimed. de Debaig, dimed. de Rischill, dimed. de Lestang, in comitatu Rossie, vic. Invernys; extenden. in firma, *malis*, gressumis, butiris, caseis, ariageis, carcagiis ceterisque proficuis ad 22 marc. 6 sol. 8 den.:—TENEND. dicto Rod. et heredibus masc. ejus de corpore

legit. procreatis, quibus deficientibus, Kennito M. de Kintaill heredibusque ejus masc. quibuscunque, cognomen et arma ejus gerentibus, eorumque assignatis quibuscunque, de dicto capellano:—REDDEND. annuatim 22 marc. 6 sol. 8 den., necnon 10 sol. in augmentationem rentalis, et pro areagiis et careagiis 10 sol.; necnon edificando mansionem cum aliis politiis solo corresponden.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si reddenda non redderent, sic quod solutio unius termini in alium protenderetur, hec infeodatio ipso facto expiraret:—cum precepto sasine directo Hectori M'Ane Ekane in Eddirracharron in Lochcarne:—TEST. M. Andrea Leslie rectore de Fetterneir, M. Thoma Ros rectore de Alnes, D. Jac. Buchart, D. Alex. Pedder, notariis publicis apud Canoniam Rossen.:—Apud Canoniam Rossen. et Edinburgum respective, 2 et 21 Apr. 1567]:—TEST. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxii. 2.

1846. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX &c., confirmavit cartam factam per Alex. archiepisc. Athenen., electum Candidecase, veteris ecclesie et capelle regie Strivilingen., et per dicte capelle prebendarios et canonicos,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO CUNYNGHAME, heredibus ejus et assignatis,—14 acras terrarum de Roploch vocat. *the Preistis-aikeris*, jacen. prope castrum de Striviling, vic. ejusdem;—que pertinebant dicte capelle ratione beneficii, viz. unicuique prebendariorum una acra earundem; et quelibet acra persolvebat 20 sol., et tunc 6 den. in augmentationem rentalis, extenden. in integro ad 14 lib. 7 sol.:—REDDEND. annuatim dict. 14 lib. 7 sol., viz. unicuique prebendario 20 sol. et 6 den.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Gilberto Brice:—TEST. Patricio Murray, Joh. Mekle, Paulo Cunnynghame, Francisco Hume notario:—Apud Striviling, 5 et 10 Mar. 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 104.

1847. Apud Edinburgh, 22 Apr.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Fullertoun de Ardoch,—[qua,—cum consensu Agnetis Lindesay conjugis sue,—pro perimpletione contractus excambii inter se et quondam Alex. Gardin de Burrowfeild initi apud Dwn, 17 Mar. 1555,—concessit ALEXANDRO GARDIN nepoti et heredi dicti Alex. ejus avi, et BARBARE STRATOUN ejus conjugi,—annuum redditum 4 bollarum farine avenatice et 2 bollarum ordei de suis octava et decimasexta partibus terrarum de Crago, in parochia de Logy-Montros, vic. Forfare:—TENEND. dictis Alex. juniori et Barbare eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alexandri junioris quibuscunque, de rege:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Alexandro Gardin in Fethe:—TEST. M. Gilberto Gardin, Geo. Heriot, Joh. Craill:—Apud Edinburgh, 13 Apr. 1569]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Alex., dispensavit cum sasina ante confirmationem suscepta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 175.

1848. Apud Edinburgh, 23 Apr.

REX &c., cum consensu secreti concilii, concessit preposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE DRUMFREIS, et eorum successoribus,—firmas, proficua et alia devoria terrarum, tenementorum, domorum, edificiorum, pomeriorum, hortorum, croftarum, acrarum et piscariarum qui Fratribus dicti burgi, vulgo nuncupat. *Gray Cordileir Freiris*, prius pertinebant, cum annuis redditibus, fructibus, elemosinis, obitibus et anniversariis que eisdem pertinuerunt infra dict. burgum, cumque dimedietate custumarum pontis dicti burgi, dict. Fratribus etiam incumbente; necnon terras, tenementa, domos, edificia, ecclesias, cimiteria, capellas, pomeria, hortos, acras, croftas, annuos redditus &c., qui pertinuerunt ad quascunque capellanias sive altaragias infra eccles. parochialem dicti burgi aut infra locum dict. Fratrum, capellas seu alias ecclesias infra dict. burgum libertatemque aut parochiam ejusdem fundatas per quemcunque patronum, in quarum possessione dicti Fratres, capellani et prebendarii prius fuerunt, ubicunque dict. tenementa &c. jace-

rent; cum ecclesia et loco dict. Fratrum, annuisque redditibus solutis, aut qui per quamcunque aliam ecclesiam aut capellaniam extra dict. burgum a preposito et ballivis et communi redditu ejusdem pro suffragiis celebrandis demandari possent; ac terras, domos, edificia infra dictum burgum et ejus libertatem, cum omnibus annuis redditibus de quacunque domo, terra vel tenemento infra dict. burgum levandis, quibuscunque capellanis, altaragiis, vicaragiis, ecclesiis, mortuariis et anniversariis in dicto burgo fundat. (exceptis antiquis infeofamentis per regem aut regis predecessores antea confirmatis):—TENEND. cum potestate fructus in hospitalia aut alios similes usus legitimos reducendi;—dicti autem prepositus &c. tenerentur dictum pontem immunem, necnon mutilatos, miseras personas et orphanos infra hospitalitatem, cum dictis fructibus &c. sustinere:—et rex omnes alienationes per dictos prebendarios &c. post immutationem religionis factas, et sasinas per plerosque de terris &c. per eorum predecessores mortificatis obtentas et per regem minime confirmatas, annullavit;—et incorporavit omnes dictas terras &c. in unum corpus, appellandum FUNDATIO REGIA HOSPITALITATIS BURGI DE DRUMFREIS:—PRETEREA voluit capellanos, prebendarios, vicarios et Fratres, qui ante religionis immutationem provisi erant, per hoc infeofamentum minime prejudicari, sed reservavit illis usum dict. fructuum &c. durante eorum vita:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 398.

1849. Apud Edinburgh, 25 Apr.

REX &c., concessit et quitteclamavit Domine SIBILLE COKBURNE, sponse Willelmi Sinclere de Hirdmestoun equitis aurati, in vitali redditu,—terras de *lie* Manis de Pencaitland vocat. Cotdykis, cum manerie noviter prope finem orientalem silve de Pencaitland constructa, Wodhall nuncupata, molendinum de Hirdmestoun cum ejus terris molendinariis et multuris, terras de Brumerig, $3\frac{1}{2}$ terras husbandias in villa de Pencaitland vocatas *lie* Nuke, terras de Mylntoun cum molendino, in baronia de Hirmestoun, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Myddill, in balliatu de Lauderdale, vic. Berwik, et per annexationem intra baroniam, constab. et vic. antedictos;—in contentationem conjuncte infeodationis et tertie que ei devenire possent per decessum dicti Wil.;—quas dictus Wil. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 402.

1850. Apud Edinburgh, 26 Apr.

REX &c., confirmavit (1) cartam factam per Jac. com. Moravie dom. Abirnethie &c., regentem Scotie ac commendatarium monasterii S. Andree, et ejus conventum,—[qua concesserunt MICHAELI BALFOURE filio et heredi apparenti D. Jacobi B. de Pettindrech militis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Strakynnes (excepta illa minima parte earundem, Jacobo Month in feudifirma locata), in dominio prioratus S. Andree, vic. Fiffe;—que fuerunt D. Johanni Wischart de Pittarro militi in feudifirma per dictos commendatarium &c. locate pro annua solutione infrascripta, necnon pro 1500 lib. per eum persolutis; et quas idem Joh. pro pecuniarum summis sibi per dictum Jac. B. persolutis resignavit:—REDDEND. annuatim dictis commendatario &c. 13 lib. 6 sol. 8 den., 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla 2 celdrarum frumenti, 4 celdrarum ordei et 4 celdrarum farine avenatice, 12 den. pro quolibet 75 caponum, 26 sol. 8 den. pro 2 porcis, necnon pro gressuma 4 lib. 18 sol. 3 den. ad ratam 93 librarum 6 sol. 8 den. cujuslibet decemnonalis locationis, pro arreagiis et carreagiis 13 sol. 4 den., tanquam antiquam firmam, et in augmentationem rentalis 6 sol. 8 den., extenden. in integro ad 77 lib. 6 sol.; necnon tres sectas ad tria placita capitalia; ac duplicando dict. summam in introitu heredum; et servando limites immunes ab invasione vicinorum, vel dictis commendatario &c. fideliter intimando:—INSUPER dicti commendatarius &c. obligaverunt se dictas 1500 lib. dicto Mich. persolvere antequam pro reductione hujus infeofamenti audirentur:—cum precepto sasine directo M. Waltero Balfoure:—TEST. M. Joh. Wod, M. Nich. Elphingstoun, M. Rob. Flescheoure:—Apud civitatem S. Andree, 8 Sept. 1567]:—(2) aliam cartam eorundem Jac. &c.,—[qua concesserunt dicto Michael Balfoure, heredibus

ejus et assignatis,—terras de Ballone, vic. Fiffe;—que fuerunt Jacobi Wod, filii tertiogeniti Andree W. de Largo, in feudifirma, per dictos commendatarium &c. ei locate pro annua solutione infrascripta, necnon pro 1200 lib. per eum persolutis; et quas idem Jac. resignavit, pro pecuniarum summis per dictum Jac. B. persolutis:—REDDEND. dictis commendatario &c. 5 lib. 5 sol., 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla 1 celdre 9 bollarum 1 pecce frumenti, 3 celdrarum 2 bol. 1 firlote 1 pec. ordei, et 3 celdrarum 2 bol. 1 firl. 1 pec. farine avenatice, 12 den. pro quolibet 24 caponum, necnon 38 sol. 3 den. in contentationem gressume, necnon pro areagiis et careagiis 5 sol., ac 6 sol. 8 den. pro augmentatione rentalis, extenden. in integro ad 49 libras 16 sol. 10 den.:—PRETEREA dicti commendatarius &c. obligaverunt se dictas 1200 lib. dicto Mich. persolvere antequam pro reductione hujus infeofamenti audirentur:—cum precepto sasine, TEST. et de data *ut sup.*]:—(3) aliam cartam eorundem Jac. &c.,—[qua,—pro 2000 lib. per D. Jacobum Balfoure de Pettindrech militem, clericum registri regis, persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt dicto Michaeli Balfoure, heredibus ejus et assignatis,—terras suas ecclesiasticas apud villam de Cowper vocat. Kirkfeild, decimis garbalibus earundem inclusis, necnon molendinum vocat. Clynkmyln, cum terris molendinariis, proficuis, asiamentis, multuris et sequelis, in parochia de Cupro, vic. Fiffe:—REDDEND. dictis commendatario &c. 19 libras, cum 12 caponibus, tanquam antiquam firmam, et 13 sol. 8 den. augmentationis; et duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum:—PRETEREA dicti commendatarius &c. obligaverunt se dictam summam 2000 lib. dicto Mich. persolvere antequam pro reductione hujus infeofamenti audirentur:—cum precepto sasine directo Jacobo Forester:—TEST. M. Joh. Winrame superintendente de Fiffe, M. Rob. Winrame, Johanne Yester:—Apud S. Andream, 12 Jul. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 412.

1851. Apud Striviling, 28 Apr.

REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. Lundy, fratrem germanum et heredem quondam Jacobi L. de Condlane, ac dominum feodi earundem,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter Margaretam Lummisdane et Rob. Lundy de Balgony parentes suos, dominos liberi tenementi dict. terrarum, et se ab una, et Helenam Mailvile relictam Johannis Betoun de Auchmowteis et Jonetam B. ejus filiam legitimam ab altera partibus, de data 4 Apr. 1569,—cum consensu dictorum suorum parentum, concessit dicte JONETE BETOUN, sponse sue future, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras dominicales, maneriem et fortalicium de Condlane nuncupat. Eister Condlane, cum molendino et terris molendinariis ejusdem, in baronia sua de Condlane, vic. Fiffe:—TENEND. de rege:—REDDEND. dicto Rob. juniori unum den. albe firme; necnon regi onera et servitia debit. et consuet.:—cum precepto sasine directo Davidi Lindesay de Pyotstoun:—TEST. M. Jacobo Balfour decano Glasguen., Davide B. ejus fratre, Alex. Lundy juniore, Joh. Allane officiario vicecomitis de Fiffe, M. Tho. Young notario publico:—Apud Condlane, 27 Apr. 1569]:—TEST. *ut in carta* 1831. xxv. 401.

1852. Apud Edinburgh, 7 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Cuming de Eneralloquhy,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit ALEXANDRO FRASER de Phillorth, et ejus heredibus,—dimedietates solares terrarum de Kindrocht cum *lie Den-end* ejusdem, in parochia de Rathin, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Alexandro Fraser de Pittowleis, M. Wil. Fraser de Techmure, Edwardo Fraser in Faythlie, M. Davide Brody notario:—Apud Phillorth, 24 Apr. 1568]:—INSUPER, pro servitio dicti Alex., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 411.

1853. Apud Civitatem S. Andree, 16 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Sinclare de Hirdmestoun,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit MARIE MAITLAND, filie legitime D. Richardi M. de Lethingtoun militis,—annuum redditum 110 marcarum de baronia sua de Hirdmestoun et ejus annexis subscript. (viz.

terris de H., terris dominicalibus *lie* Manis et molendino earundem, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terris de Westir Pencaitland cum silvis et molendino, vic. predict.; necnon terris de Carfray cum molendino, in balliatu de Lauderdaill, et infra vic. et constabulariam predict. per annexationem):—TENEND. dicte Mar. et heredibus ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Ric. ejusque heredibus et assignatis quibuscunque, de rege:—cum precepto sasine directo Jacobo Aldinstoun de eodem:—TEST. Joh. Sinclare, Olivero S., fratribus dicti Wil., Davide Aldinstoun, And. Kneland, servitoribus dicti Ric., Tho. Sinclare, Hen. S. ejus filio, notariis:—Apud Edinburgh, 4 Maii 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 408.

1854. Apud S. Andream, 17 Maii.

REX &c., confirmavit cartam factam per Mich. commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO CAMPBELL in[1] Kingyeancleuch, et ELIZABETH CAMPBELL ejus sponse,—31 solidatas terrarum de Ovirhauch vocat. Kingyeanecleuch, 5 sol. de Maknaychiscroft, 30 den. de Scheild, 12 sol. de Nethirhauch intra Kingyeanecleuch (tunc per dictos Rob. et Eliz. et eorum cottarios occupat.), 6 sol. de Nethirhauch (per Jonetam Duncane et Tho. Bowstoun ejus filium occupat.), ½ marcat. de Willokstoun (per Wil. Lauchland occupat.), 4 solidat. de Brigend (per Helenam Michell occupat.), pratum de Makclannochanstoun (per dictos Rob. et Eliz. occupatum) extenden. ad 12 den. terrarum, cum piscaria in aqua de Air (viz. incipiendo ad metas que diviserunt 40 solidatas terrarum de Aird, per dominum de Barskumyng et ejus tenentes occupat., a dict. terris de Kingyeanecleuch et Nethirhauch, ad *lie* Dernfurd subtus *lie* Clewhous, ubicunque dicte terre de Kingyeanecleuch, Nethirhauch, Willokistoun et Brigend adjacebant dicte aque), 21 sol. 9 den. terrarum de Brintscheilis, cum salmonum piscaria in aqua de Air infra bondas earundem (per quondam Joh. Aird, tunc per Helenam Craufurd ejus conjugem, Hugonem A. eorum filium, Pat. Hammiltoun et eorum subtenentes occupat.), sedem molendini fullonum de *lie* Hauch (jacen. inter silvam de Kingyeanecleuch ex orientali, *lie* Hauchholme ex australi, molendinum granorum de *lie* Hauch ex occidentali, acram molendini *lie* Myln-aiker ex boreali partibus), necnon tenementum et hortum in villa de Mauchlene nuncupat. *the Byirknow* (inter rivulum de Mauchlene et tenementum Jonete Reid), in dominio suo de Kylismure, vic. Air:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Rob. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. pro dictis terris &c. (usque ad Makclannochanstoun) 3 libras 8 sol. 2 den., et pro areagiis, careagiis et bondagiis 40 den., tanquam firmam antiquam, necnon pro Brintscheilis 23 sol. 5 den. tanquam firmam antiquam, pro dicta sede molendini 12 den., pro dicto tenemento 3 sol. 8 den., et in augmentationem rentalis 6 sol. 8 den., extenden. in integro ad 5 lib. 6 sol. 3 den.; ac duplum feudifirme commendatario et simplum conventui in introitu heredum; sine ulla comparentia in curiis dicti monast.:—PRETEREA dicti Mich. &c. voluerunt quod unica sasina apud principale messuagium de Kingyeanecleuch capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Willelmo Duncane de Barquhilling:—Apud dictum monast., 2 Apr. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 409.

1855. Apud Sanctandrois, 19 Maii.

REX &c., concessit M. JACOBO MAKGILL de Rankeloure-Nethir, clerico rotulorum registri sui, heredibus ejus et assignatis subscript.,—terras de Auld Lundoris, cum mansione, domibus, hortis, cotagiis et *lie* Brewlandis earundem, in dominio, senesc. et vic. de Fiffe;—que fuerunt Johannis Wentoun, filii legitimi Margarete Kincragy

[1] In introductory clause "*de* Kingyeanecleuch."

filie et senioris heredis femelle quondam Alexandri K., in feudifirma tente per cartam regis Jac. IV. dicto Alex. concessam de data 29 Dec. 1511; et regi devenerunt ratione pretense alienationis earundem, aut earum majoris partis, facte Alexandro Kincragy in Ebdy absque regis consensu :—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc., quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione :—SOLVEND. annuatim 40 libras, 24 bollas avenarum, 32 capones, 64 pultrias, cum multuris granorum ad molendina regis debita et consuet., et in augmentationem rentalis 15 lib. 16 sol. 10 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum, cum maritagio cum contingeret; et edificando mansionem cum politiis necessariis; cum prohibitione alienationis absque consensu regio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 67.

1856. Apud Civitatem S. Andree, 20 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Thome Maull de Panmure,—[qua,—cum consensu Margarete Halyburtoun sponse sue,—pro pecuniarum summis sibi et Johanni Chesholme pro redemptione terrarum subscript. persolutis, vendidit JOHANNI CARNEGY de Seytoun, et KATHERINE FOTHERINGHAME ejus sponse,—villam et terras de Glaster, in baronia de Panmure, vic. Forfar :—TENEND. dictis Johanni et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Joh. de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Jacobo Carnegy fratri dicti Joh., et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., M. Willelmo C. fratri germano dicti Jac., et heredibus ejus masc. quibuscunque, de rege: —TEST. Pat. Rind in Dode, Tho. Broun in Ballischein, D. Tho. Mekesoun notario :—Apud Abirbroth, 8 Feb. 1568] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 114.

1857. Apud S. Andream, 24 Maii.
REX &c., concessit HENRICO MURRAY burgensi de Dunfermeling, heredibus ejus et assignatis,—domos et edificia et hortos infra burgum de Inverkething ex australi latere vie publice ejusdem (inter terras Jac. Scot, terras et edificia And. Scot, et mare); —qui regi devenerunt per decessum Hugonis Murray burgensis de Inverkething, bastardi, filii naturalis quondam Alexandri M., absque legitimis heredibus de corpore procreatis vel legitima dispositione facta :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 414.

1858. Apud Sanctandrois, 24 Maii.
REX &c., concessit DAVIDI LUNDI filio legitimo quondam Walteri Lundy de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Bonytoun de Ouchterhous ac binam partem de Tulleclusche, vic. Forfar; —quas M. Wil. Lundy de eodem in favorem dicti Dav. resignavit :—INSUPER rex, pro servitio impenso et impendendo, concessit dictis Davidi &c. nonintroitum, firmas &c. dict. terrarum a decessu Davidis comitis Craufurdie aut quorumcunque ejus predecessorum, ultimorum legit. possessorum earundem :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 69.

1859. Apud Brechin, 2 Jun.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi Rogie de Dundewane,—[qua, pro summa pecunie persoluta, vendidit WILLELMO MURRAY de Tullibardin equiti, compotorum rotulatori, heredibus ejus et assignatis,—terras de Dundewane (Drumdewane), cum molendino earundem et terris molendinariis, ac superioritate terrarum de Newraw, in parochia de Methven, vic. Perth :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Kentigerno Grahame de Rethernis, D. Hen. Oswald, Jac. Nicolsoun, notariis publicis, Alex. Bruce camerario de Stratherne :—Apud Tullibardin, 28 Maii 1569] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 407.

1860. Apud Brechin, 2 Jun.
REX &c., concessit DAVIDI PRESTOUN filio et heredi apparenti Symonis P. de eodem militis, heredibus ejus et assignatis, —terras et baroniam de Craigmelor, cum castro, fortalicio et manerie, molendinis, horreis, bostariis, ustrinis, columbariis, pomariis, ortis, stagnis, edificiis, *lie wardis*, *lie parkis*, advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras et baroniam de Prestoun, cum molendinis, silvis, tenenti-

bus &c., vic. Edinburgh; cum terris de Auldinstoun, Langhald et Swynhope, in dominio de Lawderdaill, vic. Berwik, prius dicte baronie de Prestoun unitis; —quas dictus Sym. apud Dunde in favorem dicti Davidis resignavit:—REDDEND. pro castro &c. de Craigmelor unum denarium argenti nomine albe firme; pro ceteris servitium warde &c.:—RESERVATIS libero tenemento dicto Sym., et rationabili tertia ejus sponse si quam tempore decessus haberet, et dicto Sym. speciali potestate dandi in vitali redditu ejus sponse, vel ante vel post matrimonium, villam de Prestoun et dimedietatem ville de Carkettill cum terris earundem, in baronia de P. aut aliquam earum partem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 413.

1861. Apud Abirdene, 6 Jun.

REX &c., concessit ROBERTO HAMMILTOUN fratri quondam Mathei H. de Mylnburne, heredibus ejus et assignatis,—terras de Houstoun, cum molendino, multuris et pendiculis, vic. Linlythqw;—quas Hen. H. filius dicti Math. resignavit:—SOLVEND. firmas feudifirme ac devorias contentas in infeodationibus dicto Hen. et ejus predecessoribus desuper confectis:—TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 9. xxv. 417.

1862. Apud Abirdene, 7 Jun.

REX &c., concessit ROBERTO HAMMILTOUN fratri quondam Mathei H. de Mylnburne, heredibus ejus et assignatis,—superioritatem terrarum de Uchiltreis, vic. Linlythqw;—quam Hen. H. filius dicti Math. resignavit:—TEST. *ut in carta* 1861. xxv. 418.

1863. Apud Abirdene, 6 Jul.

REX &c., cum avisamento Willelmi Murray de Tullybardin militis, compotorum rotulatoris, concessit HENRICO BALCANQUELL, famulo domini de Balwaird, heredibus ejus et assignatis,—octavam partem cum dimedietate decimesexte partis terrarum de Kettill, in dominio et senesc. de Fiffe; extenden. in rentali suo ad 20 sol. 10 den., 5 bollas 3⅛ peccas et septimam partem tertie unius firlote ordei, 10 bol. 1 firl. 2 dimedias pec. et dimed. quarterie pecce avenarum, 1¼ anseres, 5 dimed. pultrias et dimed. quarterie pultrie, cum 20 sol. 10 den. in augmentationem rentalis;—quas Laurentius Alexandersoun, filius quondam Thome A., in favorem dicti Hen. (fratris uxoris sue) resignavit:—REDDEND. feudifirmam *ut supra*; et multuras ac proficua ad molendinum de Freuchy adducendo pro libera multura; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon edificando hortum fossatum et septum cum esculis &c. (*ut in carta* 1784):—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 415.

1864. Apud Abirdene, 7 Jul.

REX &c., confirmavit cartam M. Jacobi Erskin archidiaconi Abirdonen.,—[qua,—cum consensu Willelmi episc. Abirdonen., presidentis ac canonicorum capituli Abirdonen.,—pro pecuniarum summis persolutis, aliisque gratitudinibus impensis et impendendis, ad feudifirmam dimisit consang. suo JOHANNI ERSKIN de Balhagartie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum suum (et) mansum cum orto et cauda ejusdem, infra Canoniam Abirdonen. (inter mansum rectoris de Oyne ex australi, mansum rectoris de Clatt ex boreali, ecclesiam Divi Mauricii ac cemiterium ejusdem ex orientali, lacum Veteris Abirdonie ex occidentali partibus):—TENEND. de rege:—REDDEND. annuatim dicto Jac. 16 sol. 8 den., necnon 40 den. augmentationis:—cum precepto sasine directo Johanni Leyth:—TEST. Alex. Forbes burgen. de Abirdene, Patricio Gray, Tho. Branche, comburgen. dicti burgi, M. Wil. Davidsoun, M. Andrea Thomsoun, notariis publicis:—Apud Abirdene, 20 Oct. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 7.

1865. Apud Abirdene, 9 Jul.

REX &c., confirmavit JACOBO CREICHTOUN de Frendraucht militi, et JONETE KEITH ejus sponse,—solarem dimedietatem terrarum de Bognie, in baronia de Frendraucht, vic. Abirdene;—quam idem Jac. resignavit:—TENEND. dictis Jacobo et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et

assignatis dicti Jacobi quibuscunque, per servitium warde :—TEST. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxii. 122.

1866. Apud Abirdene, 12 Jul.

REX &c., confirmavit JOHANNI DOMINO GLAMMIS, et ELIZABETH ABIRNETHIE ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et legit. et propinquioribus heredibus masc. et tallie dicti Joh. quibuscunque,—terras et baroniam de Baky, specialiter terras dominicales de B. cum turre, fortalicio, manerie, lacu, piscationibus, molendinis, multuris et astrictis multuris earundem, terras et villas de Newtoun de Airlie, Litiltoun, Lundarteris, Brydiistoun, Drumdarne, cum advocatione capellanie de Baky, et etiam terras de Cardane, cum molendinis, terris molendinariis et astrictis multuris, insulam de Forfar tunc vocatam Fawinche, cum lacu, piscationibus, carbonariis et molendino vocato *the Loch-myln*, terras molendinariis et astrictis multuris earundem, vic. Forfar ; —quas idem Joh. personaliter resignavit : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 65.

1867. Apud Dundee, 19 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Patricii dom. Gray,—[qua,—cum clare constaret dictum Pat. et MARIOTAM OGILVY ejus sponsam in conjuncta infeodatione sasitos esse in terris husbandiis ville de Fowlis et dimidietate terrarum dominicalium de F., cum principali loco habitationis seu manerie de F. et molendino earundem,—pro singulari amore, concessit dicte Mariote, in vitali redditu,—alteram dimid. dictarum terrarum dominicalium, cum terris de Cranisley, Blaklaw et Kingislaw, cum domibus, edificiis et hortis, in baronia de Fowlis, vic. Perth :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Johanni Gray de Kirkland de Lundy :—TEST. Joh. commendatario de Coldinghame, Alex. dom. de Hume, M. Jac. Balfoure, Geo. Gray de Mawis, Gilb. et Jac. Gray filiis dicti Pat., Tho. Irland notario publico :—Apud Fowlis, 16 Jul. 1569] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 416.

1868. Apud Dundie, 22 Jul. [1]

REX &c.,—quia terre de Hauyng, per Wil. Herone possesse, jacentes in terris dominicalibus et baronia de Levingstoun, vic. Linlithqw, ad personas subscript. pertinuerunt, tente de Jacobo Hammiltoun olim de Levingstoun juniore, et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac. A.D. 1568 latam,—ratificavit cartam per dictum Jac. confectam de dict. terris JACOBO LEIRMONTH de Ovir-Crag et ELIZABETH DOWGLAS ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. quibuscunque ;—et eas eisdem de novo dedit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 66.

1869. Apud Perth, 28 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Johannis archiepisc. S. Andree et abbatis de Pasleto, —[qua,—cum consensu capituli S. Andree, —pro 184 marc. 6 sol. 8 den. persolutis, ad feudifirmam dimisit ELIZABETH LINDESAY in Lethame, in vitali redditu, et WILLELMO MYLIS ejus filio, et MARJORIE BONTAVEROUN sponse dicti Wil., et eorum alteri diutius viventi (quamdiu dicta Mar. vitam duceret vidualem et non ultra), et heredibus masc. dicti Wil. de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione,—octavam partem ville et terrarum de Lethame et prati ejusdem (per dictos Eliz. et Wil. occupatam), in dominio suo de Monymele, regalitate S. Andree, vic. Fiffe :—TENEND. de dicto archiepisc. ; cum communi pastura in *lie* Grene-myre et usque ad *lie* Dowloch et Bruntfeild-bray ac *lie* Thornyslak consueta :—REDDEND. pro terris 4 bollas frumenti, 6 capones, 12 pultrias, 4 lib. monete, tanquam firmas solitas, 32 sol. in contentationem grassume, pro prato 4 *lie thraiffis* straminis quando archiepiscopus in palatio suo de Monymele resideret, necnon 2 sol. 8 den. pro augmentatione rentalis, cum arreagiis et carreagiis ac ceteris

[1] Dated an. reg. 3. Placed here according to the A.D. The charter is granted with consent of the Earl of Murray, who was dead in July 1570.

oneribus et servitiis debit. et consuet.; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud S. Andream; necnon duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum; et si in solutione deficerent sic quod firme 2 terminorum in toto vel in parte remanerent insolute, liceret dicto archiepisc. de dictis terris &c. libere disponere; nec liceret dictis Wil. &c. eas aut aliquam earum partem impignorare aut alienare sine licentia dicti archiepisc.: —SALVA dicto archiepisc. regalitate :—TEST. Georgio abbate de Dunfermling, M. Alex. Forres rectore de Logy-Montros, Roberto Hammiltoun camerario dicti archiepiscopi, Johanne Hammiltoun in Blakstok, Tho. Hammiltoun in Schottis :—Apud metropolitanam ecclesiam Sancti Andree, 8 Jan. 1551, consecrationis dicti episcopi anno 6, translationis 3] :—TEST. *ut in carta* 1874. xxxii. 62.

ANNO REGNI 3. ANNO DOMINI 1569.

1870. Apud Perth, 30 Jul.
REX &c., concessit ANDREE M'ADAM in Wattirheid, heredibus ejus et assignatis, —4½ marcat. terrarum de Wattirheid antiqui extentus (per quondam Joh. Makadam ejus patrem occupat.), cum domibus et edificiis, in baronia de Hailis per annexationem, infra bondas baronie de Erlistoun, senesc. de Kirkcudbrycht, vic. Drumfreis;—quas Michael Gilbert aurifaber personaliter resignavit :—REDDEND. unum denarium argenti nomine albe firme :—TEST. 1. 2. 3. 4. 5. 6. xxv. 422.

1871. Apud Perth, 31 Jul.
REX &c., dedit literas legitimationis JACOBO MENZEIS bastardo, filio naturali Roberti Menzeis burgensis de Abirdene. xxv. 419.

1872. Apud Sanctandrois, 4 Aug.
REX &c., concessit MATHEO STEWART filio et heredi apparenti Johannis S. de Mynto militis, et JONETE STEWART, filie majori natu legitime quondam Alexandri S. de Castelmylk tutoris, dicti Math. sponse future,—5 libratas terrarum antiqui extentus de Busbie, vic. Lanark; quartam partem terrarum de Arthourlie, in baronia et vic. de Renfrew;—quas dictus Joh. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Math. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus legitimis heredibus dicti Math. quibuscunque, et assignatis :—RESERVATO vitali redditu dicto Joh. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 63.

1873. Apud Sanctandrois, 6 Aug.
REX &c.,—in recompensationem summe 200 marc. exposite pro una parte expensarum demolitionis castri de Dunbar (post longam consultationem demoliti secundum actum parliamenti in tempore Jac. IV. regis confectum),—ad feudifirmam disposuit WILLELMO BONKILL burgensi de Dunbar, heredibus ejus et assignatis,—terras et fundum intra vetus propugnaculum coram dicto castro, cum horto coram janua dicti castri (per Joh. Bewman Gallum olim occupat.), cum fossis *lie fousseis* circa dict. propugnaculum (limitan. ad muros dicti castri ex boreali), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. annuatim 6 sol. 8 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 16.

1874. Apud Civitatem S. Andree, 9 Aug.
REX &c., cum avisamento secreti concilii, concessit PAUPERIBUS membris Jesu Christi tunc et in omnibus temporibus affuturis INFRA BURGUM DE PERTH commorantibus,—terras, tenementa, domos, edificia, ecclesias, capellas, hortos, pomeria, croftas, annuos redditus, fructus, devorias, firmas, elemosinas *lie dailsilver*, obitus et anniversaria quecunque, qui pertinuerunt ad quascunque capellanias, altaragia, prebendarias in quacunque ecclesia, capella aut collegio infra libertatem dicti burgi fundatas, ubicunque dict. domus &c. jacerent; cum locis, maneriis, hortis, terris, annuis redditibus, emolumentis et devoriis quibuscunque, qui Fratribus Dominicalibus seu Predicatoribus, Minoribus seu Franciscanis, et

Albis Fratribus dicti burgi pertinuerunt;—absque prejudicio infeofamentorum feudifirme per Pat. Murray de Tibbermure et alios de terris dict. Alborum Fratrum inpetratorum, dummodo firmas feudifirmarias dict. pauperibus persolverent;—cum hortis monasterio seu loco de Charterhous apud dict. burgum pertinentibus; ac cum ceteris terris, domibus et tenementis in dicto burgo et ejus libertate jacen., quibuscunque capellanis, altaribus, ecclesiis, mortuariis aut anniversariis ubicunque infra regnum datis; ac cum annuis redditibus et aliis devoriis solitis aut qui per quamcunque aliam ecclesiam extra dict. burgum de communi redditu dict. burgi aut aliis terris in eo jacentibus pro suffragiis celebrandis demandari possent:—TENEND. cum potestate per collectorem aut magistrum hospitalitatis (per ministrum et seniores dicti burgi tempore electionis eorum seniorum et deaconorum nominandum) levandi redditus &c., et eos hospitalitati aut aliis piis et divinis usibus applicandi, prout per consilium ministri et seniorum dicti burgi videretur expediens:—PROVISO quod dicte firme feudifirmarie, proficua et devorie, cum maneriebus et edificiis reparandis, et proficua earundem hospitalitati et non alias applicarentur:—INSUPER rex,—considerationem habens de ingenti fraude per numerum non parvum dict. prebendariorum, capellanorum et Fratrum publice edita, qui a tempore reformationis religionis suas terras &c. particularibus personis alienarunt et abdiderunt, et quod diversi jus ad terras &c. per suos predecessores mortificatas acclamantes, sasinam de eis tanquam heredes dictorum predecessorum adepti sunt,—omnes hujusmodi alienationes et sasinas annullavit;—necnon incorporavit omnes dictas terras &c. in unum corpus, FUNDATIONEM REGIAM HOSPITALITATIS BURGI DE PERTH nuncupand.:—RESERVANDO capellanis &c. ante dictam reformationem provisis usum fructuum durante eorum vita:—PROVISO quod dictus collector aut magister singulis annis officio defungeretur, et alius per dictos ministrum et seniores eligeretur; et quod tam superintendenti patrie et ministris et senioribus dicti burgi quam in regis scaccario, prout requisitus esset, rationem redderet:—TEST. 1. 2. 3. 8. 5. 6. xxxii. 61.

1875. Apud Sanctandrois, 12 Aug.
REX &c., concessit JACOBO HEPBURNE burgensi de Perth, et JONETE OLIPHANT ejus sponse,—tres quarterias ville et terrarum de Rollandstoun, cum tenentibus &c., vic. Berwik;—que fuerunt quondam M. Willelmi Hepburne de Rollandstoun et Mariote Maxwell ejus sponse, patris et matris dicti Jac., tente de Jac. olim comite de Boithuile dom. Hailis et Creichtoun &c., ad quas dictus Jac. H. tanquam heres dicti Wil. succedere debebat; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti com.:—TENEND. dictis Jac. H. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jac. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxv. 420.

1876. Apud S. Andream, 18 Aug.
REX &c., concessit ALEXANDRO LOVELL filio et heredi apparenti Jacobi L. burgensis de Dundie, heredibus ejus et assignatis,—peciam terre ad 8 acras estimat., quarum 4 per Rob. Barrie, 2 per Davidem Hay, 2 per Tho. Robertsoun occupate sunt (inter terras Adami Smyth, constabularii de Dundie, et Joh. Wedderburne, et torrentem nuncupat. Butterburne), necnon aliam peciam terre ad 6 acras estimat., per Rob. Mylne occupatam, nuncupat. *the Westfauld* (inter terras dicti constab. appellatas *lie* Clapintoun, et acras Joh. Craufurd), cum pecia terre estimata ad 8 acras, *lie* Eistfauld nuncupat., cum *lie* Buttis (inter viam appellat. Lone-gait, terras dicti constab., morum de Cragie et terras nuncupat. Wallace-cragie), cum 2 *lie ruidis* in moro dicti constab., jacen. contigue ad boreales partes dict. 8 acrarum, cum 4 acris terrarum dicti constab., per Tho. Coustene occupat. (inter terras dicti Joh. Craufurd, terras de Clapintoun, et Buttirburne), in dominio de Dudop, vic. Forfare;—quas dictus Jac. resignavit:—REDDEND. unum den. albe firme:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia Eufamie Forrett

ejus sponse cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 70.

1877. Apud S. Andream, 18 Aug.

REX &c., confirmavit cartam factam per Cristinam Dalzell, relictam Willelmi Twedie in Ganoch, dominam conjuncte infeodationis terrarum subscriptarum, cum consensu Willelmi Baillie tunc ejus sponsi pro ejus interesse, necnon Jacobi Twedie filii et heredis dicti Wil. T., et ejus tutorum seu curatorum pro eorum interesse,—[qua, —pro perimpletione contractus confecti inter Joh. Dunbar de Mochrome militem ab una, et dictos Cris. et Wil. B. pro ejus interesse ab altera partibus, de data apud Cragnargat, 13 Nov. 1570,—pro 250 marc. persolutis, vendidit dicto JOHANNI DUNBAR, heredibus ejus et assignatis,—2½ marcat. terrarum suarum de 5 marcatis de Gerkerrow antiqui extentus, in parochia de Mochrome, vic. Wigtoun:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Archibaldo Mure:—TEST. Pat. Agnew vicecomite de Wigtoun, M. Pat. Vaus de Barnebarroch, Arch. Mure, Joh. Makdowell de Knokincors:—cum subscriptione dicte Cris. per notarium, calamo per se tacto:—Apud Craignargat, 23 Nov. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 37.

1949. Apud Edinburgh, 18 Dec.

REX &c., confirmavit cartam Uthredi Makdowell de Garthland,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se et Uthredum M. filium suum et heredem apparentem ab una, et D. Joh. Dunbar de Mochrum-park militem auratum et Eufamiam D. dominam de Barnbarroch ejus filiam ab altera partibus,—concessit dictis UTHREDO MAKDOWELL juniori, et EUFAMIE DUNBAR ejus future sponse, —dimidietatem suam 6 marcatarum terrarum de Karne (per Tho. Makdowell tenentem occupat.), dimid. 5½ marcatarum de Portincalzeis (per Alexandrum Boyde et Tho. Portar occupat.), antiqui extentus, sibi pertinen., per umbram tanquam pro diviso, in baronia de Corswell, parochia de Kirkcum, vic. Wigtoun:—TENEND. dictis Uth. juniori et Eufamie et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Uth. seniori et heredibus suis reversuras, de rege:—TEST. Gilb. Kennedie de Dalquhorran, Gawino Dunbar de Baldone, Arch. Mure in Ardoulan (Areoulan?), Pat. Makdowell de Logane, Joh. Makdowell in Keromogill:—Apud maneriem de Mochrum-park, 19 Nov. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 54.

1950. Apud Edinburgh, 21 Dec.

REX &c., concessit ADAMO EPISCOPO ORCHADENSI ET ZETLANDIE, commendatario de Halyruidhous, heredibus ejus et assignatis,—terras de Briglandis, cum superioritate earundem, vic. Peblis;—quas Tho. Lowis de Maner, cum consensu Michaelis Nasmyth de Posso et Michaelis Hoppringle tutoris de Torsons, tutorum et curatorum suorum, resignavit:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 36.

1951. Apud Edinburgh, 22 Dec.

REX &c., confirmavit cartam Johannis Schennane de Dunjop,—[qua,—pro perim-

pletione contentorum in contractu inito apud Kirkcudbrycht, 2 Aug. 1566,—vendidit JACOBO ASCHENNAN, fratri germano suo,—4 marcat. terrarum de Toreous-Makkee antiqui extentus, in parochia et vic. de Wigtoun:—TENEND. dicto Jac. et heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus deficientibus, dicto Joh. et heredibus masculis de corpore suo procreatis reversuras, de rege:—RESERVATIS libero tenemento dicto Joh., et rationabili tertia Jonete Gordoun conjugi sue cum contingeret:—cum precepto sasine directo Michaeli M'Kee:—TEST. Niniano Mureheid de Litilltoun, Davide Arnot de Barcapill, And. Haw burgen. de Kirkcudbrycht, Nigello Gunnochan clerico, Davide Hawik, Mich. Dun notario publico:—Apud Dunjop, 22 Maii 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 40.

1952. Apud Edinburgh, 31 Dec.

REX &c., confirmavit cartam factam per Tho. Hay ministrum, F. Gilb. Broun usufructuarium templi S. Crucis de Peblis, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt JOHANNI HAY fratri germano quondam Thome H. de Smeithfeild, heredibus ejus et assignatis,—terras et croftas jacen. contigue prope et circa dict. templum, cum columbario earundem (extenden. in rentali suo, computorum rotulatori regis exhibito, ad 3 lib.), terras suas vocat. Kingismedow, cum terris et pratis earundem, jacen. ex australi latere aque de Tweid (extenden. ad 5 lib.), vic. Peblis:—REDDEND. annuatim dictis ministro &c. pro terris et croftis 3 libras 20 den., pro Kingismedow 5 lib. 5 sol., in integro 8 libras 6 sol. 8 den.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Willelmo Hay:—TEST. Joh. Robertsoun, Gawino Charteris, servitoribus dicti ministri, Wil. Hay in Smeithfeild, Jac. Hay in Boningtoun, D. Joh. Allane notario publico:—Apud dict. templum, 20 Oct. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 35.

1953. Apud Burgum de Edinburgh, 1 Jan.

REX &c., cum consensu secreti concilii, concessit preposito, ballivis, consulibus et communitati BURGI DE MONTROIS, et eorum successoribus, ad effectum infrascript. et non alias,—firmas, *lie canis* et alia devoria tenementorum, domorum, edificiorum, hortorum, pomariorum, croftarum, acrarum et piscariarum qui quondam Fratribus Predicatoribus dicti burgi pertinebant, cum annuis redditibus, fructibus, devoriis, proficuis, *lie dailsilver*, obitibus, anniversariis qui ad eos spectabant ubicunque infra regnum; cum terris, tenementis, domibus, edificiis, ecclesiis, capellis, pomeriis, hortis, acris, croftis, annuis redditibus, fructibus, devoriis, proficuis, *lie dailsilver*, obitibus, anniversariis quibuscunque, qui ad quascunque capellanias aut altaragia pertinebant, cum terris, annuis redditibus, pomeriis, hortis et aliis devoriis eisdem pertinen., et omnibus aliis in dicti burgi ecclesia parochiali fundat.; Fratrum capellas et alias ecclesias infra dictum burgum et ejus libertatem ac parochiam per quemcunque patronum fundatas, et quarum dicti Fratres, capellani et prebendarii earundem in possessione fuerant, ubicunque dict. tenementa &c. jacerent; cum ipsa ecclesia dict. Fratrum, et omnibus ann. red. solutis aut qui per quamcunque aliam ecclesiam aut capellaniam extra dictum burgum de communi redditu ejusdem pro suffragiis celebrandis demandari possent; cum omnibus terris et tenementis infra dict. burgum et ejus libertatem jacen., cum annuis redditibus de quacunque domo, terra aut tenemento infra eundem quibuscunque capellanis, altaragiis, vicariis, ecclesiis, mortuariis aut anniversariis concessis:—TENEND. cum potestate dict. ecclesias et capellas exstructioni et sustentationi hospitalis pauperum ac ceterarum egentium personarum applicandi;—PROVISO quod dictum opus inciperent ac quecunque suprascripta jam vacantia in usum eundem infra 7 menses, ac cetera proficua cum vacare contingerent simili modo, penitus converterent; sin minus, hanc donationem nullius roboris fore:—ITAQUE rex annullavit omnes alienationes dict. terrarum &c. per ingentem numerum dictorum prebendariorum &c. post immutationem religionis particularibus hominibus factas, et sasinas per plerosque legios suos recuperatas de terris, &c. per eorum predecessores mortificatis;—et incorporavit omnes dict. terras &c. in unum cor-

pus, appellandum FUNDATIO REGIA HOSPITALITATIS BURGI DE MONTROIS:—RESERVATO capellanis, prebendariis et Fratribus ante religionis immutationem provisis, usu fructuum durante eorum vita:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 38.

1954. Apud Edinburgum, 5 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Walteri Kynnard de Culbyn,—[qua,—ob perimpletionem sue partis contractus initi apud Elgin, 11 Nov. 1568,—concessit PATRICIO KINNARD patruo suo, pro ejus vita, quo deficiente, uni heredi vel assignato dicti Patricii non majoris dignitatis quam ipse Pat. tunc fuit, durante vita dicti heredis &c.,—villam et terras de Laik (per quondam Margaretam Murray relictam Walteri K. de Culbyn avi dicti Walt., tunc per Rob. Symsoun et Joh. Thomsoun occupatas), cum omnibus libertatibus quas dicta Marg. de eisdem possidebat, excepta piscaria unius cimbe tunc abolite, in baronia de Culbyn, vic. Elgin et Fores:—RESERVANDO dicto Walt. et heredibus suis ariagium et careagium dicti Rob. consuetum, quo deficiente, ariagium &c. alicujus responsalis tenentis seu possidentis locum dicti Rob.:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Innes de Drany, Joh. Annand preposito de Elgin, Wil. Innes in Unthank, Roberto Innes fratre germano dicti Jac.:—Apud Culbyn, 11 Apr. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 34.

1955. Apud Edinburgum, 7 Jan.

REX &c., ad feudifirmam dimisit consiliario suo M. ALEXANDRO DUNBAR decano de Murray, heredibus ejus et assignatis,—terras et fundum orti Fratribus Predicatoribus burgi de Elgin olim pertinentes (per Alex. Petirkin liberetenementarium ejusdem occupat.), in dicto burgo;—qui regi devenerunt per religionis reformationem, acta et statuta desuper confecta:—REDDEND. annuatim 30 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. 1. 2. 3. 5. 6. 11. xxxii. 41.

1956. Apud Edinburgh, 15 Jan.

REX &c., concessit et, pro bono servitio, quitteclamavit ALEXANDRO WATTERSTOUN filio et heredi apparenti Thome W. de eodem, heredibus ejus masculis et assignatis,—solarem dimidietatem terrarum de Watterstoun, cum integro molendino, tenentibus &c., necnon annuum redditum 15 petrarum casei de umbrali dimid. de W., vic. Forfare;—quos dictus Thomas resignavit:—SOLVEND. jura et servitia debita et consueta:—RESERVATIS libero tenemento dicto Tho., et rationabili tertia ejus sponse legitime cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 43.

1957. Apud Edinburgh, 20 Jan.

REX &c., concessit MARGARETE HUME filie legitime Johannis Hume de Coldenknowis equitis aurati, in vitali redditu,—in ejus virginitate ante matrimonium inter eam et Wil. Turnebull filium et heredem apparentem Thome T. de Beddroule militis complendum,—terras de Fultoun et Crocecleuch, in baronia de Beddroule, vic. Roxburgh;—necnon dicto WILLELMO TURNEBULL, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Beddroule, cum molendinis, multuris, silvis, piscationibus, tenentibus &c., vic. Roxburgh;—quas omnes dictus Tho. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dicto Tho. (exceptis Fultoun et Crocecleuch); et vitali redditu terrarum de Mensles, in dictis baronia et vic., Jonete Turnbull ejus sponse secundum tenorem ejus infeodationis earundem:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 44.

1958. Apud Edinburgh, 21 Jan.

REX &c., concessit et, pro servitio prestito et prestando, de novo dedit servitori suo ANDREE HOME, filio quondam capitani Gawini H., tunc capitano de Tamtalloun,—4 terras husbandias de Eistir Lawis de Quhitsum (per dictum Andream occupatas), vic. Berwik;—que regi devenerunt ob forisfacturam Jacobi quondam comitis de Bothuile:—INSUPER rex concessit dicto Andree wardam, nonintroitum, annuos proventus &c. dict. terrarum ab obitu cujuscunque ultimi legit. possessoris ad introitum legitimi heredis:—TENEND. dicto And. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome H., ejus here-

dibus et assignatis quibuscunque :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 45.

1959. Apud Edinburgh, 23 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Mathei Forrestar, preceptoris S. Antonii in Leith,—[qua,—providens commodum dicte preceptorie, tunc destitute conventus ob decessum et rerum ecclesiasticarum status mutationem,—pro summis pecunie aliisque gratitudinibus &c. sibi prestitis, ad feudifirmam dimisit DAVIDI FORRESTAR burgensi de Edinburgh, in vitali redditu, et JONETE FORRESTAR ejus filie hereditarie, et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Alexandro F. filio naturali dicti Mathei, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicte Jonete quibuscunque,—croftam terre arabilis ex occidentali parte ville de Leith (inter muros horti et loci de Sanct-Anthonis ex orientali, terras arabiles de Pilrig cum *lie* Grensyde ex australi et occidentali, croftam et terras Joh. Dobye terrasque Joh. Mathesoun et Johannis Balfour ex boreali partibus), vic. Edinburgh :—Reddend. annuatim dicto preceptori 14 sol. ; necnon duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Georgio Gibsoun scribe :—Test. M. Georgio Freir scriba et notario publico, Petro Ayrth servitore, Geo. Gybsoun scriba, Davide Lawte scriba, Jac. Borthuik, Geo. Danielstoun, ejus servis :—Apud Edinburgh, 27 Mar. 1569] :—Test. 1. 2. 3. 5. 6. 10. xxxii. 48.

1960. Apud Edinburgh, 23 Jan.

REX &c., confirmavit preceptum sasine Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua mandavit Gilberto Menzes de Cowlie, ballivo suo in hac parte, ad dand. sasinam super carta feudifirme per se, cum consensu canonicorum capituli Abirdonen., concessa M. GEORGIO MIDDILTOUN (burgensi de Abirdene), et ISOBELLE IRWING ejus sponse,—de piscaria dimidii rethis piscationis sue aque de Doyne, vic. Abirdene ; —quam dicti Geo. et Is. de dicto episc. per diversos annos in assedatione habuerunt, et adhuc habuerunt pro certis terminis cursuris :—Tenend. dictis Geo. et Is. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus propinquioribus legit. dicti Geo. et assignatis quibuscunque, de dicto episc. :—Test. Tho. Menzeis de Petfoddellis, Gilb. M. ejus filio et herede apparente, Martino Howesoun burgen. de Abirdene, M. Stephano Maners, And. Buk, M. Tho. Stewart, Walt. Cant, Alexandro Paip, M. Thoma Fraser, M. Johanne Kennedy, notariis publicis :—Apud civitatem Abirdonen., 14 Oct. 1566] : —una cum instrumento sasine virtute dicti precepti date :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 53.

1961. Apud Edinburgh, 24 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua,—pro pecuniarum summis persolutis sibi, et etiam Margarete Cullace juniori filie legitime Roberti C. de Balnamone, et Adamo Dundas fratri germano Archibaldi D. de Fingas, qui hereditatem terrarum subscriptarum in favorem ALEXANDRI DOMINI SALTOUN resignaverunt,—ad feudifirmam dimiserunt dicto Alex., heredibus ejus et assignatis pluribus aut uni,—terras dominicales de Strathilay, vulgo *lie* Grange de S., cum turre et fortalicio et pendiculis earundem, viz. Murifauld, Thorntoun, Hauchis, Boglogy, silvam vocat. Cragward, cum communi pastura in Auldmoir, Gallowhill et Kynbadie, cum focalibus debitis et consuet. in marresio de Fortre, ac terras de Clerkseit (dimidium earum jacen. ex parte orientali de Grange, alterum dimid. ex parte orientali torrentis, viz. ex orientali terrarum de Auchinhuiffis et Auchindarne), terras de Auchindarne, molendinum de Strathilay nuncupat. Overmylne, cum ejus toftis, croftis, domibus, edificiis, multuris et sequelis totius baronie sue de Strathilay et eidem molendino prius astrictis, cum aliis accidentibus et multuris tam infra quam extra dictam baroniam, in dicta baronia, regalitate de Kynlos, vic. Banff :—Reddend. dicto monast. pro dictis terris dominicalibus cum pertinen. 4 lib., pro Clerkseit 4 lib. 13 sol. 4 den., 5 sol. pro qualibet 2 bollarum farine avenatice, 2 sol. 6 den. pro qualibet 2 bollarum avenarum,

4 sol. pro quolibet 2 vervecum, 3 den. pro qualibet 12 pultrearum, 8 den. pro quolibet 2 anserum, 16 den. pro *lie mart-silver*, pro Murefauld 5 lib. 6 sol. 8 den., 7 sol. 6 den. pro 1½ bollis farine avenatice, 4 sol. pro uno vervece, 12 den. pro 1½ anseribus, 4 den. pro quolibet 6 caponum, 3 den. pro qualibet 12 pultrearum, 16 den. pro *lie mart-silver*, pro Boglogy 53 sol. 4 den., 3 sol. 9 den. pro 3 firlotis farine avenatice, 2 sol. pro dimedio vervecis, 12 den. pro 3 caponibus, 18 den. pro 6 pultreis, 8 den. pro uno ansere, 8 den. pro *lie mart-silver*, pro Thorntoun 53 sol. 4 den., 3 sol. 9 den. pro 3 firlotis farine avenatice, 2 sol. pro dimedio vervecis, 12 den. pro 3 caponibus, 18 den. pro 6 pultreis, 8 den. pro uno ansere, 8 den. pro *lie mart-silver*, pro Hauchis 6 lib., 10 sol. pro 2 bollis farine avenatice, 5 sol. pro 2 bollis avenarum, 8 sol. pro 2 vervecibus, 16 den. pro 2 anseribus, 2 sol. pro 8 caponibus, 4 sol. pro 16 pultreis, 16 den. pro *lie mart-silver*, pro Auchindavrane 3 lib. 6 sol. 8 den., 2 sol. 6 den. pro 2 firlotis farine avenatice, 15 den. pro 2 firlotis avenarum, 2 sol. pro dimed. vervecis, pro dicto molendino cum pertinen. 5 celdras farine avenatice, extenden. ad 20 lib., et sic in integro 53 lib. 17 sol. 5 den., tanquam firmam antiquam, cum 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia per ipsos, saltem tenentes et occupatores dict. terrarum, apud *lie* Grange de Strathilay tenenda:—INSUPER dicti Walt. &c. voluerunt quod unica sasina apud *lie* Grange de Strathilay capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Tho. Abirnethy in Turtrie:—TEST. Pat. Dunbar, Joh. Paradice, Joh. Colles, Wil. Fordice in Corskelle, Davide Colles:—Apud dictum monast., 8 Jan. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 52.

1962. Apud Edinburgh, 25 Jan.

REX &c., ad feudifirmam dimisit PAULO REID burgensi de Air, et MARGARETE DOUGLAS ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et PAULO REID juniori, eorum filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis quibuscunque dicti Pauli senioris, hereditarie,—16 acras terrarum Fratribus Predicatoribus de Air olim pertinen. (per dictum Paul. seniorem et ejus subtenentes occupat., tunc vero ei assedatas, quarum ille et ejus predecessores grati tenentes et possessores multis retroactis annis fuerant), infra territorium et burgalem libertatem de Air;—que regi devenerunt per religionis reformationem:—REDDEND. novem marc. tanquam firmam tunc solutam, cum 20 nummis augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxii. 50.

1963. Apud Edinburgum, 26 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam M. Joh. Thorntoun precentorem Moravien. et usufructuarium vicarie ecclesie parochialis de Abirkirdor, cum consensu M. Johannis Thorntoun rectoris de Adwie et Cromdall, ejus successoris ad dictam vicariam,—[qua,—cum consensu Patricii episc. Moravien., et canonicorum capituli Moravien.,—pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit JACOBO INNES de Touquhis—terras ecclesiasticas ville ecclesiastice de Abirkirdor, Karnehill, et domum de Yochrie, cum earum decimis garbalibus (exceptis manso, horto, crofta, domibus, ædificiis dict. terrarum, et libertate fodine pro focalibus et communi pastura consuetis, tunc per D. Joh. Innes vicarium pensionarium dict. ecclesie et vicarie occupatis, dicto D. Joh. pro ejus vita reservatis, et post ejus decessum dicto quond. M. Joh. T. et suis successoribus), in parochia de Abirkirdor, regalitate de Spynie, vic. Banff:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque, de dicto vicario:—REDDEND. 17 lib. tanquam firmam antiquam, et 40 sol. augmentationis; et duplicando dict. 19 lib. in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum mansum; et essent grati dicto vicario quoties fructus dicte vicarie colligeret, cum requisiti forent; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus curreret in alium, hec infeodatio caderet in commis-

sum; et si duo termini currerent in tertium et tertius in quartum, hec infeodatio esset in se nulla:—PRETEREA dicti Jacobus &c. dictum vicarium et ejus servitores et equos ad hospitium in esculentis, potulentis, stabulo, pabulo et avenis in domo de Yochrie reciperent cum dictus vicarius dictam ecclesiam visitaret, dicti vicarii sumptibus:—TEST. Alex. Dunbar de Cumnok, Joh. Dunbar de Mochrame, Pat. Dunbar feodatario de Cumnok, D. Jacobo Spens vicario de Dolles, M. Hugone Cragie pensionario de Murthlie:—Apud Elgin et Sconam, 1 Jul. 1560]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. I., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 46.

1964. Apud Edinburgh, 27 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Patricii Dunbar,—[qua, pro magna pecunie summa persoluta, vendidit ALEXANDRO BRODIE de eodem, et MARGARETE HAY ejus sponse,—villam et terras de Darkles, in dominio de Brodie, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, quibus deficientibus, heredibus inter eos legitime procreandis, quibus def., heredibus dicti Alex. quibuscunque, de rege:—cum precepto sasine directo Roberto Mailing et Nicholao Duff:—TEST. M. Alex. Dowglas commissario Moravien., Alexandro Dunbar de Inchecheriis, Alex. Meft in Darkles, Johanne Cuming in Dyk, Willelmo Hay burgen. de Elgin, M. Martino Logy in Elgin, D. Willelmo Douglas vicario de Elgin, notariis publicis:—Apud Elgin, 4 Jul. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 47.

1965. Apud Edinburgum, 29 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per Alexandrum Fraser de Phillorth, nepotem et heredem Alexandri F. de P. ultime defuncti,—[qua vendidit JACOBO FRASER, patruo suo,—terras suas de Skatterty, vic. Abirdene;—in recompensationem carte facte per dict. avum suum dicto Jac. de terris de Kinglassye, in baronia de Phillorth, vic. Abirdene, de data apud Phillorth, 22 Dec. 1561; et pro redemptione dict. terrarum de K.:—TENEND. dicto Jacobo et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, dicto Alex. juniori et heredibus suis reversuras, de rege:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Cuming de Inverraloquhy, Jac. Davidsoun burgen. de Edinburgh, Jacobo Fraser fratre germano dicti Alex. junioris, Mich. Fiddes de Tibertye:—Apud Edinburgh, 20 Jan. 1570]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. F., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 49.

1966. Apud Striviling, 29 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per Franciscum commendatarium perpetuum de Calco, et M. Wil. Lummisden rectorem de Cleische, sacristam monasterii de Dunfermling administratoremque monast. de Calco, et ejusdem conventum,—[qua,—cum ex veterum scriptorum diligenti lectione constaret majores seu predecessores Walteri Ker de Cesfurd militis, necnon ipsum Walt., in terris subscript. infeodatos fuisse, temporum nihilominus injuria et bellorum tumultibus istic sepius grassantibus evidentias earundem partim deperditas, partim locorum mutatione corruptas,—pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt dicto WALTERO KER, et ISOBELLE KER ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque ejus masc. et tallie respective et successive in infeofamento ejus hereditatis contentis,—terras de Haliden cum manerie, et Huntliewod, in baronia de Boldane, vic. Roxburgh:—REDDEND. monasterio de Calco 10 libras tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis;—quas summas dicti Franc. &c. assignaverunt dictis Walt. &c., ballivis hereditariis dicti monast., regalitatis, baroniarum et terrarum ejusdem, pro eorum feodo:—cum precepto sasine:—Apud dict. monast., 23 Jan. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxii. 55.

1967. Apud Striviling, 12 Feb.

REX &c., confirmavit cartam factam per D. Wil. Blakburne, capellanum capellanie S. Tiroti in baronia de Fordell,—[qua,—cum

consensu Jacobi Henrysoun de Fordell, patroni dicte capellanie,—ad feudifirmam dimisit Joanni alias D. JOANNI BLYTH capellano, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas dicte capellanie, jacen. apud dict. capellam (inter terras de Pittaudro et *lie* Westirtoun de Fordell), vic. Fyffe:—REDDEND. dicto capellano 40 sol. tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo Thome Gylour:—TEST. M. Jo. Henrysoun de Bengour, Tho. Gylour, And. Murray, Jo. Henrysoun:—Apud Fordellis, 10 Jul. 1567]:—TEST. 12. 2. 3. 5. 6. 10. xxxiv. 318.

ANNO DOMINI 1571. ANNO REGNI 4.

1968. Apud Leyth, 20 Jul.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua,—pro magnis pecuniarum summis ad reparationem multorum defectuum monasterii sui et ad sustentationem dicti conventus persolutis,—ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI DAWSOUN, fratri germano Joannis D. in Hempriggis,—4 bovatas terrarum de Mwreailhous de Awoch, alias *the Abbottisland*, cum decimis garbalibus earundem a trunco nusquam separatis, in parochia de Awoch, diocesi Rossen., regalitate de Kinlos, vic. Invernes;—quas Alex. Achesoun de Gosfurd et Helena Reid ejus sponsa in favorem dicti Dav. resignaverunt per Jo. Paradyse procuratorem constitutum per literas (*in carta* 1915 *narratas*):—TENEND. dicto Dav. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo. D. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Dav. et assignatis quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 7 lib. 6 sol. 8 den. firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast., et personalem presentiam per ipsos et inhabitatores dict. terrarum quolibet itinere justiciario dicte regalitatis; et pergendo cum dictis abbate &c., sive eorum ballivis, in guerris regis et regine, sufficienter induti rebus bellicis secundum patrie consuetudinem, propriis sumptibus:—RESERVANDO dictis abbati &c. unam domum sufficientem in dict. terris pro conservatione et collectione decimarum et victualium rectorie de Awoch:—TEST. Rob. Colles de Balnamone, Rob. C. ejus filio, Adamo Dundas camerario de Kinros (Kinlos?), And. Baxter ibidem, D. Jo. Gibsoun rectore de Unthank notario publico:—Apud dictum monast., 20 Aug. 1566]:—TEST. 12. 2. 3. 5. 6. 10. xxxiii. 23.

ANNO REGNI 5. ANNO DOMINI 1571.

1969. Apud Streviling, 8 Sept.

REX,—cum consensu Joannis com. de Mar dom. Erskin, sibi et regno suo regentis,[1]—remisit ROBERTO DOMINO BOYD, Thome magistro Boyd et Roberto Boyd de Baddinhath ejus filiis, Adamo Boyd de Pinkill, M. Jacobo Boyd de Trochrig ejus filio, Roberto Boyd de Portincros, Archibaldo Boyd ejus filio et heredi apparenti, Thome Boyd de Petcon, Roberto B. ejus fratri, Joanni Boyd de Boynschaw, Jacobo Boyd de Hullirhill, Alexandro Boyd in Craig, Roberto B. ejus filio, Thome Boyd de Kippis, Jacobo Boyd ejus filio, Joanni Boyde in *lie* Kirktoun de Kilmarnok, Georgio B. ejus filio, Roberto Boyde in Kilbride, Willelmo Boyd et Joanni Boyd mercatoribus in Kilmarnok, Joanni Boyd burgensi civitatis Glasguen., Roberto Boyd in Cuikstoun, Joanni Boyd in Quhytlieburne, Willelmo Boyde in Noddesdaill, Joanni Boyde in Gowanlie, Roberto Boyd in Wardlaw, Roberto Boyd in Lyn, Roberto B. ejus filio, Willelmo Boyd in Laswade, Quintino B. ejus fratri, Alexandro Boyde servo dicti domini Boyd, Hugoni Craufurde de Kirk-

[1] So in all charters up to No. 2102 inclusive.

wod, Archibaldo Boyle in Rysholme, Waltero Craufurd in Gairbraid, Joanni Craufurd in Quhytlieburne, Joanni Lyndsay in Greinleis, Patricio Colquhoun fratri Joannis C. de Kilmardony, Joanni Craufurd in Wils(t)oun, Thome Ros in Bordland, Joanni Lokart in Unthank, Jacobo Auchlos de eodem, Hugoni Wallace de Mynefurd, Patricio Hammiltoun de Bogsyde, Archibaldo Kelso in Hingdok, Archibaldo Kelso in Newsyde, Johanni Blair in Windie-ege, Willelmo Blair ejus filio, Joanni Blair in Quhytecraig, Willelmo B. ejus filio, Willelmo Blair in Langsyde, Jacobo Craufurd in Midletoun, Joanni Montgomrie in Flat, Matheo M. ejus fratri, Joanni M. filio ejusdem, Andree Wod in Largis, Archibaldo Kelso de Kelsoland, Alexandro Hammiltoun ejus servo, Georgio Ros de Haning, Joanni Fergushill de eodem, Andree Schaw de Sornebeg, Joanni S., Roberto S. et . . . S. filiis dicti Andree, Joanni Kneland de Foskane, Oswaldo K., Gavino K., Georgio K., ejus fratribus, Hugoni Craufurd de Kilbirnie, Willelmo C. et Patricio C. ejus filiis, Davidi Barclay de Ladyland, Joanni B. ejus fratri, Patricio Craufurd de Cartisburne, Davidi C. ejus filio, Roberto Craufurd filio Joannis C. de Kirkwod, Cuthberto Craufurde de Auchincloch, Davidi Barclay in Kenniehill, Hugoni Dillape in Craufeild, Willelmo Craufurd in Mwnnok, Joanni Craufurd filio Joannis C. de Clowbarhill, Joanni Greinhill et Allano Dillape servitoribus dicti dom. de Kilbirnie, Willelmo Schaw in Minnok, et omnibus eorum hominibus, tenentibus et servitoribus,—rancorem animi sui, sectam regiam et omnem actionem pro eorum proditoria existentia contra regem ad campum seu bellum de Langsyde, et deprivatione auctoritatis sue regalis, eandem vi armorum et alias resistentia, ac regi tanquam boni subditi tempore preterito a sua coronatione non obedientia; necnon pro ceteris actionibus, criminibus, proditionibus &c. quibuscunque, a coronatione sua commissis,—murthuris patris sui, Jacobi com. Moravie ac Mathei com. Lennosie avi sui suorumque regentium, incendio, murthuro, interfectione, mulierum raptu, furto, receptione furti, arte magica exceptis (excipiendo a dicta exceptione interfectionem et alia crimina in communi causa resistentie sue auctoritatis commissa aut desuper dependentia);—dummodo partibus conquerentibus et dampna passis satisfacerent:—literis pro tempore vite dict. personarum duraturis. xxxiv. 447.

1970. Apud Leith, 13 Sept.

REX &c., concessit JOANNI FRASER, nepoti et heredi apparenti Joannis F. de Knok,—10 librat. terrarum de Knok antiqui extentus, in dominio de Largis, balliatu de Cwnynghame, vic. Air;—quas dictus Jo. F. avus apud Striveling personaliter resignavit, reservato sibi vitali redditu:—TENEND. dicto Joanni juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis et assignatis dicti Jo. senioris quibuscunque:—REDDEND. firmas et devorias in antiquis infeofamentis expressas:—PROVISO quod si dicti Jo. junior et senior absque heredibus masculis de corporibus suis decederent, sic quod proprietas heredibus fem. deveniret, liceret heredibus masc. dicti Jo. senioris, ejus nomen et cognomen gerentibus quibuscunque, dictas terras ab heredibus fem. redimere per solutionem 850 marc. (secundum tenorem contractus inter dictum Jo. seniorem et propinquiores consanguineos ejus heredum fem. confecti) infra ecclesiam parochialem de Largis; cum libertate, si heredes fem. receptionem refutarent, dict. summam in manibus cujusdam hominis creditarii seu respondentis hereditarii consignare:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 127.

1971. Apud Striveling, 28 Sept.

REX &c., concessit M. THOME LYOUN fratri germano Joannis domini Glammis, heredibus ejus et assignatis,—terras de Scrogarfeild, villam et terras de Heystoun, cum earum domibus, ortis, toftis, croftis, vic. Forfar;—regi pertinen. ob forisfacturam Davidis Seytoun de Parbroith:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 128.

1972. Apud Striveling, 29 Sept.

REX &c., concessit M. THOME LYOUN fratri germano Joannis domini Glammis, heredibus ejus et assignatis,—terras de

Banchrie, Pitkenye, Pittedie-Norther et Balberdye, cum molendino de Kinghorne, terris molendinariis et multuris ejusdem, cum turre, fortalicio, tenentibus &c., donatione beneficiorum et capellaniarum earundem, cum ceteris villis et terris in baronia de Kynghorne, vic. Fyfe, per Jac. V. regem quondam Jacobo Kirkcaldy de Grange et Patricio K. ejus fratri dispositis virtute pretense forisfacture contra quondam Joh. dom. Glammis deducte;—que fuerunt Willelmi Kirkcaldie olim de Grange, et Joannis K. filii dicti Pat.; et regi devenerunt ob forisfacturam dictorum Wil. et Jo. K., aut eorum alterius:—TEST. 12. 2. 3. 5. 6. xxxiii. 147.

1973. Apud Leith, 8 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Roberti Drummond de Carnok militis,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se ab una, et Pat. D. filium suum primogenitum et heredem apparentem, cum consensu Joannis comitis de Mar dom. Erskin &c., Davidis Erskin commendatarii de Dryburgh, et Joannis Elphyngstoun rectoris de Invernochtie, curatorum dicti Patricii, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 28 Feb. 1569,—concessit dicto PATRICIO DRUMMOND—6⅔ septimas partes terrarum de Carnok, cum turre, fortalicio, pomeriis, columbariis, molendinis, multuris, carbonibus, carbonariis earum, aliam septimam partem terrarum in Touchill (per Jo. Jervay occupat.), septimam partem terrarum de West-end de Plane alias Culquarter (per Jacobum M'Kie occupat.), 2 septimas partes terrarum in Carbrok, 2 septimas partes terrarum in Carincaber, 2 septimas partes de Durishaill, terras de Bannokburne, cum molendinis, multuris, carbonibus, carbonariis, advocatione capelle Sancti Niniani prope Striveling, jacen. per annexationem in baronia de Carnok, vic. Strivelyng:—TENEND. dicto Patricio et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni D. filio secundogenito dicti Rob., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Roberto D. filio suo tertiogenito, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. filio suo quartogenito, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro D. de Medope fratri germano dicti Rob. senioris, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Rob. senioris quibuscunque, de rege:—REDDEND. pro Bannokburne servitia debita et consueta; pro ceteris 45 sol. 4 den. albe firme, cum sectis in curiis justiciarie Lowdonie infra vic. de Striveling, secundum tenorem antiquorum infeofamentorum:—RESERVATIS libero tenemento dicto Roberto seniori, necnon vitali redditu de Bannokburne Marjorie Elphingstoun sponse sue post decessum suum:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Young burgen. de Edinburgh, Pat. Glasfurd, Wil. Layng, ejus servitoribus, Arch. Menteith:—Apud Edinburgh, 15 Feb. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 149.

1974. Apud Leith, 23 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Gulielmi dom. Borthuik,—[qua concessit GULIELMO BORTHUIK, filio suo legitimo primogenito,—terras, baroniam ac dominium de Borthuik, viz. terras de *lie* Moit de Lochquhorrat et castrum earundem, castrum de Borthuik tunc appellatum, dimedietatem terrarum de Middiltoun, terras et villam de Buitland, terras de Heriot et Heriotmure, vic. Edinburgh; terras de Borthuik, vic. Selkirk; terras de Littill Ormestoun, Hethpule et Quhitfeild, vic. Peblis; terras de Hyndfurde, vic. Lanark; terras et baroniam de Abirdour, vic. Abirdene; terras de Nanetherne, Liegertwod, Glengelt, Collelaw et Burehous, vic. Berwik; cum turribus, fortaliciis, domibus, edificiis, molendinis, multuris et sequelis, annexis, advocatione ecclesiarum et capellaniarum, tenentibus &c.;—que omnes per Jac. V. regem incorporate erant in unam baroniam de Borthuik:—TENEND. dicto Gulielmo B. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jacobo B. filio legit. secundogenito dicti dom., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masculis dicti dom. de corpore legitime procreandis, quibus def., Gulielmo B. filio et heredi quondam D. Joannis B. de Cineray militis, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., Michaeli B. de

Glengelt et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni B. de Gordonishall et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni B. de Cruxstoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo B. de Soutray et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti domini quibuscunque, cognomen et arma de Borthuik gerentibus, de rege :—REDDEND. unam rosam rubeam nomine albe firme :—PROVISO quod dicti Gul. B. &c. strictissime tenerentur Patricio Chene de Essilmont, heredibus ejus et assignatis, ad perimplend. omnia que dictus dominus perimplere tentus est penes infeodationem illis faciendam feudifirme terrarum dicte baronie de Abirdour, si dicti Patricius &c. omnia que dicto domino facere tenti sunt, perimplerent dictis Gul. B. &c. :—PROVISO etiam quod dicti Gul. B. &c. tenerentur Thome Davidsoun pharmacopole, burgensi de Edinburgh, ut omnia ad que dictus dom., sive nomine suo sive ut heres Joannis dom. B. patris sui, tentus est, fideliter perimplerent :—Voluit etiam dictus dom. quod si dicti heredes ejus de corpore procreati deficerent, ceteri heredes qui succederent tenerentur ad persolvendum heredibus fem. de corpore dicti domini vel ejus filiorum pecunias subscript. ad earum maritagia, viz. 4000 marc. si unica heres fem. esset, 3000 marc. unicuique si due aut tres essent., si vero plures tribus, 10,000 marc. equis partibus inter omnes dividenda :— RESERVATIS libero tenemento dicto dom. (excepta baronia de Abirdour), et post decessum suum rationabili tertia Grisillidi Scot conjugi sue (excepta *ut supra*) :—TEST. Tho. Borthuik de Printado, Waltero Scott de Tuschelaw, Wil. Dalgleis in Corsop, D. Adamo Sinclare capellano :—Apud castrum de Borthuik, 9 Dec. 1570] :—INSUPER, pro bono servitio dicti domini, ratificavit unionem et talliam dict. terrarum &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 55.

1975. Apud Leith, 23 Oct.

REX &c., confirmavit JEANNE BISSAIT seniori filie et uni quatuor heredum quondam Walteri Bissait de Eister Kynnef, et ANDREE GRAHAME ejus sponso,—quartam partem terrarum dimedietatis baronie de Kynnef, viz. terrarum de Ovirtoun, Fischeartoun, Glisland, dimedietatis ville de Blaklawis, terrarum de Bateisland et Largisland, cum tenentibus &c., vic. Kyncardin;—quam dicta Jeanna resignavit: —TENEND. dictis Jeanne et Andree eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus dicte Jeanne quibuscunque sive assignatis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 150.

1976. Apud Leith, 23 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Patricii magistri de Gray,—[qua, cum consensu Patricii dom. Gray patris sui,—pro perimpletione contractus initi cum (quondam) Patricio dom. Ruthven et quondam Pat. magistro de R. ejus filio et herede apparente, in libris dominorum concilii registrat., de data 14 Jan. 1556,—concessit conjugi sue BARBARE RUTHVEN, sorori germane dicti dom. R., in vitali redditu,—annuum redditum 14 celdrarum victualium, binam partem farine avenatice et tertiam partem ordei, de bina parte terrarum dominicalium de Huntlie (per Joannem Meik, Jac. Fyfe de Oviryardis, Jac. Fyfe juniorem et Rob. Fyfe occupat.) et de terris de Ovir-Manis de Fowlis (per patrem suum occupat.), vic. Perth :—TENEND. de regina :—cum precepto sasine directo Joanni Gray, Andree Gray, Thome Scot :—TEST. M. Jacobo Ogilvy de Balfoure, Rob. Gray de Drummely, Davide Hering, Barthilmo Arnot :—Apud Edinburgh, 3 Feb. 1562] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 151.

1977. Apud Leith, 24 Oct.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, ob magnas pecuniarum summas ad reparationem monasterii sui persolutas, ad feudifirmam dimiserunt JOANNI ANDERSOUNE de Struderis, et JONETE GIBSOUNE ejus sponse,—dimediam partem ville et terrarum de Inchedemy, cum quarta parte de Ailhoustak et crofta ejusdem (prius per dict. Jo. et ejus tenentes occupat.), in baronia de Kinlos, vic. Elgin et Fores;—quas Alex.

Achesoune de Gosfurde et Helena Reid ejus sponsa 12 Oct. 1567 in favorem dictorum Joannis et Jon. resignaverunt per Jo. Paradyis in Kynlos, procuratorem suum constitutum per literas,—(in quibus constituerunt Arch. Innes, M. Petrum Galbraith et Jo. Paradise,—procuratores suos ad resignand. in manibus dictorum Walt. &c., terras de Cowtfald, Hempriggis et Inchedemmy, in baronia de Kynros, vic. Elgin et Forres,—in favorem tenentium et occupatorum earundem, viz. Johannis Watsoun occupatoris duorum *lie plewis* de Cowtfald, Joannis Mylne unius *lie plewch* de C., Walteri Trowp unius *lie plewch* de C., Georgii Hatmaker unius *lie plewch* de C., Davidis Mylne unius *lie plewch* de C., David Trowp seu Joannis Guilliame unius *lie plewch* de C., Thome Trowp unius *lie plewch* de C., Joannis Dawsone 12 bovatarum de Hemprigis [per eum et Jo. Alexander seniorem occupat.], Jacobi Tailyeour 8 bovatarum de H., Thome Insche 8 bovatarum de H., Andree Baxtar 4 bovatarum de H., Joannis Alexandri junioris 8 bovatarum de H., Joannis Gardiner 4 bovatarum de H., Thome Bocht 4 bovatarum de H., Joannis Andersone de Struderis occupatoris dimedie partis ville et terrarum de Inchedeny cum quarta parte *lie* Ailhous-tak et crofte ejusdem, Jonete Blakie alterius occupatoris unius *lie plewch* de Inchedemy :—TEST. Jo. Young de Harpardane, Wil. M'Cartnay ejus servitore, Jo. Reid servitore dicti Alex. Aitchesoune, Arch. Innes, M. Petro Galbraith :—Apud Edinburgh, 20 Apr. 1567) :—TENEND. dictis Jo. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus eorum quibuscunque et assignatis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jo. quibuscunque, de dicto monast. :—REDDEND. 20 sol., pro Inchedemy 10 sol. pro 6 firlotis victualium, 6 sol. pro *lie mart-silver*, 3 sol. pro 9 pultreis, 3 sol. 4 den. pro una bolla avenarum *lie hors corne*, et pro Ailhous-tak &c. 23 sol. 4 den. pro 3½ bollis victualium, ac 3 sol. pro areagiis et careagiis, tanquam firmam antiquam, necnon 2 sol. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Kinlos :—cum precepto sasine directo Roberto Gray :—TEST. Jo. Paradyis, And. Baxter, Jac. Bruce, Jo. Annand preposito de Elgin notario publico :—Apud dictum monast., 13 Oct. 1567] :—NECNON aliam cartam eorundem Walteri &c.,—[qua, ob magnas pecuniarum summas persolutas, ad feudifirmam dimiserunt dictis Joanni Andersoune et Jonete Gibsoune,—terras de Wonderlaw et *lie* Crewekis earundem (inter *lie* Sottis-burne ad occiden. et terras de Newtoun ad orien., extenden. a nova pecia terre olim per Rob. Tarres et Tho. Cow occupata, prius dictis Jo. et Jon. in feudifirma locata, ad austrum, usque ad ulteriorem finem de *lie* Cruekis attingen. cum *lie* Dam-wod ad boream), in baronia et regalitate de Kynlos, vic. Elgin et Forres :—TENEND. dictis Jo. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus inter ipsos legitime procreatis quibuscunque et assignatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jo. quibuscunque et assignatis, de dicto monast. :—REDDEND. 40 bollas ordei sine caritate, vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla, firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando dictas 14 libras in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast. :—cum precepto sasine directo Adamo Dundas de Knok de Strathila :—TEST. Adamo Dundas de Knok de Strathilay, Jac. Bruce, Roberto Gray, Tho. Skynnar, servitoribus dicti abbatis, D. Joanne Gibsoune notario publico :—Apud dictum monasterium, 16 Mar. 1570] :—TEST. 12. 2. 3. 5. 6. 10.

xxxiii. 148.

1978. Apud Leith, 28 Oct.

REX &c., concessit PATRICIO DOMINO LYNDSAY DE BYRIS, heredibus ejus et assignatis,—terras de Wolmerstoun, Kingis-carne, Breidles, Pettincreif, et pendiculum earundem vocatum Lady-orchard, terras de Mairstoun, cum annexis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum omnium dict. terra-

rum, tenementum terre cum orto et cauda in villa et burgo de Cowper in Fyfe, in vinella vocata *lie* Kirk-wynd (inter tenementa Wil. Christesoun, heredum quondam Jac. Rawod, et heredum quond. Edw. Moreis), vic. Fyfe; cum officio constabularie de Craill cum ejus feodis &c.;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Davidis Spens olim de Wolmerstoun:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 152.

1979. Apud Leith, 12 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Caroli Mowat de Knokintebir,—[qua vendidit nepoti suo et heredi apparenti JACOBO MOWAT, filio quondam Jacobi M. filii sui primogeniti,—terras de Moit, Knokintebir, Bogsyd, Corshous, Murehous, piscariam earundem super aqua de Irwin, molendinum de Knokintebir, cum terris jacentibus prope molendinum de Robertoun, cum hortis, pomeriis, maneriebus, annexis, tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. dicto Jacobo et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Willelmo M. filio secundogenito dicti Car., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Alexandro M. filio suo tertiogenito, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo M. filio secundogenito Patricii M. de Bochquhalie, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jac. nepotis quibuscunque, de rege tanquam principe et senescallo Scotie, in libera tenandria de Knokintebir:—RESERVATIS libero tenemento dicto Car., et vitali redditu 40 solidatarum de Busbie Eliz. Craufurde sponse sue, cum rationabili tertia omnium dict. terrarum cum contingeret:—PROVISO quod liceret dicto Car., durante vita sua, dictas terras &c. a dictis Jac. &c. redimere per solutionem unius pecie auri, viz. *lie rois nobill*; et quod, si dictus Jac. nepos decederet absque heredibus masc. de corpore suo, heredes fem. post se relinquendo, liceret dicto Car. aut dictis heredibus masc. dictas terras &c. a dictis heredibus fem. redimere per solutionem 600 marc., vel in manibus legitimorum et responsalium hominum consignationem; et quod liceret dicto Car., durante vita sua, urgente necessitate, alienare et impignorare dictas terras &c., sub reversione continen. summam 1000 marc.:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Cunynghame de Cunynghameheid juniore, Wil. Kincaid burgen. de Edinburgh, Jac. Fairlie servitore M. Roberti Richardsone commendatarii Insule S. Marie de Traill, Joanne Lawsoun scriba:—Apud Leith, 6 Nov. 1571]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 56.

1980. Apud Leith, 13 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per Dominam Cristinam Bellenden priorissam S. Katherine de Cenis prope Edinburgum, ac ceteras sorores et conventum ejusdem,—[qua,—pro pecuniarum summis persolutis immediate post destructionem loci sui, ecclesie, hortorum et domorum ejusdem, et suam expulsionem et dispersionem in paupertatem infra suos amicos et parentes,—ad feudifirmam dimiserunt HENRICO KYNCAID, filio secundogenito (quondam) Joannis Kincaid de Wareistoun,—18 acras arabiles terrarum de Cenis, cum hortis, pomeriis loci de C. (inter terras de Sanctgelygrange et terras communis mori Edinburgi), vic. Edinburgh:—TENEND. dicto Hen. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Alexandro K. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni K. eorum fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus masc. dicti Henrici quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. annuum redditum 10 marcarum capellano ad altare B. Stephani in ecclesia metropolitana Glasguen., cum aliis devoriis et servitiis in antiquo infeofamento dictarum priorisse &c. specificatis, tanquam firmam antiquam; necnon dictis priorisse &c. 5 marcas in augmentationem rentalis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Willelmo Crawfurd de Beircroftis:—TEST. Thoma Dalrumpill in Leith, Mich. Hog servitore dicti Jo. Kyncaid, Gilberto Fynlasoun servitore dicti Henrici, M. Geo. Freir notario publico, Patricio Broune in Glasgw, Waltero Gray notario publico:—Apud Wareistoun et Edinburgum, 5 Jul. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 155.

1981. Apud Leith, 14 Nov.

REX &c., dedit literas legitimationis KINTIGERNO GRAHAME bastardo, filio naturali Kintigerni Grahame de Rathernis. xxxiii. 59.

1982. Apud Leith, 14 Nov.

REX &c., concessit JACOBO RICHARTSOUN filio naturali M. Roberti R. commendatarii Insule S. Marie, et ELIZABETH DOUGLAS ejus sponse,—terras de Mekill Pincartoun, cum tenentibus &c., tam superioritate quam proprietate earundem (que in feudifirma prius quondam Georgio Hume de Broxmouth locate fuerunt pro annua solutione 120 bollarum frumenti, 120 bol. ordei et 20 bol. avenarum, expensis dicti Geo. apud portum de Belheavin transportandarum, dictis Jacobo et Eliz. solvendarum), orientalem et occidentalem dimedietates de Littill P., ac pecie terre vocat. Quhitrig que fuit pendicula de Mekle P., cum tenentibus &c., in comitatu Merchie, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; terras de Westir Brumehous, in baronia de Eister Spot, constab. et vic. predictis;—quarum feodum idem Jac., et feodum vel liberum tenementum dictus Rob., personaliter resignaverunt:—TENEND. dictis Jac. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis quibuscunque, quibus deficientibus, Roberto R. fratri naturali dicti Jac., et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus def., dicto M. Rob. et heredibus ejus quibuscunque sive assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 154.

1983. Apud Leith, 15 Nov.

REX &c., concessit DAVIDI DURY de eodem, heredibus ejus et assignatis,—maneriem, turrim et fortalicium de Bryntyland, cum domibus, edificiis et hortis, in regalitate de Dunfermeling, vic. Fyff;—et constituit dictum Dav., et ejus heredes,—custumarios suos ville et portus de Bryntyland alias Westir Kinghorne;—que terre et officium regi devenerunt ob forisfacturam Roberti Melvile olim de Murdocarny:—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 153.

1984. Apud Leith, 24 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per Jac. commendatarium perpetuum prioratus S. Andree, et ejusdem conventum,—[qua, pro bono servitio, necnon pro 1000 marcis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt familiari servitori suo DAVIDI ORME (de Priourlethame), ejusque legit. et propinquioribus heredibus et assignatis quibuscunque, —croftam seu predium terre arabilis, cum decimis ejusdem inclusis tanquam nunquam a trunco separari solitis, jacen. prope monasterium suum ex parte ejus australi (inter viam ad pontem vocatum *the Bowbrig* alias Stirmoling-brig, et viam a vinella vocat. Estburne-wynd civitatis S. Andree ad torrentem de Kynnes), in dominio dicti prioratus, regalitate S. Andree, vic. Fyfe ;—que per dict. commendatarium et ejus predecessores laborata erat propriis impensis, sic quod emolumentum ejusdem exiguum esset :—Reddend. annuatim dicto prioratui 6 libras 13 sol. 4 den. ; et tres sectas ad tria placita capitalia dicti monast. ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ; necnon plantando arbores, fraxinos, quercus, ulmos, spinas, sive alias similes, ad ripas aque de Kynnes et circa dict. croftam ; et edificando murum seu fossam ubi opus esset circum eandem, que fossa tunc extitit ruinosa et minime sufficiens ad arcendum animalia et pecora a vastatione segetum et graminum ; —cum precepto sasine directo M. Allano Lawmonth, Henrico Cairnis et Thome Greg :—Apud dictum monasterium, 13 Nov. 1560] :—Necnon cartam factam per Rob. episc. Cathanen. ac perpetuum commendatarium dicti prioratus, et ejusdem conventum,—[qua, pro servitiis sibi impensis et impendendis, ad feudifirmam dimiserunt Davidi Orme, heredibus ejus et assignatis absque divisione,—peciam terre vocat. Balloun-medo et wardam, decimis ejusdem inclusis (inter aqueductum ad inferius molendinum de Balloun vocatum *the Lawmylne* ad orientem, terras ville de B. ad occidentem, viridum juxta columbare de B. pertinen. dicto Davidi hereditarie, et acras Rob. Hammiltoun, Tho. Dawsoun et Alex. Lummisdane, ad austrum, *lie* Hungrie-hill et partem terrarum ville de Barroun ad boream), inter acras prioratus S. Andree, regalitatem ejusdem, vic. Fyfe :—Reddend. annuatim pro dicta terra (que nihil antea solvebat) 20 sol. ; cum tribus sectis ad tria placita capitalia intra dict. locum ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum ; nec liceret dict. terram in toto vel in parte alienare sine licentia superioris ; et si duo termini transirent in tertium insoluti, hec infeodatio nullius esset roboris ; et essent dicto loco fideles et obedientes prout jus et equitas exigeret :—cum precepto sasine directo Roberto Carmichell in Baiglie :—Apud S. Andream, 28 Jan. 1570] :—Test. 12. 13. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiii. 76.

2106. Apud Edinburgh, 8 Jan.

REX &c., concessit ALEXANDRO HOME de Northberwick-manis, heredibus ejus et assignatis,—tenementum terre in burgo de Northberwick ex boreali parte orientalis

vie (inter terras Tho. Lawder, . . . Blakburne et littus maris);—regi pertinens per decessum Willelmi Lawder filii naturalis Roberti L. de Bas, bastardi absque legit. heredibus de corpore procreatis aut legitima dispositione desuper facta:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 84.

2107. Apud Edinburgh, 9 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi dom. de Torphechin &c.,—[qua, pro servitio impenso et impendendo, ad feudifirmam dimisit servitori suo THOME BYNNYNG, heredibus ejus et assignatis,—terras vocat. Carlowrie-hauchis, cum earum mansione et domibus (quondam Willelmo Hammiltoun de Humby assedatas, tunc per And. West occupat.), vic. Lynlithgw:—REDDEND. dicto Jac. 3 lib. firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Davidi Mertene et Joanni Gardiner:—TEST. Waltero Mailvile, Jo. Broun, Jac. Cochrane, Jo. Myllar, domesticis familiaribus dicti domini:—Apud Dundas, 4 Sept. 1571]:—INSUPER dictas terras dictis Tho. &c. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 78.

2108. Apud Edinburgh, 10 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Roberti olim episcopi Dunkelden.,—[qua,—quia tribus annis elapsis nihil proficuorum sui episcopatus pre ingratitudine et inobedientia tenentium habere potuerat,—pro summa monete persoluta, et aliis gratitudinibus &c. impensis et impendendis, ad feudifirmam dimisit D. JOANNI BARNIS, heredibus ejus quibuscunque et assignatis,—terras de Balnavado (per dictum Jo. possessas), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—REDDEND. dicto episc. 40 sol. et 6 *lie pultre foulis* tanquam antiquam firmam, cum *lie leding* de 6 oneribus petarum, et ½ petram cere pro augmentatione rentalis, cum aliis servitiis debitis et consuetis; necnon duplicando dict. summam et devorias in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tres curias capitales dicte baronie, et alias curias dicti episc. quascunque cum premoniti essent; et essent fideles et obedientes, prestarentque dicto episc. homagium et fidelitatem; nec liceret invitos removere tenentes; et si equitarent seu pedestres contra dictum episc. in ejus dampnum (autoritate regia excepta), vel in deforciamento officiarii dicti episcopi seu arrestationum fractione, criminibus forisfacturam merentibus, deprehenderentur, perderent hereditatem; nec liceret dict. terras sive aliquam earum partem alienare sine licentia superioris, quam expectarent per 2 menses; et dicto episc. primum locum alienationis offerrent; et si unus terminus curreret in alium insolutus culpa dict. Jo. &c., firma non soluta duplicaretur; et si solutio duorum terminorum curreret in tertium culpa dict. Jo. &c., perderent hanc locationem; et dicti Joannes &c. tenerentur obtinere confirmationem a papa quamcito possent:—cum precepto sasine directo Joanni Stewart de Arntullie:—TEST. Magistris Rob. Veitche, Jo. Bartan, Alex. Crychtoun:—cum sigillo capituli:—Apud Clwny, 23 Oct. 1561]:—TEST. 12. 13. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiii. 77.

2109. Apud Edinburgum, 10 Jan.

REX &c., concessit ALEXANDRO CLERK burgensi de Edinburgh, et MARGARETE BOYLL ejus sponse,—terras de Ballinkirk, in dominio et senesc. de Fyfe;—quas Jo. Patersoun de Balcathlie, per Rob. Colvill de Cleische procuratorem suum, in favorem dict. Alex. et Marg. resignavit:—TENEND. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, in feudifirma; cum communi pastura ad moram de Drummy, jactura *lie faillis* et *duvettis* ibidem:—REDDEND. annuatim 10 libras 3 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et edificando ortum &c. (*ut in carta* 1784); nec liceret dict. terras in toto vel in parte alienare absque consensu regio, et per resignationem in manibus regiis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 85.

2110. Apud Edinburgh, 12 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per

Walt. Cant, unum ballivorum ac commissariorum in hac parte per commissionem regine ville de Leith constitutum,—[qua, regia autoritate sibi desuper concessa, concessit JACOBO LYNDSAY incole dicte ville, et MARGARETE KELLIE ejus sponse,—terram posteriorem (cum libero introitu per portam anteriorem terre anterioris quondam Ade Turing) in dicta villa ex parte australi aque ejusdem (juxta terram Noe Brussac), in baronia de Restalrig, vic. Edinburgh;—quam Nic. Reid, Pat. Congiltoun, Wil. Tod, Jo. Wilsoun, Pat. Reid, Jac. Flemyng, Alex. Cuik, Jo. Henrysoune, Wil. Barbour, Jo. Mathesoun, Tho. Ramsay, Jo. Forsyith, Jac. Ker, Jac. Purves, Jac. Clerk, Jo. Schaw, Wil. Donaldsoun, Rob. Finlawsoun, Pat. Moncur, Wil. Wintoun, Ric. Smyth et Jac. Johnnestoun, confratres Divi Joannis dict. villam incolentes, resignaverunt:—TENEND. dictis Jac. L. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jac. L. quibuscunque, de regina in feudifirma:—REDDEND. annuatim 2 sol., cum sectis curiarum dicte ville et aliis servitiis debit. et consuet.:—TEST. Florentino Cornetoun uno ballivorum dicte ville, Georgio Hwme, Jac. Brewhous, Rob. Creich, Tho. Makneill, incolis dicte ville, Rob. Duncane, Bartholomeo Broun, serjandis ejusdem, Jo. Robesoun notario publico:—Apud Leith, 14 Aug. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 82.

2111. Apud Edinburgh, 13 Jan.
REX &c., concessit ARCHIBALDO ANGUSIE COMITI, dom. Dowglas et Abirnethie &c.,—terras de Auldstoun et Hillis (que fuerunt Arch. Baillie de Auldstoun), Stanypeth et West Hillis (que fuerunt Rob. Hammiltoun), Westhall (que fuerunt Rob. Grahame), Torbrax (que fuerunt Jo. Somervell de Cambusnethan), dimedietatem ville et terrarum de Dolphingtoun, cum dimed. molendini, terrarum molendinariarum, multurarum et *lie suckin* ejusdem (que fuerunt Joannis Cunynghame de Bonyntoun), vic. Lanerk;—que, per dict. personas tente in alba firma aut servitio warde irredimabiliter de Jacobo olim comite de Boithuile, regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.:—TENEND. dicto com. Angusie, heredibusque ejus masc. et tallie in novo infeofamento comitatus Angusie contentis, et assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 88.

2112. Apud Edinburgh, 20 Jan.
REX &c., confirmavit cartam Thome Melvile de Dysart,—[qua concessit JACOBO MELVILE de Liegravin, filio suo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Dysart, Burntoun, cum annexis, tenentibus &c., cum 2 molendinis granorum earundem, vic. Forfar:—TENEND. de rege:—RESERVATO libero tenemento dicto Tho.:—TEST. Wil. Dowglas de Glenbervy, Alex. Falconar de Halkartoun, Alex. Strathauchin de Thornetoun, Jacobo Keith de Drumtocty:—Apud Edinburgh, 16 Jan. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 79.

2113. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI MAKEWIN MAKALLESTER bastardo, filio naturali quondam Eugenii Makallester. xxxiii. 83.

2114. Apud Edinburgh, 21 Jan.
REX &c., concessit WILLELMO GRAHAME filio et heredi apparenti Gilberti G. de Gartavertane, heredibus ejus et assignatis,—4 marcat. terrarum de Gartavertane-Lyndesay antiqui extentus, in senesc. de Menteith, vic. Perth;—quas dictus Gilb. resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 90.

2115. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX &c., confirmavit cartam Willelmi episc. Ergadie,—[qua, cum consensu capituli ejusdem, ad feudifirmam dimisit HUGONI CUNYNGHAME fratri suo germano, heredibus ejus et assignatis,—5 librat. terrarum de Inchemerno (dicto Hug. assedatas), vic. Bute; dicto episc. spectan. ratione unionis abbatie de Sauldwell:—REDDEND. dicto episc. 20 lib. firme antique, et 20 den. augmentationis; ac duplicando feudirmam in introitu heredum:—SALVIS dicto episc. privilegiis per defunctos prin-

cipes concessis :—TEST. D. Jacobo Walker, D. Luca Kincaid, Wil. Vardane :—Apud Dunnwne, 30 Apr. 1540]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Hug., dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 80.

2116. Apud Edinburgh, 22 Jan.
REX &c., assensum adhibuit electioni M. JOANNIS CAMPBELL, Verbi Dei predicatoris et prioris de Ardchattane,—in episcopum et pastorem ecclesie cathedralis Sodorensis ; facte per decanum et capitulum ejusdem vigore licentie regie sub magno sigillo concesse, post mortem naturalem ultimi episcopi ejusdem ;—et mandavit Joanni archiepisc. S. Andree, et superintendentibus Laudonie et Stratherne, et commissario ecclesiarum infra diocesim Glasguen., vel aliquibus duobus eorum conjunctim,—quatenus dictam electionem confirmarent et dictum Jo. Campbell consecrarent : —RESERVATIS pensionibus 40 lib. Joanni Stewart filio Niniani S. in Bute, et 40 lib. Adamo Erskin filio Jacobi E. de Litill Sauchy, de fructibus dicti episcopatus concessis. xxxiv. 202.

2117. Apud Edinburgh, 27 Jan.
REX &c., concessit JACOBO DOWGLAS de Drumlangrig militi, heredibus ejus et assignatis,—terras de Knok, Auchinskeoch, Mekilholme, Cumrew, Dalfebill, duas *lie* Garwaldis, extenden. in toto ad 48 librat. antiqui extentus, cum molendinis, multuris, tenentibus &c., in baronia de Kirkmichaell, vic. Drumfreis ; 10 libratas terrarum ant. ext. de Carrutheris, Downandbie et Kirtilcloische, in senesc. Vallis Annandie ;—que fuerunt dicti Jac., de Jacobo olim com. de Boithuile dom. Hailis, Crychtoun et Liddisdaill tente ; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti com.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 86.

2118. Apud Edinburgh, 28 Jan.
REX &c., confirmavit cartam Georgii Barclay de eodem,—[qua vendidit ALEXANDRO IRWYN de Drum, in vitali redditu, et ROBERTO IRVING ejus filio secundario, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras suas de Moncuffir et Gowneis, cum molendino, terris molendinariis et astrictis multuris, piscaria salmonum super aqua de Dovern dictis terris spectan. et adjacen., vocat. Kirksyidpottis et Malesoune, in baronia de Barclay, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—REDDEND. servitium debitum et consuetum :—cum precepto sasine directo Henrico Irving : —TEST. Gilb. Irwin in Cularlie, Walt. Berclay de Sleaucht, M. Geo. Berclay, M. Wil. Davidsoun :—Apud Drum, 25 Maii 1568]: —INSUPER, pro bono servitio dicti Alex., dictas terras &c. dictis Alex. et Rob. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 81.

2119. Apud Edinburgh, 10 Feb.
REX &c., confirmavit cartam Roberti olim episc. Dunkelden.,—[qua,—quia tribus annis elapsis &c. (*ut in carta* 2108),—pro summa pecunie persoluta, ac pro aliis servitiis &c. impensis et impendendis, ad feudifirmam dimisit PATRICIO SCOT in Dowallie, et heredibus ejus quibuscunque,—mediam partem *rynrig* terrarum de Dowallie (per dictum Patricium occupatam, extenden. annuatim ad 50 sol.), in baronia Dunkelden., vic. Perth :—RESERVATIS dicto episc. silvis, nemoribus et virgultis, et locis ubi antea crescebant infra memoriam hominum : —REDDEND. annuatim dicto episc. 40 (50?) sol. ; "*and the said Petrie and his airis foirsaidis sall concur with oure utheris tennentis in keping haning of oure woddis and medois and wynnyng of oure hay*" ; ac cum aliis servitiis debitis et consuet., tanquam antiquam firmam, et 2 libras cere pro augmentatione rentalis ; necnon duplicando dictam summam, viz. solvendo 5 lib., in anno introitus heredum ; ac prestando tres sectas ad tres curias capitales dicte baronie, et alias curias dicti episcopi quascunque cum premoniti forent ; et essent dicto episc. fideles et obedientes, prestarentque ei homagium et fidelitatem ; et prata silvasque dicti episc. proxime dictis terris adjacen. et alias pro posse custodirent ; nec liceret invitos removere tenentes ; et si equitarent &c. (*cum ceteris clausulis ut in carta* 2108):—cum precepto sasine directo Roberto Reid et Jacobo Stewart :—TEST. Rob. Crychtoun, M. Roberto Weitche, M. Jo. Barton :—cum

sigillo capituli :—Apud castrum de Clwny, 20 Oct. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 91.

2120. Apud Edinburgh, 16 Feb.

REX &c., confirmavit cartam M. Alexandri Levingstoun, capellani perpetui capellanie et altaris B. Anthonii intra parochialem ecclesiam S. Michaelis archangeli de Lynlithqw,—[qua,—cum consensu Roberti Levingstoun de Myddil-Bynnyng, patroni dicte capellanie,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI LEVINGSTOUN filio legitimo secundogenito dicti Rob., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras templarias ville de Gogar (per Alex. Lawder occupatas), vic. Edinburgh ; terras templarias ville de Bavormy (per Geo. Broune occupatas), vic. Lynlithqw ;—quas omnes dictus Jo. prius in assedatione per se et subtenentes tenuit : —TENEND. de dict. capellano et patrono :—SOLVEND. 9 marc. 10 sol. tanquam antiquam firmam (computando gressumas &c.), et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum ; et solvendo domino preceptori de Torphechin pro Gogar 5 sol., pro Bavormy 12 den. ; cum comparentia ad tria placita capitalia in curia de Tempilstoun per unum tenentem de Gogar et ad eam legitime citatum :—TEST. Jo. Knollis, Wil. Knollis, Jac. Levingstoun, Jo. Paris, Jo. Wyse, Nicolao Townis :—cum subscriptione dicti Roberti, scribere nescientis, manu calamum tangente : —Apud Lynlithqw, 26 Apr. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 89.

2121. Apud Edinburgh, 28 Feb.

REX &c., dedit literas legitimationis WALTERO LESLIE, filio naturali M. Leonardi L. commendatarii de Cowpar. xxxiii. 92.

2122. Apud Edinburgh, 1 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., necnon pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt M. DAVIDI CAMPBELL in Denheid—terras de Ovir Persey, cum earum decimis garbalibus que ab eisdem nunquam separate fuerunt (per dictum Dav. occupatas), infra terras et dominium de Cuper, vic. Perth :—TENEND. dicto Davidi et heredibus masculis inter eum et Griseldam Maxwall ejus conjugem legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Dav. cognomen et arma de Campbell gerentibus quibuscunque, de dicto monast. :—REDDEND. 7 lib. 6 sol. 8 den. tanquam firmam antiquam, et 30 sol. augmentationis ; cum vecturis casei et aliis servitiis debitis et consuetis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast. ; et interessent cum dict. abbate &c., sive eorum commissariis, in guerris regiis armati sumptibus propriis ; ac dictis abbati &c., cum admoniti essent, in rebus licitis servirent sumptibus dict. abbatis &c. ; et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona distringere pro firma, cum 20 sol. pro dampno et interesse convento :—TEST. Jac. Hering de Glasclone, Wil. Blayir de Balgillo, Jac. Hering de Wester Gormok, Colino Campbell de Crunan, Jo. Robesoun notario publico :—Apud dictum monast., 26 Mar. 1559] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Davidis, dispensavit cum sasina ante confirmationem sumpta :—TEST. 12. 16. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 8.

2123. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Roberti olim episc. Dunkelden.,—[qua,—quia tribus annis elapsis &c. (*ut in carta* 2108),—pro summa pecunie persoluta, et aliis servitiis &c. impensis et impendendis, ad feudifirmam dimisit JOANNI SYM in Dowallie, et heredibus ejus quibuscunque,—mediam partem *rynrig* terrarum de Dowallie (per dictum Jo. occupatam, extenden. annuatim ad 50 sol.), in baronia de Dunkeld, vic. Perth :—REDDEND. annuatim dicto episc. 50 sol. ; "*and the said Johnne*" &c. (*cum ceteris clausulis ut in carta* 2119) :—cum precepto sasine directo Roberto Boyd et Jacobo Stewart :—TEST. Rob. Crychtoun, M. Rob. Welsche, M. Jo. Barton :—cum sigillo capituli :—Apud castrum de Clwny, 20 Oct. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 93.

2124. Apud Edinburgh, 2 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episc. Abirdonen.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum ejusdem,—pro summa pecunie persoluta, necnon pro gratitudinibus &c. impensis et impendendis, ad feudifirmam dimisit ANDREE BANE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —sextam partem solarem sive orientalem ville et terrarum de Tulligrig, cum pastura et focalibus consuet. (per dictum Andream occupat.), in schira sua Abirdonensi, vic. Abirdene :—REDDEND. annuatim dicto episc. 17 sol. 9½ den., sextam partem celdre ordei, sextam partem 5 bollarum ordei nomine aride multure, cum bato cuilibet bolle ejusdem, sextam partem unius celdre farine, 2 martarum, 2 mutonum, 4 bollarum avenarum cum pabulo, 2 capones, 4 pultreas, pro bondagio 10 den., pro gressuma 3 sol. 7 den., cum servitiis consuetis, et 12 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia infra palatium Abirdonen.; et tenentes dict. terrarum in exercitibus regiis ballivo dicti episcopi principali serviendo, armati secundum consuetudinem patrie; necnon heredes &c. prestando in introitu fidelitatis juramentum, quod dictum episcopum, sedem, decanum et canonicos, eorum personas, res et terras pro posse defenderent; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus curreret in alium, summam non solutam duplicarent; et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris :—SALVIS regiis servitiis consuetis :—Apud civitatem Abirdonen., 22 Jul. 1559] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 95.

2125. Apud Edinburgh, 5 Mar.

REX &c., confirmavit cartam M. Henrici Schaw, prebendarii prebende ecclesie collegiate de Abirnethy nuncupat. Balmanno,—[qua, perpendens ecclesiastica servitia, quibus dict. collegium astrictum erat, abolita esse, proptereaque prebendariorum residentiam non esse necessariam, ut quibus animarum cura non incubuit,—pro magnis pecuniarum summis persolutis,—cum consensu prepositi, prebendariorum et capituli dicte ecclesie, et Archibaldi com. Angusie dom. Dowglas et Abirnethie &c., prebende sue patroni, Jacobi com. de Mortoun dom. de Dalkeith &c. regentis Scotie, Alexandri com. de Glencarne dom. de Kilmawris, et Willelmi dom. Ruthven curatorum dicti Arch., pro eorum interesse,—ad feudifirmam dimisit GEORGIO AUCHINLEK rectori de Kilbocho, et ELIZABETH AUCHINLEK ejus conjugi,—terras ecclesiasticas prebende de Balmanno incumbentes (per And. Duncane, Petrum Duncane, Eliz. alias *Bessie* Duncane et And. Merschell occupatas), in baronia et regalitate de Abirnethie, vic. Perth; cum manso et horto prebende sue prope dict. ecclesiam (per Jo. alias D. Jo. Bonar occupat.) :—TENEND. dictis Geo. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Geo. quibuscunque sive assignatis, de dicto prebendario :—REDDEND. pro terris 24 marc., duodenam caponum aut 18 den. pro quolibet, duodenam pultriarum aut 12 den. pro qualibet, pro manso &c. 13 sol. 4 den., tanquam firmas antiquas, et 4 lib. 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, in toto 21 lib. et dictas duodenas; necnon duplicando dict. 21 libras in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Roberto Carmichaell de Baiglie :—Apud dictam ecclesiam collegiatam, 2 Mar. 1572] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 101.

2126. Apud Edinburgh, 10 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Johnnestoun de eodem,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se, cum consensu quondam Patricii Quhitlaw de eodem, vitrici sui, Joannis Johnnstoun de Malingschaw et Thome Moffat de Knok, suorum amicorum et consiliariorum, ab una, et Walterum Scot de Branxholme militem et Margaretam Scot ejus sororem germanam, tunc conjugem suam, ab altera partibus, de data apud Newark, 7 Aug. 1568, et pro pecuniarum summis in eodem nomine dotis promissis,—concessit dicte MARGARETE SCOT, in vitali redditu,—terras suas de Johnnestoun, cum turre, fortalicio, manerie (vocata Lochuod), molendino, piscariis, advocatione rectorie et

vicarie ecclesie parochialis de Johnnstoun, 20 libratas terrarum antiqui extentus de Kirkpatrik (viz. 10 libratas de Douskellie cum molendino, 10 libratas de Cawartisholme), 10 marcat. ant. ext. de Wamfray, 18 marcat. ant. ext. de Powbudie, 5 librat. ant. ext. de Hardgraif, cum annexis, tenentibus &c. omnium dict. terrarum, in baronia de Johnnestoun per unionem, senesc. Vallis Annandie; ac 4 marcas annui redditus de terris de Thorniquhat, in dicto senesc.:—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—PROVISO quod quandocunque Jac. J. primogenitus dicti Jo. J. de eodem, vel quicunque alius heres de corporibus dictorum Jo. et Marg. procreatus, ad perfectam etatem perveniret, hec infeodatio nullius esset roboris quoad dict. terras &c. (exceptis molendino, terris molendinariis de Johnnestoun, multuris et sequelis ejusdem, et 18 marcat. de Powbudie):—cum precepto sasine directo M. Joanni Frude advocato:—TEST. Joanne Johnnstoun de Elscheschelis, Roberto Johnnestoun de Newtoun, Tho. Johnnstoun filio Thome J. de Craigieburne, Jo. Johnnstoun de Coittis burgen. de Edinburgh:—Apud fortalicium et turrim de Lochwod, 8 Jan. 1571]:—TEST. 12. 16. 3. 14. 10. 6. 5. 15.

xxxiv. 183.

2127. Apud Edinburgh, 11 Mar.

REX &c., confirmavit cartam quondam Davidis dom. Drummond et Lilie Ruthven domine ejusdem, conjugum,—[qua concesserunt JACOBO DRUMMOND, filio suo secundo,—terras de Calyequhat et Annat, cum earum silvis, in baronia de Drymmen, senesc. de Stratherne, vic. Perth:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Davidis et assignatis quibuscunque, de regina:—REDDEND. servitium debitum et consuetum:—TEST. Willelmo Drummond de Balloch, Jacobo Johnnestoun feodatario de Elphingstoun, Herculeo Lyndsay servitore dicti Davidis, Davide Guthre, Roberto Rollok, notariis publicis, Patricio Lyndsay:—Apud Drymmen, 6 Sept. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiii. 96.

2128. Apud Edinburgh, 12 Mar.

REX &c., dedit literas legitimationis ALEXANDRO BROUNE bastardo, filio naturali Willelmi B. alias *Laird* Broune in Eymouth. xxxiii. 94.

2129. Apud Edinburgh, 15 Mar.

REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO MUREHEID bastardo, filio naturali quondam D. Thome Mureheid.

xxxiii. 98.

2130. Apud Edinburgh, 18 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Georgii com. Cathanie dom. Sinclare, domini justiciarii infra partes diocesis Cathanen.,—[qua, pro singulari amore &c., ac pro magna pecunie summa persoluta, vendidit WILLELMO SINCLARE filio suo—terras villarum de Cannesbe, Settir, Quyis, Hwnay, insulam de Stromay, superioritatem ville de Warris et Smydeis, villam de Dunnat cum molendinis, multuris et sequelis ejusdem, solare latus ville de Murkill, in Cathania, vic. Invernes:—RESERVATO libero tenemento dicto Geo.:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Georgio S. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto comiti et heredibus suis quibuscunque reversuras, de rege:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. Ingramo Sinclare de Blingere, Davide S. ejus germano, Geo. Mernis in Vik, M. Jo. Donato:—Apud locum suum de Girnygo, 1 Mar. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 97.

2131. Apud Edinburgh, 21 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Bruce de Erlishall militis,—[qua,—pro summa pecunie per Jo. Leslie de Parkhill nomine dotis persoluta,—vendidit PETRO BRUCE filio suo et apparenti heredi, et AGNETI SCRYMGEOUR ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in libero tenemento, et ALEXANDRO BRUCE eorum filio et heredi apparenti in feodo, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Cowbaikye et de Balcunze, nonam partem de Pursk, tertiam partem de Mylnetoun,

Auldmuris (cum piscaria ejusdem)[1], Westir Fotheris et Nethermuris, que fuerunt partes terrarum suarum et baronie de Lucheris-Monypenny tunc vocat. Lucheris-Bruce, vic. Fyfe;—necnon dicto Alex. Bruce, et EWFAMIE LESLIE ejus sponse, filie dicti Jo. L., et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti Alex. quibuscunque,—tertiam partem terrarum de Fordell et de Strathburne, in dictis baronia et vic.;—necnon dicto Petro B. in libero tenemento, et dicto Alex. B., heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—reliquas dict. terras et baroniam, cum turre, fortalicio, manerie, hortis, pomeriis, tenentibus &c., vic. Fyfe; terras suas de Brigeam, cum terris dominicalibus et salmonum piscaria earundem super aqua de Tweyd, vic. Berwik:—TENEND. de rege:—REDDEND. servitium debitum et consuetum:—cum precepto sasine directo Roberto Bruce de Wallace-cragy et Davidi Narne de Sandefurde:—TEST. M. Roberto Carnegy rectore de Kynnoule, Davide Narne de Sandefurde, Jo. Ure ministro, And. Greif notario publico:—Apud Erlishall, 3 Mar. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiii. 99.

2132. Apud Edinburgh, 24 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Archibaldi com. Argadie dom. Campbell et Lorne &c., justiciarii generalis Scotie,—[qua vendidit consanguineo et servitori suo JACOBO CAMPBELL de Ardkinlas, et ELIZABETH CAMPBELL ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jac. quibuscunque,—5 marcat. terrarum de Litil-Ros, cum castro, fortalicio, domibus, edificiis, ortis, pomeriis, 5 marcat. de Meikle-Ros, 5 marcat. de Portkill, antiqui extentus, cum earum piscationibus, in insula de Rosneth, vic. Dumbartane;—quas terras de Litil-Ros Jo. Campbell capitaneus de Carrik, terrarum de Portkill liberum tenementum dictus Jo., feodum Rob. C. de Drumfad ejus frater, resignaverunt; terras de Meikle-Ros, dicto comiti pertinentes et dicto Jo. assedatas, dictus Jo. extradonavit in excambio pro 5 marcat. terrarum ant. ext. de Camsaill, cum manerie et molendino de C., et 3 marcat. ant. ext. de Kencraggane, in feudifirma, et alienatione terrarum de Faslane et Garlocheid super reversionem summam 600 marcarum continen.; et dictus Arch. jus hereditarium de Meikle-Ros, cum firmis de Portkill, dicto Jac. contulit in excambium pro resignatione ad remanentiam 14 marcatarum terrarum de Dunnone cum dimedietate molendini earundem, ac custodia et officio capitanei castri de Dunnone cum ejus feodo, et officio ballivatus terrarum vocat. Bordland de Dunnone, cum feodis dicti officii, et pro resignatione ad remanentiam juris sui ad terras de Tillikewnis, in comitatu de Levinax, vic. Dumbartane; prout in contractu inter dictos Arch. ab una, Jac. ab altera, Jo. C. de Carrik pro ipso et onus acceptantem pro Mariota Lawmont ejus sponsa et dicto Rob. a tertia partibus, de data apud Glasgw, 16 Mar. 1567, latius contentum est;—necnon dictus Arch. confirmavit dicto Jacobo, et heredibus ejus masc. prescriptis,—50 solidat. terrarum ant. ext. de Cursnoch, 40 sol. ant. ext. de Blairnauchirrane, in dictis insula et vic.; cum officio senescallatus seu ballivatus totius insule de Rosneth, ejus feodis et proficuis debit. et consuet.;—quas idem Jac. personaliter resignavit:—REDDEND. dicto Arch. pro Litil-Ros et Meikle-Ros 10 marcas, pro Portkill et officio senescallatus de Rosneth 5 marcas, pro Cursnoch 50 sol. cum 18 *lie pultrie*, pro Blairnauchirrane 40 sol. cum 12 *lie pultrie*, cum ariagiis et cariagiis de terris de C. et B. consuetis, nomine feudifirme:—cum precepto sasine directo Archibaldo Lyoun civi Glasguen.:—TEST. Georgio Buquhannane de eodem, Doncano Lawmont feodatario de Inerin, Arch. Campbell de Clachane, Gulielmo Hiegatt notario, M. Jo. Hutoun de Billielisk-Eistir:—Apud Glasgw, 31 Mar. 1568]:—INSUPER dict. terras &c. dicto Jac. et heredibus masc. suprascript. de novo dedit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 23.

[1] In *Tenendas* clause only.

ANNO DOMINI 1573. ANNO REGNI 6.

2133. Apud Edinburgh, 20 Apr.
REX &c., ad feudifirmam dimisit ROBERTO INNES de Invermarky, heredibus ejus et assignatis,—loca, edificia, domos, pomeria et hortos olim Fratribus Minoribus burgi de Elgin pertinentes, infra dict. burgum;—qui regi devenerunt per religionis reformationem, acta et statuta desuper confecta:—SOLVEND. annuatim 40 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—TEST. 12. 16. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 32.

2134. Apud Halyrudehous, 23 Apr.
REX &c., confirmavit cartam Joannis Sempill de Fulwode,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis initi inter se, Margaretam Nobill sponsam suam, et Rob. S. filium suum primogenitum et heredem apparentem ab una, Jo. Cunynghame de Drumquhassill et Egidiam C. ejus filiam ab altera partibus, de data apud Dunbartane, 15 Feb. 1572,—concessit dicto ROBERTO SEMPILL, heredibus ejus et assignatis,—terras de Kirkmichaell et Kilmalid, cum turre, fortalicio, manerie et silvis ejusdem, vic. Dunbartane; terras de Mekill Fulwod, Birkinheid, Blakburne, Turnyngschaw, Littill Fulwode, Eist Subar, Commonesyde, Newwaird et Calderhaich, cum maneriis, molendinis, silvis, tenentibus &c., in baronia et vic. de Ranfrew;—ac dictis Rob. S. et EGIDIE CUNYNGHAME ejus sponse future, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Rob. quibuscunque,—23 solidat. terrarum antiqui extentus de Mekill Fulwode (per Wil. Galbraith, Jacobum Patersoun, Davidem King, Ambrosium Robesoun et Wil. Park occupatas, dantes annuatim 3 celdras farine avenatice):—RESERVATIS libero tenemento dicto Jo. (exceptis dictis 23 solidatis); et dicte Marg., post decessum dicti Jo., terris de Commonesyde et 20 bollis farine avenatice annuatim de terris de Mekle Fulwod (per Rob. Pirrie occupat.), durante ejus vita:—TENEND. Kirkmichaell et Kilmalid de rege, ceteras de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—TEST. Jo. Cunynghame de Drumquhassill, Jo. Buquhannan in Cammeron, Roberto Sempill de Corruith, Walt. Watsoun, Wil. Weir, Patricio Makcaullay, Matheo Palmer:—Apud Dumbartane, 17 Feb. 1572]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Roberti, concessit quod sasina apud Mekill Fulwod pro omnibus terris in vic. de Renfrew staret:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xl. 131.

2135. Apud Halyrudehous, 2 Maii.[1]
REX &c., concessit JOANNI CARMICHAELL juniori de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre infra burgum de Edinburgh in Forresterris-wynd ex orientali latere transitus ejusdem (inter terras heredum quondam M. Henrici Foulis de Colintoun et heredum quondam Wil. Fowlar), tenementum terre tam edificatum quam vastum, in Libbertounis-wynd ex orientali latere transitus ejusdem (inter terras heredum quond. M. Clementis Mauchane et terras Helene Jene), tenementum in *lie* Ovir-bow dicti burgi ex australi latere publice vie ejusdem (inter terras Jo. Bawtie et heredum quond. Martini Nicolsoun communis coci), tenementum apud *lie* Nethir-bow dicti burgi (inter terras Jacobi Hoppringill de Quhitebank et Pat. Flemyng), cum parva domo et uno *lie tofall* prope dictum tenementum in Libbertonis-wynd (inter terras dicti Clementis et Jac. Forret); terras de Wray, vic. Linlithgow; terras de Langhirdmestoun, 8 marc. annualis redditus de molendino et terris molendinariis de Curry, 8 marcas ann. red. per Tho. Quhiteheid in Curry debitas extra ejus terras de C., vic. Edinburgh;—que regi devenerunt ob forisfacturam Jacobi Mosman aurifabri, olim burgensis de Edinburgh:—

[1] The date, which with the testing clause is torn away in the Register, is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xli. fol. 75.

TENEND. terras burgales in libero burgagio, ceteras in feodo :—TEST. . . . . xxxiv. 2.

2136. Apud Halyrudehous, 16 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Thome Ottirburne de Reidhall, filii et heredis quondam Joannis O. de R.,—[qua,—cum consensu Joannis com. de Athole dom. de Balvany &c., Joannis Mowbray de Barnebowgall et M. Archibaldi Douglas rectoris de Douglas et unius senatorum sessionis regis, curatorum suorum, pro eorum interesse,—pro impletione partis contractus matrimonialis initi inter se et dict. curatores pro eorum interesse ab una, et Rob. Lauder de Bas et Mariotam L. ejus filiam ab altera partibus, de data . . . . 1569, necnon pro pecuniarum summis per dictum Rob. persolutis et persolvendis,—concessit dicte MARIOTE LAUDER sponse sue, in vitali redditu,—terras de Reidheuchis, extendentes ad 10 librat. terrarum, vic. Edinburgh :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet. :—TEST. Jac. Forestar de Corstorphin milite, Francisco Scot servitore dicti Tho., Jac. King, Jo. Foulis, notariis publicis :—Apud Edinburgh, 4 Feb. 1569] :—NECNON aliam cartam ejusdem Tho.,—[qua,—cum consensu et pro causis *ut supra*,—concessit dicte Mariote Lauder, in vitali redditu,—annuum redditum 16 bollarum victualium, viz. 8 bol. ordei et 8 bol. farine avenatice, de terris dominicalibus de Reidhall, cum molendino fullonum earundem, vic. Edinburgh :—TENEND., REDDEND., TEST. et de data *ut sup.*] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 22.

ANNO REGNI 7. ANNO DOMINI 1573.

2137. Apud Edinburgh, 29 Jul.
REX concessit GEORGIO CRANSTOUN de Corsbe (filio et apparenti heredi quondam Joannis C. de C.), heredibus ejus et assignatis,—terras de Corsbe, cum earum castro, turre et fortalicio, terras et baroniam de Bowne, cum molendinis, multuris, tenentibus &c., terras de Auldinstoun, vic. Berwik ; terras de Leithheid, Byirnoch et Harlaw, vic. Edinburgh ;—que fuerunt dicti Geo., pretensi hereditarii possessoris, et Elizabeth Swintoun relicte dicti Jo., pretense conjuncte feodatarie earundem, de rege tente per servitium warde ; et (dicta Eliz. et Thoma Cranstoun tunc ejus sponso pro ejus interesse citatis) 12 Jun. 1573 appreciate fuerunt [1] et dicto Geo. vendite pro 8033 lib. 6 sol. 8 den. pro firmis earum pro 50 annis elapsis ante Nov. 1559, per quos dicte terre 16 Jul. 1568 (comparentibus quondam M. Joanne Spens de Condy advocato regis pro ipso et M. Roberto Creichtoun de Elyok ejus collega, et dictis Eliz. et Thoma per M. Davidem Borthuik procuratorem), in manibus regiis ratione nonintroitus fuisse decrete sunt a decessu quondam Jasperi Cranstoun de Corsby (extenden. annuatim ad 173 libras 6 sol. 8 den.), que firme dicto Geo. debite sunt tanquam assignato quond. Alexandri Hume de Hewch donatarii earundem ; necnon pro 401 libris 13 sol. 4 den. pro feodo Gavini Ramsay et Thome Ramsay nunciorum, vicecomitum in hac parte :—TEST. 12. 16. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 1.

2138. Apud Halyrudehous, 31 Jul.
REX &c., confirmavit cartam Davidis Wemis [2] de eodem,—[qua, pro perimpletione contractus matrimonialis, concessit CICILLE RUTHVEN sponse sue, in vitali redditu,—terras de Eister Elcho, Wemis-Elcho nuncupatas, cum manerie et fortalicio, molendino, terris molendinariis

[1] Names of assize :—And. Ker of Fawdounsyd, Rob. Fairlie of Braid, John Huntar of Halkburne, Wil. Spottiswod in Quhitlie, Alexander Purves called laird Purves in Ersiltoun, Jas. Hammiltoun of Sanct-Johnnis-chapell, John Finlawsoun of Killeyth, Jas. Mowbray in Byirnoch, Pat. Monypenny of Pilrig, Gilb. Lauder burgess of Lauder, Henry Wod in the Flas, Jas. Lauder in Lauder, Joh. Rolmannois in Wodheid, Tho. Harlaw at Mill of Clocharrie, William Wod in Quholplaw. This Charter is much torn in the Register. Some blanks have been supplied by comparison with the Register of Acts and Decreets, vol. xliii. fol. 326 ff.

[2] The name of the granter is supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xli. fol. 108 verso.

et salmonum piscaria earundem, terras de Balhabrame, Craigtoun et dimedietatem de Ardargy, in baronia de Wemis per annexationem, vic. Perth :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo And. Oliphant : —TEST. Jac. Wemis de Bowhous, Jo. Wemis cubiculario dicti Dav., Cuthberto Robertsoun in Wemis :—Apud Wemis, 24 Jul. 1573] :—TEST. *ut in carta* 2137. xxxiv. 3.

2139. Apud Halieruidhous, 15 Aug.
REX &c., confirmavit cartam Patricii Kinnaird de eodem,—[qua, pro summa pecunie per Jo. Cargnegie de Kinnaird militem persoluta, vendidit MARGARETE CARNEGY filie legitime dicti Jo., in libero tenemento,—terras de *lie* Manis de Kinnaird, cum manerie et fortalicio earundem (per dictum Pat. et Eliz. Scot matrem suam occupat.), terras de Brounhill, Loch, et Smythishoip de Kinnaird (per dictos Pat. et Eliz., Jo. Millare, Alex. Blair et Wil. Andersoun occupatas), cum molendino et terris molendinariis, necnon quartem partem de Kinnaird nuncupat. *the Mylnequartir of Kinnaird* (per Andream Pittillo, Marjoriam Monorgund ejus matrem, And. Bell et Rob. Duncane occupat.), in baronia de Kinnaird, vic. Perth :—TENEND. de rege :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—cum precepto sasine directo Jacobo Bruce :—RESERVATO dicte Marjorie libero tenemento dicti molendini et ejus terrarum :—TEST. Edmundo Hay in molendino de Authmure, Jo. Kinnaird fratre dicti Pat., Wil. Bruce de Rait, Wil. Haitlie notario publico :—Apud Kinnaird, 6 Dec. 1567] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 152.

2140. Apud Halieruidhous, 18 Aug.
REX &c., confirmavit cartam D. Joannis Turnebill vicarii de Allissidden,—[qua,—cum consensu Davidis abbatis[1] de Dryburgh et conventus ejusdem, patronorum dicte vicarie,—pro gratitudinibus &c., et pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit (quondam) ANDREE KER de Hirsell militi, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 marcatas terrarum ecclesiasticarum de Allissidden vocatas Sanct-Boiswellis, cum piscaria earundem in aqua de Tweid consuet., cum decimis garbalibus dict. terrarum inclusis, que nunquam ab eis separari solebant (dicto And. ejusque predecessoribus longe antea assedatas), in dominio de Allissidden, vic. Roxburgh :—REDDEND. dicto vicario pro terris &c. 3 marc., pro decimis 3 marc., tanquam firmas antiquas, gressuma computata, et 40 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Willelmo Ainslie : —TEST. Waltero Ker de Dolphingstoun, M. Thoma Ker rectore de Dingwell, Cristallo Frenche, Jac. Dowglas, servitoribus dicti And. :—Apud monasterium de Dryburgh, 10 Apr. 1567] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 61.

2141. Apud Halyrudehous, 22 Sept.
REX &c., confirmavit ANDREE DE ROTHES COMITI domino Leslie, et Domine JEHANNE RUTHVEN domine Methven ejus sponse affuture,—terras et baroniam de Newtounis, viz. Eister, Waster et Middill Newtoun, terras cottagias *lie* Coitlandis et *lie* Brewlandis de Samfurd, piscationem de Wodhevin super aqua de Tay, cum superioritate terrarum de Wodheavin, vic. Fyff ;—(quas idem And. resignavit)[2] :—TENEND. dictis And. et Jeh. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti And. quibuscunque :—REDDEND. unum den. argenti nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 4.

2142. Apud Halieruidhous, 26 Sept.
REX &c., confirmavit cartam M. Jacobi Creichtoun de Cranstoun-Riddell,—[qua, cum consensu Dorathie Scott sponse sue,—pro perimpletione partis contractus initi de data apud Edinburgh, 23 Sept. 1573,—vendidit JACOBO COMITI DE MORTOUN domino de Dalkeith &c., regenti Scotie, heredibus ejus et assignatis,—foreste

[1] In introductory clause, "commendatarii."

[2] The words in brackets are supplied from *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xli. fol. 109.

locum et terras de Catslak cum turre et fortalicio, foreste loca et terras de Eister et Wester Montbernger, incorporatas in unam tenandriam de Catslak, cum pendicula de Catslak nuncupata Schutting-leyis, in dominio foreste de Ettrik, vic. Selkirk :—TENEND. de rege in feudifirma [1] :—cum precepto sasine directo . . . . Craufurd de Lefnoreis juniori, et Symoni Scott de Gemmilliscleuch :—TEST. Johanne Bellenden de Auchnoule milite, clerico justicarie regis, M. Tho. Wastoun advocato, Pat. Fyltare, Jacobo Millar, notariis :—Apud Edinburgh, 23 Sept. 1573] :—TEST. *ut in carta* 2157.
xxxiv. 13.

2143. Apud Halyrudehous, 5 Oct.
REX &c., confirmavit cartam Alani commendatarii perpetui monasterii Crucis-regalis,—[qua, cum consensu conventus ejusdem,—pro 200 lib. ad reparationem dicti monast. persolutis, necnon pro auxilio sibi illo tempore plus quam periculoso in singulis vite sue necessariis prestito,—ad feudifirmam dimisit ADAMO BOYD in Penkill, et HELENE KENNEDIE ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Ad. quibuscunque,—3 marcat. terrarum antiqui extentus de Penkill, cum manerie, hortis, pomeriis, silvis ac brueriis, vulgo vocatis *stallagis*, in parochia de Dalie, 20 solidat. ant. ext. de Laganamany in parochia de Garvane (omnes per dictum Ad. et ejus subtenentes occupat.), in comitatu de Carrik, regalitate de Croceraguell, vic. Air ; necnon decimas garbales dict. terrarum de L., prout dictis terris ex antiquo annexe fuerant :—REDDEND. dicto monast. pro Penkill 6 lib., pro Laganmany cum decimis 4 lib., tanquam firmam antiquam, et 5 sol. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Roberto Boyd et Patricio Scot :—TEST. (Jac.) Stewart de Cardonald, M. Roberto Stewart clerico parochiali de Glasgow, Wil. . . . . dicti Jac., Jo. Scot servitore dicti Wil. :—Apud (Croceraguell), 28 Mar. 15 . .] :—TEST. 12. 16. 14. 10. 6. 5. 15.
xxxiv. 17.

2144. Apud Edinburgh, 8 Oct.
REX &c., confirmavit THOME FRASER de Strechin, et ISSOBELLE FORBES ejus conjugi,—terras et baroniam de Strechin, cum superioritate de *lie* Newtoun de S., cum turre, fortalicio, molendinis, multuris, silvis, piscariis, annexis, tenentibus &c., vic. Abirdene ;—quas idem Tho. resignavit :—TENEND. dictis Tho. et Is. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Tho. quibuscunque :—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15.
xxxiv. 6.

2145. Apud Halieruidhous, 13 Oct.
REX &c., confirmavit cartam Roberti Stewart de Rossyth,—[qua concessit ROBERTO DOWGLAS de Coschogill, et NICHOLASSE JOHNNESTOUN ejus sponse,—terras de Inglistoun et Annestoun, in baronia sua de Durrisdeir, vic. Drumfreis ;—quas Quintigernus Napare de Inglistoun, burgensis de Edinburgh, in favorem dict. Rob. &c. resignavit :—TENEND. dictis Rob. D. et Nich. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Rob. D. quibuscunque, de dicto Rob. S. :—REDDEND. annuatim tres sectas ad tria placita capitalia baronie de Rossyth, nomine albe firme, pro warda &c. :—cum precepto sasine directo Henrico Braidfute in *the Chapelrie* : —TEST. Hen. Stewart fratre dicti Rob. S., Davide Dowglas in terris dominicalibus de Rossyth, Walt. Galbraith servo dicti Rob. Stewart, Jo. Dowglas de Meircleuch, Jac. Chalmer notario publico :—Apud Rossyth, 1 Jul. 1573] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxiv. 180.

2146. Apud Halieruidhous, 17 Oct.
REX &c., concessit quotidiano servitori suo JACOBO MILLARE signeti sui scribe, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Edmestoun, cum manerie, molendinis, multuris, ortis, pomeriis, tenen-

[1] The *Reddendo* clause is torn away in the Register.

tibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, in regalitate de Dalkeith, vic. Lanark;—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam Johannis olim dom. Flemyng:—TEST. *ut in carta* 2157.
xxxiv. 12.

2147. Apud Halieruidhous, 22 Oct.
REX &c., dedit literas legitimationis ELIZABETH STEWART bastarde, filie naturali quondam Johannis S. in Caldones; et voluit quod, si dicta Elizabeth decederet absque legit. heredibus suo de corpore procreatis vel absque legitima dispositione de suis hereditatibus facta, M. Rob. Stewart in *lie* Kirkland de Glaistertoun, heredes ejus et assignati, essent heredes dicte Eliz.
xxxiv. 11.

2148. Apud Dalkeith, 23 Oct.
REX &c., confirmavit cartam M. Jacobi Thornetoun, precentoris Moravien. et rectoris de Ancrum,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum et capituli Glasguen.,—pro pecuniarum summis et aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit consanguineo suo GILBERTO THORNETOUN scribe, et KATHARINE STEWART ejus sponse,—mansionem, domum et tenementum cum horto, jacen. infra civitatem Glasguen. (palatio et horto episcopi ex occidentali et australi partibus adjacen., juxta mansiones capellanorum ex boreali); —que mansio per quondam M. Jo. Thorntoun rectorem de Ancrum, predecessorem dicti Jacobi, a solo edificata fuit, et in rentali nunquam inserebatur:—TENEND. dictis Gilberto et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus sive assignatis dicti Gilberti quibuscunque, de dicto rectore:—REDDEND. capellanis ecclesie Glasguensis (qui dict. mansionem aut ejus fundum in feudifirmam dimiserunt) 50 sol. tanquam firmam prius consuet., necnon dicto rectori 2 sol. in augmentationem rentalis; et duplicando dict. feudifirmam 4 sol. in introitu heredum; nec liceret dict. tenementum aut partem ejus alienare absque licentia dicti rectoris:—cum precepto sasine directo Georgio Elphinstoun:—SALVA dicto rectori idonea hospitalitate in dicta mansione durante residentia sua:—TEST. Wil. Dowglas scriba, Mich. Furde, Hen. Thorntoun:—Apud Elgin et Glasgow, 20 Sept. et . . . Oct. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxiii. 136.

2149. Apud Halyrudehous, 24 Oct.
REX &c., confirmavit JOANNI WALLACE de Dundonald, et AGNETI STEWART ejus sponse,—40 solidatas de terris dominicalibus vocat. Burnesyd (per dictum Jo. et Davidem Wallace, Wil. Or et Rankinum vulgo *Rankene* Thomsoun ejus tenentes occupat.), in parochia de Dundonald, balliatu de Kyle-stewart, vic. Air;—quas idem Jo. resignavit:—TENEND. dictis Jo. et Ag. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 165.

2150. Apud Halyrudehous, 26 Oct.
REX &c., concessit et, pro bono servitio, de novo dedit JOANNI DOMINO MAXWELL, heredibus ejus et assignatis,—20 librat. terrarum antiqui extentus de Turmor, Mantorig, Roberthill et Tukishum, cum tenentibus &c., in baronia de Dryvisdaill, senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis; terras de Dryvisdaill cum molendinis, multuris et sequelis, terras de Bangall et Carrutheris, in dictis senesc. et vic.;—que regi devenerunt ob forisfacturam Jacobi olim com. de Boithuile:—REDDEND. pro terris in baronia de Dryvisdaill jura et servitia debita et consuet.; pro ceteris unum den. albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 19.

2151. Apud Halyrudehous, 27 Oct.
REX &c., concessit ANDREE COMITI ERROLIE constabulario Scotie, heredibus ejus et assignatis,—vitalem redditum quem Geo. Robertsoun de Fascalyie habuit de terris et baronia de Fascalye, viz. terris dominicalibus de F. cum molendino et terris molendinariis earundem (extenden. annuatim ad 20 libras *lie penny male*), terris de Disert (ad 40 bollas victualium tertiam partem ordei et binam partem farine, pretium bolle 26 sol.), Ledgrene, Calbrwir (ad 10 marc.), Calving (ad 12 marc.), Petmildonych (ad 40 sol., et 2 bol. ordei), Kindrocht (ad 6 marc.), Pitgowin cum molendino et terris molendinariis (ad 26 marc.), vic. Perth;—qui fuit dicti Geo., de rege tentus per servitium warde; et 15 Feb. 1573 appreciatus fuit [1] et Nigello Neilsoun procuratori dicti And. traditus pro 751 lib. 13 sol. 4 den. de resta summe 951 lib. per dictum Andream (tunc magistrum Errolie) super dictum Georgium obtente coram commissario Dunkelden., 32 sol. pro expensis actionis, et 37 lib. 11 sol. 8 den. pro feodo Joannis Rottray nuncii, vicecomitis in hac parte; bonis mobilibus [2] ad valorem 199 lib. 6 sol. 8 den. namatis 16 Dec. 1573, apud terras et messuagium de Fascalyie, ubi dicti Geo. uxor, servitores et familia residentiam habuerunt:—et voluit rex quod dictus Geo., heredes ejus et assignati, legitimique hereditarii possessores dict. terrarum si qui essent, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 66.

2226. Apud Sanct-Androis, 18 Apr.

REX &c.,—pro bono servitio per quondam Tho. Sinclair scribam, et Hen. S. ejus filium legitimum, quasi deputatos in officio infrascripto impenso,—concessit dicto HENRICO SINCLAIR, pro ejus vita,—officium scribe secreto sigillo suo, cum ejus feodis &c.;—quod quond. M. Geo. Cuke canonicus Dunkelden. per se et dictos deputatos obtinebat;—cum potestate deputatos substituendi.

xxxiv. 77.

2227. Apud Halieruidhous, 24 Apr.

REX &c., confirmavit cartam D. Thome M'Gill archipresbyteri de Dumbar,—[qua,—cum consensu decani et aliorum prebendariorum ecclesie collegiate de Dumbar,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit DAVIDI LIDDELL in West-Barnis, heredibus ejus et assignatis,—*the Preistisfuld* 5 acras continen. (inter terras de *lie* Saltgrenis ex orientali et boreali, *lie*

[1] Names of assize, summoned by Duncan Neilsoun, sheriff "in hac parte":—Geo. Leslie of Urquhill, William Hay of Gurdie, Alex. Leslie son of the said Geo., John Robertsoun *alias* Tarlocsoun of Monzeis, M. Joh. Hay of Kincardnay, Pat. Robertsoun *alias* Jamesoun of Ballessetty, James Hering of Nethir Fernot, Tho. Burnet of Tulle-mylne, Alex. Fleming in Dunkeld, Alex. Robertsoun of Dulkaben, Alex. Farchar in Monze, John Robertsoun in Petcastell, Jas. Gordoun in Leidoch, Wil. Tailyeoure portioner of Fowart, Fergus Fergussoun of Bellachandie.

[2] Inventory of moveables:—12 milch cows and 4 young cows of 3 or 4 years old (price 5 merks apiece), 16 *drawand oxin* (£4 apiece), 4 *stude meiris* (£3 apiece), 60 sheep young and old (10s. apiece), furniture and utensils in the house of Fascalyie (£40).

Chinggillis ex australi, Beilhauch ex occidentali partibus), 5 *lie ruidis* in Beilhauch (inter terras regias), 2 *lie heidrigis* in Beilhauch extenden. ad 5 *lie ruidis* (inter terras regias), pratum *lie* Preistismedow continens 2 acras (inter terras de Beilhauch ex orientali, Brumestobbis ex australi et occidentali), 5 *lie ruidis* (inter terras regias vocatas *lie* Clayknow ex orientali, terras ecclesiasticas ex australi, terras regias ex boreali, *lie* Hawflatbrume ex occidentali), 5 acras (inter terras regias vocat. Halflatbrume ex boreali, terras regias ex orientali et australi, terras de Wauchtoun vocat. Havindaillis ex occidentali et australi), 1 acram (inter *lie* Linkgait ex occidentali, terras regias vocat. *lie* Lordis-fauld ex boreali et orientali), 1 acram (inter *lie* Saltirlatische ex orientali et australi, *lie* Saltirlatisched ex occidentali, *lie* Clayknow ex boreali), 6 *lie ruidis* (inter *lie* Clayknow ex occidentali et boreali), 6 *lie ruidis* in *lie* Salterlatisched ex parte orientali earundem (inter terras regias), 5 *lie ruidis* circa *lie* Tippetknow (inter terras regias), 2 acras in *lie* Langendles et Deidmondhauch (inter terras regias), 7 *lie ruidis* ex orientali latere de *lie sched* de Grynlawmyir (inter terras regias), 3 acras in *lie sched* vocat. Farnelais (inter terras regias) ½ acram in *lie* Farnylais (inter terras de Brumehous ex australi, Bourhousis ex occidentali, terras regias ex ceteris partibus), semper jacen. inter 2 *lie balkis*, in villa et territorio de West-Barnis, cum pastura 8 boum et 2 equorum pre omnibus agris terrarum de *lie* West-Barnis, in dominio de Dumbar, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto archipresbytero 17 marcas firme antique, et 20 den. augmentationis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Willelmo Wod in Newmylne :—TEST. Alex. Gordoun, Alex. M'Dowell, Wil. Mureheid : —Apud Sanct-Johnnis-Clauchane, 3 Jun. 1573] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxiv. 94.

2228. Apud Halieruidhous, 24 Apr.
REX &c., confirmavit cartam Alexandri episc. Brechinen.,—[qua concessit ALEXANDRO HUME de Manderstoun (tenenti sibi presentato per regem cum consensu Jacobi com. Moravie dom. Abirnethie regentis), heredibus ejus et assignatis,—terras de Stracathrow, in dominio de Breichin, vic. Forfair ;—que fuerunt capitanei Rob. Lauder, de dicto episc. tente in feudifirma ; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Rob. : —TENEND. de dicto episc. in feudifirma :—cum precepto sasine directo M. Joanni Hutoun camerario dicti episc., et Willelmo Murray :—TEST. Davide commendatario de Dryburgh, Willelmo Craufuird de Fedderet, And. Haliburtoun servo regentis, Jo. Hume fratre germano dicti Alex., And. Levenax notario publico :—Apud monasterium Andriopolis, 29 Nov. 1569] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxiv. 95.

2229. Apud Halieruidhous, 29 Apr.
REX &c., confirmavit JACOBO FORBES de Fechill, et MARGARETE FORBES ejus sponse,—superioritatem terrarum et baronie de Petslego, cum turre et domo, tenentibus &c., et umbralem dimidietatem terrarum de Knoksoule, Kinnawdie, cum molendino earundem, tenentibus &c., dimid. dimidietatis terrarum et ville de Dawach, superioritatem terrarum de Grodie, vic. Abirdene ;—quas eadem Marg. resignavit : —TENEND. dictis Jac. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicte Marg. de corpore legit. procreandis, quibus def., dicti Jacobi heredibus et assignatis quibuscunque :—PROVISO quod, si dictus Jac. ante dictam Marg. decederet, heredes inter ipsos procreat. superstites habens, non liceret dicte Marg. dictas terras aut earum partem alienare :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxiv. 64.

2230. Apud Halierudehous, 30 Apr.
REX &c., dedit literas legitimationis JONETE ABIRNETHIE bastarde, filie naturali quondam Georgii A. burgensis de Dunbartane, et ELIZABETH ERSKIN bastarde, filie naturali quondam Thome E. commendatarii de Dryburgh et magistri de Erskin.
xxxiv. 621.

2231. Apud Halyrudehous, 1 Maii.
REX &c., concessit WILLELMO MAK-

CULLOCH filio et heredi apparenti Symonis M. de Myrtoun, et ELIZABETH DUNBAR ejus sponse affuture,—5 librat. terrarum de Bassalloch antiqui extentus, in baronia de Myrtoun, vic. Wigtoun;—quas dictus Symon resignavit:—TENEND. dictis Wil. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. quibuscunque:—RESERVANDO dicto Sym. pro ejus vita croftam molendinariam et duas croftas piscarias dict. terrarum, cum 18 animalium pastura super dict. terris:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 83.

2232. Apud Dalkeith, 6 Maii.

REX &c., concessit HENRICO KYNNEIR, filio legitimo Joannis K. de eodem,—abbatiam de Balmerinoch, cum omnibus ejus dignitatibus, patrimonio et possessionibus; necnon constituit eum commendatarium ejusdem durante ejus vita;—quem Hen. rex, vacante dicta abbatia per obitum Joannis ultimi commendatarii ejusdem, nominaverat commende ejusdem; qui per Jo. archiepisc. S. Andree suum ordinarium repertus est Cristiane religionis verus et integer professor et cultor, morum honestate et vita conspicuus, eruditus et philosophie in academia S. Andree candidatus, et quod exegerat vicesimum primum sue etatis annum, necnon sacramento interposito fidem fecerat de agnoscenda et studiose colenda autoritate regia, et de prestanda ordinario obedientia, ut moris fuit:—IDEO rex requisivit dictum archiepisc. ut dicto Hen. institutionem et possessionem dari curaret &c.:—SALVIS Jacobo Douglas, filio naturali Jacobi comitis de Mortoun domini Dalkeith regentis, annua pensione 500 librarum de promptioribus fructibus bine partis dicte abbatie, pro ejus vita, secundum tenorem provisionis ei confecte; necnon ministro de Balmerinoch et Logy 80 lib., lectori de Logy 20 lib., ministro de Barry 60 lib. (in quam summam integra vicaria de Barry, quamprimum vacaret, computaretur), et hoc de promptioribus fructibus ecclesiarum ubi ministraverunt, in tertiam partem dicte abbatie computand., secundum tenorem provisionum eis confectarum seu conficiendarum. xxxiv. 71.

2233. Apud Dalkeith, 8 Maii.

REX &c., concessit servitori suo capitaneo ANDREE LAMBY, heredibus ejus et assignatis,—superioritatem terrarum de Uchiltre, vic. Linlithgow;—que regi devenit per decessum Henrici Hammiltoun bastardi, filii naturalis quondam Mathei H. de Mylburne, absque legitimis heredibus de corpore procreatis seu legitima dispositione de hereditatibus in ejus vita facta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 432.

2234. Apud Dalkeith, 10 Maii.

REX &c., confirmavit cartam quondam Andree Craig de Craigis-fintray,—[qua vendidit AGNETI GORDOUN, filie quond. Alexandri G. de Drymmyne[1] fratris (quond.) Duncani G. in Knavene,—pro matrimonio solempnizato inter eam et Wil. C. filium dicti Andree, virtute contractus initi inter dictos And. et Dunc. apud sacellum de Sigott, 8 Sept. 1515,—terras suas de Craigismylne et Mylneset, cum molendino et astrictis multuris consuetis, in dominio de Craigis-fintray, vic. Abirdene:—TENEND. dicte Ag. et heredibus masculis inter eam et dictum Wil. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti And. quibuscunque reversuras, de dicto And.:—REDDEND. unum den. albe firme:—TEST. Jacobo Cran, And. Innes, Willelmo Grenelaw, Wil. Tailyeoure, Wil. Mylne, Thoma Howat, D. Joanne Craig capellano:—cum subscriptione dicti Andree manu conducta per D. Alex. Johnnestoun notarium publicum:—Apud Craigis-fintray, 4 Sept. 1519]:—INSUPER dictas terras &c. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 73.

2235. Apud Halieruidhous, 10 Maii.

REX &c., confirmavit cartam factam per And. Arnot ministrum loci Fontis Scotie Ordinis Redemptionis Captivorum, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis ad reparationem loci sui,

[1] "*Constabularii* de Drummyne," in introductory clause.

aliisque gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI ARNOT de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Scotlandwell, in regalitate S. Andree, vic. Fyffe:—REDDEND. dictis ministro &c. 39 marc. firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis, cum 8 duodenis pultrearum vel 6 sol. pro qualibet duodena:—cum precepto sasine directo Thome Foristare de Strathenrie:—INSUPER dicti Andreas &c., constituerunt dictum Dav., et heredes masc. ejus de corpore legit. procreatos,—ballivos principales terrarum de Scotlandwell et Findawtie, ceterarumque possessionum dicti loci; et eis assignaverunt 20 lib. annuatim de dicta firma de Scotlandwell pro eorum feodo:—TEST. M. Joanne Spens de Condy advocato regio, Geo. Arnot rectore de Esse, Roberto Arnot:—Apud dict. locum, 8 Oct. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 117.

2236. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JACOBO SALMONT in Westir Capeth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem viz. *foure oxingang rinrig* terrarum de Westir Capeth (per dict. Jac. S. et Margaretam Lacok ejus matrem occupat.), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—RESERVATO dicte Margarete vitali redditu:—REDDEND. dicto episc. 30 sol., 5 sol. pro uno vervece *lie cane weddir*, 3 sol. pro 3 caponibus, cum *ane cariage hors and servand and fyftene laidis of peittis*,[1] tanquam antiquam firmam, et 2 sol. 6 den. augmentationis, in toto 40 sol. 6 den.; necnon duplicando dict. summas in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tres curias capitales dicte baronie, et ad alias ejus curias cum premoniti essent; et essent fideles dicto episcopo, prestarentque ei homagium et fidelitatem; nec liceret dictas terras aut earum partem alienare sine licentia dicti episcopi, quam expectarent per 2 menses; et dicto episc. primum locum venditionis offerrent; et si in solutione canonis deficerent per tres terminos concurrentes, caderent a jure:—cum precepto sasine directo Joanni Soutare[2]:—TEST. Eduardo Pattoun, Davide Bennet in Dunkeld, D. Duncano Maknair notario publico:—Apud civitatem Dunkeldensem, 9 Dec. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 84.

2237. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JACOBO KID in Westir Capeth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem *foure oxingang rinrig* terrarum de Westir Capeth (per dictum Jac. K. occupat.), in baronia (de) Dunkeld, vic. Perth:—REDDEND. &c. *ut in carta* 2236]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 85.

2238. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI ELGE in Westir Capeth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem *foure oxingang rinrig* terrarum de Westir Capeth (per dictum Jo. occupat.), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—REDDEND. &c. *ut in carta* 2236]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 87.

2239. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI BRYDE in Westir Capeth, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—1½ octavas partes, viz. *sex oxingang rinrig*, terrarum de Westir Capeth (per dictum Jo. occupat.), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—REDDEND. dicto episc. 45 sol., 7 sol. 6 den. *for ane cane wedder and ane half wedder*, 4

[1] In Charters 2237 and 2238 this clause reads "with ane cariage with ane hors and servand and fyftene laidis of ane peittis."

[2] In Charter 2239 styled "Joannes Soutare in Dungarthill."

sol. 6 den. pro 4½ caponibus, *and ane cariage hors with half ane cariage with hors and ane servand and twentie twa laidis of peittis and half ane laid*, tanquam antiquam firmam, et 3 sol. 9 den. augmentationis, in toto 3 lib. 9 den.; necnon duplicando &c. (*ut in carta* 2236)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 88.

2240. Apud Halyrudehous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum 'Dunkelden.,—pro summis pecunie persolutis, ad feudifirmam dimisit JOANNI HAGGART in Westir Capeth—mediam partem illius quarte partis *rinrig* terrarum de Westir Capeth (quam dict. Jo. et Joneta Richartsoun ejus mater occupaverunt), et 3 rigas, viz. *thre riggis*, de altera media parte ejusdem (viz. *the Craggy-rig in the Querrell-hoill, the Cruikit-rig liand contigue adjacent thairto in the same sched, and the Braid-rig liand in the east and west sydis of the Cobill-gait*), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—RESERVATO dicte Jonete vitali redditu:—TENEND. dicto Jo. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Willelmo Elge ejus fratri uterino, et heredibus ejus quibuscunque, de dicto episcopo:—REDDEND. 36 sol. 8 den., 5 sol. pro vervece, 3 sol. pro 3 caponibus, *and ane cariage hors with ane servand yeirlie anis, and fyftene laidis of cane peitis*, tanquam antiquam firmam, et 2 sol. 6 den. augmentationis, in toto 47 sol. 2 den.; necnon duplicando dictas summas in introitu heredum et successorum; ac prestando &c. (*ut in carta* 2236):—cum precepto sasine directo Joanni Elge et Joanni Sowtar:—TEST. Jo. Moncur (nuncio)[1], Eduardo Pattoun, Davide Bennet in Dunkelden, Dunc. Maknair notario:—Apud civitatem Dunkelden., 20 Jan. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 297.

2241. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summis pecunie persolutis, ad feudifirmam dimisit WILLELMO ELGE in Arnitillie, filio Jonete Richartsoun in Westir Capeth,—mediam partem illius quarte partis *rinrig* terrarum de Westir Capeth (quam dicta Jon. et Jo. Haggart ejus filius occupaverunt), exceptis 3 *lie riggis* (*in carta* 2240 *contentis*), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—RESERVATO dicte Jon. vitali redditu:—TENEND. dicto Willelmo et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo. ejus fratre uterino, et heredibus ejus quibuscunque, de dicto episc.:—REDDEND. 23 sol. 4 den., 5 sol. pro vervece, 3 sol. pro 3 caponibus, *and ane cariage hors with ane servand yeirlie anis, and fyiftene laidis of cane peittis*, pro antiqua firma, et (2 sol.?) 6 den. augmentationis, in toto 25 sol. 10 den.; necnon duplicando &c. (*ut in carta* 2240); ac prestando &c. (*ut in carta* 2236):—cum precepto sasine, TEST. et de data *ut in carta* 2240]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 86.

2242. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI PENNYCUKE juniori in Dulgarthill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —mediam partem *rinrig* terrarum de Dulgarthill (quam dictus Jo. occupavit), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—REDDEND. dicto episc. 3 lib. 6 sol. 8 den., 2 *lie cane wedderis* (vel 5 sol. pro quolibet), 12 *lie pultrie foulis* (vel 8 den. pro quolibet), *and twa cariage with ane hors and servand and fourtie laidis of cane peittis*, tanquam antiquam firmam, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando &c. (*ut in carta* 2236):—cum precepto sasine directo Joanni Elge:—TEST. et de data *ut in carta* 2236]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 89.

2243. Apud Halieruidhous, 12 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI

[1] The word is left blank in this charter, but expressed in No. 2241.

SOUTARE in Dulgarthill—quartam partem *rinrig* terrarum de Dulgarthill (quam dictus Jo. occupavit), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—TENEND. dicto Joanni et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Thome Irwing filio legitimo Joannis I. de Muklemoir, heredibus ejus et assignatis quibuscunque:—REDDEND. dicto episc. 33 sol. 4 den., 5 sol. pro uno *lie cane wedder*, 4 sol. pro 6 *lie cane pultrie, ane cariage with ane hors and servand and twentie laidis of cane peittis*, tanquam antiquam firmam, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 45 sol. 8 den.; cum presentiis ad tria placita capitalia, et ad alias curias dicti episc. cum premoniti essent; necnon duplicando dict. summas in introitu heredum; et essent fideles &c. (*ut in carta* 2236):—cum precepto sasine directo Joanni Elge:—TEST. Edw. Pattoun, Davide Bennet, Dunc. M'Nair notario:—Apud civitatem Dunkelden., 15 Dec. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 90.

2244. Apud Halieruidhous, 12 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu canonicorum Dunkelden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit THOME GALYCHTLIE in Dulgarthill, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem *rinrig* ville et terrarum de Dulgarthill (per dictum Tho. occupat.), in baronia Dunkelden., vic. Perth:—REDDEND. *ut in carta* 2243; necnon duplicando &c. (*ut in carta* 2236):—cum precepto sasine directo Joanni Elge:—TEST. et de data *ut in carta* 2236]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 97.

2245. Apud Halieruidhous, 13 Maii.[1]
REX &c., confirmavit cartam Willelmi Craig de Craigis-fintray,—[qua vendidit GILBERTO MAIR in Awaldis de Potgar, heredibus ejus et assignatis,—umbralem dimedietatem terrarum et ville de Craigistoun nuncupat. *the Manis*, in baronia de Craigis-fintray, parochia de Kinedward, vic. Abirdene:—REDDEND. dicto Wil. 2 den. albe firme:—cum precepto sasine directo Andree Schand:—TEST. Jo. Hill in Brontyairdis, Tho. Craig, And. Schand in Potgar, Jo. Mair ibid., Wil. Craig, Jac. Innes filio Jacobi Innes de Touquhis, Wil. Leith filio Patricii L. de Harthill, D. Jo. Hucheoun notario publico:—Apud Craigistoun, 4 Maii 1569]:—INSUPER dict. terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 74.

2246. Apud Halieruidhous, 13 Maii.
REX &c.,—intelligens D. Davidem Wallace, filium et heredem quondam Adami Wallace burgensis de Drumfreis, quandam capellaniam altaris S. Andree infra ecclesiam parochialem de Drumfreis fundasse (cui quedam tenementa et annuos redditus in dicto burgo dotavit), et quondam D. Wil. Wallace et D. Pat. Wallace eorumque successores capellanos (pro perimpletione servitiorum que parliamenti actis, legibus, regni constitutionibus, legi Divine repugnare adjudicata sunt), et JOANNEM HALIDAY burgen. de Drumfreis, ejusque heredes masc., in jure patronatus ejusdem infeodasse, prout in carta fundationis de data apud Drumfreis, 24 Jul. 1547, contentum est,—ratificavit dispositionem dict. tenementorum &c., et juris patronatus, et omnium aliorum tenementorum dicto altaragio dispositorum:—PROVISO quod quandocunque dicta capellania vacaret, patronus ejusdem studenti in universitate sive scolis pro ejus sustentatione, ac post unum alteri, secundum tenorem acti parliamenti desuper editi, eandem conferret:—TEST. *ut in carta* 2250. xxxiv. 76.

2247. Apud Halieruidhous, 13 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Thome Copland portionarii de Udauch,—[qua vendidit GILBERTO MAIR in Awaldis de Potgare, heredibus ejus et assignatis,—solarem dimedietatem terrarum de Hairmos (per Jo. Wodend et Geo. Mowat occupat.), in baronia de Kinedward, parochia de Tureff, vic. Abirdene;—et, in speciale warrantum, solarem dimed. terrarum suarum

[1] Dated A.D. 1573. Placed here according to the regnal year, which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib xlii. fol. 32 verso.

de Udaucht, in boreali parte de Parcyok, in dictis parochia, baronia et vic.:—Reddend. dicto Thome unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Andree Schand:—Test. Malc. Mowat in Colpe, Gilb. Jak in Wodheid, Alex. Mowat, Wil. Leith, Jac. Innes, Willelmo Ogistoun juniore, D. Jo. Hucheoun notario publico:—Apud Tureff, 7 Jul. 1569]:—Insuper dict. terras quitteclamavit:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 80.

2248. Apud Halyruidhous, 14 Maii.

REX &c., concessit ARCHIBALDO ANGUSIE COMITI domino Douglas et Abirnethie, heredibus ejus masc. et tallie in novo infeofamento comitatus Angusie contentis, et assignatis,—terras de Gervestoun, Urkillisland, 5 librat. terrarum de Carfin, 10 marcat.[1] de Carnebro, 40 solidat. de Litill Hairschaw, terras de Murdestoun et Hartwod extenden. ad 10 librat., Cleillandtoun ad 5 librat., Lauchop ad 10 marcat., 3 librat. de Auchinloy et Ordestoun, 40 sol. de Stevinstoun, terras de Dunsistoun, cum tenentibus &c., in baronia de Boithuile, vic. Lanerk;—que, per diversas personas de Jacobo olim com. de Boithuile in alba firma aut servitio warde irredimabiliter tente, tunc regi devenerant ob forisfacturam dicti Jacobi:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 91.

2249. Apud Halieruidhous, 18 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Sinclair de Rosling militis,—[qua,—pro perimpletione unius clausule contractus matrimonialis initi inter se, Dominam Eliz. Ker sponsam suam, et Edw. S. filium suum et heredem apparentem cum consensu suo tanquam legitimi administratoris dicti Edw., ab una, et Geo. Dowglas de Parkheid, ducem castri de Edinburgh, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 11 Maii 1574,—concessit CRISTINE DOWGLAS filie dicti Geo., sponse future dicti Edw., in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—proprietatem terrarum et baronie de Harbertschire, cum turre, fortalicio, manerie, molendinis, multuris et sequelis, piscationibus, annexis, vic. Striviling, et per annexationem infra vic. de Edinburgh principalem:—Reddend. regi unum den. argenti, cum uno pari calcarium alborum aut 8 den., apud crucem foralem de Edinburgh nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Olivero Sinclair fratri germano Willelmi S. de Hirdmestoun militis:—Test. M. Davide Makgill advocato, M. Jo. Henrysoun de Bangoure, Hen. Wardlaw notario publico:—Apud Edinburgh, 14 Maii 1574]:—Test. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 140.

2250. Apud Halieruidhous, 20 Maii.

REX &c., concessit JOANNI BROUN de Knoksoule, burgensi de Air, heredibus ejus et assignatis,—40 solidat. terrarum de Tannylago antiqui extentus, in parochia de Kirkcowane, vic. Wigtoun;—quas Alex. M'Kee in Arbrok in favorem dicti Jo. resignavit:—Test. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 75.

2251. Apud Halieruidhous, 24 Maii.

REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree principalem commendatariumque perpetuum de Dumfermeling, et ejusdem conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt JACOBO MURRAY de Pardewis, heredibus ejus et assignatis,—pratum *lie* Terraris-medow nuncupat., cum libertatibus pro lucratione feni ibi crescentis consuetis (inter dicti Jac. terras de Bute-aiker ex occidentali, ejus terras de Lymekilhill alias Langbank ex orientali et boreali, terras de Windmilhill ex australi partibus), quod nusquam in rentali prius fuerat, in parochia et regalitate de Dumfermeling, vic. Fyiff:—Reddend. annuatim dicto monast. 10 sol.; cum geminatione in introitu heredum; et si unus terminus veniret in alterum insolutus, culpa dict. Jacobi &c., geminaretur; si vero duo termini in tertium venirent insoluti, hec feudifirma amitteretur; proviso quod dicti Jac. &c. haberent licentiam pro lucratione feni super terris de Windmilhill minime aratis, dicto prato contiguis; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia in

[1] The *Tenendas* clause reads "librat."

pretorio burgi de Dunfermling :—cum precepto sasine directo Thome Toscheauch et Joanni Walwod :—Apud dictum monasterium, 24 Dec. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 93.

2252. Apud Halieruidhous, 24 Maii. REX &c., confirmavit cartam D. Joannis Mathesoun, cancellarii Catanensis ac capellani perpetui altaris et capellanie B.V.M. in ecclesia parochiali de Ketnis fundat. per quondam Alexandrum Rattray,—[qua,—cum consensu Georgii Halieburtoun de Petcur, et M. Jacobi H. ejus tutoris, patronorum dicte capellanie,—pro summa pecuniaria persoluta, ad feudifirmam dimisit M. THOME HALIEBURTOUN—tenementum *lie* Brewland toftum et hortum ac 4 acras terre et plus (per Alex. Scot occupat.) in *lie husbandrie* de Ketnis nuncupat. *lie* Brodlandis (unam partem dict. 4 acrarum jacen. in *lie sched* nuncupat. Petlair, alteram partem in *lie south-sched* extenden. ad *lie* Straithy de Balgilloquhy ad *lie south-eist*, tertiam partem nuncupat. Litil-croft, jacen. ex occidentali parte de Bank de Ketnis et extenden. ad *lie north-west* usque ad Brewland de K. et ad *lie* Litil-wynd ad *south-eist*), cum pecia terre vocata Meikle-croft (contigua ad toftum dicti Alexandri ad *lie north-west*), in baronia de Ketnis, vic. Forfare; necnon tenementum et *lie* Brewland cum toftis, hortis et 4 acris terrarum (per And. Small occupat.), jacen. in *Abthanery* de Ketnis (unam partem dict. 4 acrarum vocat. *lie* Meikle-croft jacen. ad austrum a tofto dicti And. ex parte orientali venelle de K., bondat. ad austrum cum torrente de K., alteram partem vocat. Litil-croft, bondat. ad occidentem cum dicta venella, ex ceteris partibus cum *lie bog* de K., tertiam partem nuncupatam Torquhony, contiguam ad terram templariam de K. ad boream, ad aqueductum molendini de K. ad austrum, ad dictum *lie bog* ad occidentem), in baronia de Reskobby, vic. Forfare; 4 acras vocat. *lie* Gray-stane, intra *lie husbandre* de Bandony, in baronia de Ketnis, vic. Forfar; molendinum de Ketnis cum terris molendinariis vocat. *lie* Mylnhauch, multuris, sequelis, toftis, hortis, columbario et pomario ejusdem, viz. partem occidentalem dict. molendini et terrarum occupat. per Tho. Cornell in dicto *Abthanery*, baronia de Reskobby, vic. Forfare, et partem orientalem earundem occupat. per dictum Alex. Scot vocat. Flemingis-land, in baronia de Ketnis, vic. Forfare :—RESERVATIS domibus et ortis per Tho. Cornell occupatis, pro mansione dicto capellano construenda :—TENEND. dicto M. Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Andree H. ejus filio naturali, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Willelmo H. filio quondam Joannis H. de Mawis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni H. de Lawtoun et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Thome quibuscunque, de dicto capellano; cum communi pastura in communia de Ketnys consueta :—REDDEND. 16 marcas 5 sol 8 den. firme antique, et 8 sol. augmentationis; et duplicando dict. 17 marcas 4 den. in introitu heredum; si tamen prior et conventus de Restannot annuum redditum 20 sol. de dicto molendino et ejus terris juste recuperarent (vigore possessionis dicti ann. red. prius, ut assertum est, habite), dicti 20 solidi de dicta firma defalcarentur; si vero dicti M. Tho. &c. in solutione firme deficerent per duos terminos ad tertium concurrentes, dicte terre &c. ad dictum capellanum reverterentur :—TEST. D. Davide Irnis vicario de Culles, M. Joanne Rattray, Geo. Hereot, D. Wil. Ramsay capellano et notario publico :—Apud burgum de Perth, 30 Dec. 1547]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 120.

2253. Apud Halieruidhous, 25 Maii. REX &c., confirmavit cartam Colini Campbell de Glenurquhart,—[qua,—in perimpletionem contractus matrimonialis initi inter Jo. com. Atholie dom. de Balwany ab una, et se et Dunc. C. filium suum et heredem apparentem, cum consensu suo tanquam ejus legitimi administratoris ac tutoris, ab altera partibus, de data apud Dunkelden, 18 Nov. 1573,—vendidit JEANNE STEWART filie legitime dicti Joannis, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—10 marcat. terrarum de Port de Lochtay, cum insula, manerie, loco, hortis,

pomariis, jacen. in orientali fine dicti lacus, cum piscatione sua super boreali parte dicti lacus et aque de Taya, necnon 4 marcatas suarum 8 marcatarum terrarum in occidentali fine de Eddergole juxta terras suas de Balloch, 4½ marcatas de Colleloquhan, in dominio de Dischoir et Toyer, vic. Perth: —REDDEND. regi 18½ marc. nomine feudifirme:—cum precepto sasine directo Joanni Makindeware:—TEST. Thoma Stewart apparente de Garnetullie, Jo. Stewart de Fyndonettis, Jo. Campbell, Gawino Hammiltoun, Jo. Robesoun, notariis publicis:—Apud Balloch, 20 Nov. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 247.

2254. Apud Halieruidhous, 27 Maii.
REX &c., confirmavit cartam Alexandri com. de Glencarne dom. de Kilmawres,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se, Dominam Jeannam Cunninghame sponsam suam, Wil. magistrum de Glencarne, Jonetam Gordoun ejus sponsam, et Jac. Cunninghame filium et heredem apparentem dicti Wil., ab una, Colinum Campbell de Glenurquhy, Katherinam Ruthven ejus sponsam, Duncanum C. feodatarium de Glenurquhy, et Margaretam C. filiam legitimam dictorum Col. et Kath., ab altera partibus, in libris dominorum concilii registrand., de data apud Edinburgh, 24 Maii 1574,—pro ingentibus pecuniarum summis in dicto contractu specificatis, vendidit dicte MARGARETE CAMPBELL, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras et baroniam de Finlastoun et Ramfourlie-Cunninghame, cum turribus, fortaliciis, hortis, pomeriis, piscationibus, molendinis, multuris, tenentibus &c., in baronia et vic. de Renfrew:—TENEND. de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—cum precepto sasine directo Niniano Lindesay:—TEST. Hugone Cunninghame de Watterstoun, And. Cunninghame filio dicti comitis, Gavino Hammiltoun, Jo. Smalat:—Apud Edinburgh, 26 Maii 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 101.

2255. Apud Halieruidhous, 31 Maii.
REX &c.,—intelligens quod terre infrascripte, quondam Joanni Hume de Hutounhall, patri Alexandri H. tunc de H., pertinentes, in quibus And. commendatarius de Jedburgh tanquam secunda persona in infeofamento dicti Jo. successurus erat, regi devenerunt ob forisfacturam Alexandri olim dom. Hume,—pro servitio per dictum Alex. H. de H. turbulentis temporibus elapsis impenso, et quia dictus And. obligaverat se jus suum prosequi et postea dictum Alex. infeodare,—concessit dicto ALEXANDRO HUME de Hutounhall, heredibus ejus et assignatis,—terras de Inverralloun cum earum molendino, vic. Striviling:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 96.

2256. Apud Halyrudhous, 2 Jun.[1]
REX &c., confirmavit cartam Willelmi Hay de Urie,—[qua, ad specialem petitionem Jonete Wod conjugis sue, concessit ejus filio JOANNI HAY, filio et heredi apparenti suo, heredibus ejus et assignatis, —villam et terras de Creychmondgorth, in baronia sua de Creychmont, vic. Abirdene: —TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Joanni Duncan et Jacobo Cheyn: —TEST. Joanne Duncan, Geo. Cardno, Rob. Neilsoun notario publico:—Apud Ury, 20 Maii 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 249.

2257. Apud Halieruidhous, 5 Jun.
REX &c., concessit EDUARDO SINCLAIR, filio et heredi apparenti Willelmi S. de Rosling militis,—terras et baroniam de Pentland, cum villa et granorum molendino, advocatione ecclesie de P., terras de Hilend, Boghall, Leipis, Pentlandmure cum pertinen., viz. Kirktoun, Quhithauch, Loganehous cum turre et fortalicio, Ernecraig, Sunnonishoip Eistir et Westir, *lie* Falaw, *lie* Grane, terras de Mortoun, Mortounhall, Halderstoun (in unam baroniam de Pentland incorporatas), vic. Edinburgh;—quas dictus Willelmus resignavit:—TENEND. dicto Eduardo et heredibus masc. inter ipsum et Cristinam Dowglas ejus sponsam futuram, filiam Georgii D. de Parkheid, legitime pro-

[1] Dated an. reg. 8. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xlii. fol. 138 verso.

creandis, quibus deficientibus, heredibus masc. et tallie contentis in infeofamento predecessoribus dicti Wil. confecto per Jac. V. regem :—REDDEND. servitium warde &c., absque secta in curia vic. de Edinburgh, ex eo quod terre de Cowsland reddiderunt sectam pro dictis terris &c. :—RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento; Elizabeth Ker ejus sponse, aut cuicunque alteri ejus sponse future, vitali redditu ville et terrarum de Pentland et *lie stedingis* de Kirktoun, West Sunnonishoip, et 60 capis de villa et terris de Pentland, ei assignatis in contentationem ejus secunde tertie, ac terris, villa et terris dominicalibus de Mortounhall cum manerie, domibus et edificiis, villa et terris de Mortoun, molendino de Pentland cum multuris, sequelis et terris molendinariis, parte ville et terrarum de Pentland per Jo. Lowrie occupata, terris et *lie stedingis* de Ernecraig et Grane, Kirktoun, Westir et Eistir Sunnonishoip, cum 120 capis de villa de Mortoun et 60 capis de villa et terris de Pentland, cum aliis privilegiis ei assignatis in contentationem ejus conjuncte infeodationis, vitalis redditus et omnium tertiarum quas habere potuisset de terris et baronia de Rosling (secundum tenorem contractus matrimonii dicti Ed., de data apud Edinburgh, 11 Maii 1574) :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 141.

2258. Apud Halieruidhous, 5 Jun.

REX &c., concessit EDUARDO SINCLAIR, filio et heredi apparenti Willelmi S. de Rosling militis,—terras et baroniam de Rosling, viz. castrum, terras dominicales *lie* Manis, villam et burgum de R., terras de Ley et *lie Park* et Parkaris-land, cum molendinis fullonum et granorum earundem, terras de Otislie cum molendino fullonum, terras de Drydane-Westir, Caikmure, Netleflat, Cowbrehill, Catcune cum molendino earundem, Baxtarland de Inverleith, 20 marcas annui redditus terrarum de Lany, terras de Eister Revynnisnuk et Carnehill, Wester Revynnisnuk, cum ortis, pomeriis, columbariis, tenentibus &c., advocatione ecclesie collegiate de Rosling, prepositure et prebendarum ejusdem, ac capellanie S. Mathei in Rosling, vic. Edinburgh ; terras et baroniam de Harbertschire, cum castro et fortalicio earundem, viz. terras de Stanehous, Weyndis, Dunnypace, Heidis, Cuthiltoun, Lilliscleif, Barnego, Fyvaikaris, Meikle Donavane, Byiris, Boirdis, Quarter, Brumhill, Torsaule, Garlois, Blairis, Bukkiesyde, Manis, Offeris, Litill Danye, Grenis, cum molendinis granorum et fullonum, terras de Cattiscleuch, Eistir et Westir Samoir, Castell-rankin, Eistir et Westir Thomastoun, Ballinkeir cum molendino, Ballinknok, Auchincloch cum molendino earundem, Litill Donavane, Goinerschaw, Domum super montem, Bracaneleis, dimedietatem de Stanehous, Quarrell, Craw-nest, Kerisland in Donypace, Stobuesland, Portuousland, Eutiebaid, Drummorisland, bovatas de Donypace, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, in dicta baronia de Rosling per annexationem, vic. Edinburgh ;—quas dictus Wil. resignavit :—TENEND. dicto Ed. et heredibus &c. (*ut in carta* 2257), in libera baronia, et libera foresta ubi silve et arbores extiterunt, et dict. burgum in libero burgagio et baronia : —REDDEND. unum den. argenti, cum pari calcarium albarum aut 8 den., apud crucem foralem burgi de Edinburgh nomine albe firme :—RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento, potestate intrandi tenentes &c. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 142.

2259. Apud Halieruidhous, 6 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Andree Murray de Balvarde,—[qua,—in perimpletionem contractus matrimonialis inter se, Laurentium Merser de Mekilhour, Joannam Ruthven relictam Joannis Creichtoun de Straithurde tunc sponsam dicti Laur., et Margaretam C. filiam legitimam dicti Jo., initi apud Ruthven, 23 Jul. 1573, et pro magnis pecuniarum summis per dictos Laur. et Joan. nomine dotis solvendis,—vendidit dicte MARGARETE CREICHTOUN sponse sue affuture, in vitali redditu, —terras dominicales de Kippo vocat. Eistquarter et West-quartir, cum manerio sive messuagio earundem, terras de Auld-Forgy et New-Forgy, villam de Arnegorsk, terras de Hechin et Lethame, vic. Fyffe :—REDDEND. regi unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Willelmo Murray de Lettirbonattie, et Andree Fermour in Kippo :—

TEST. Geo. Rollok de Duncrub, Jo. Rettray de Kinvaid, Jac. Drummond de Cardnyis, Andrea Merser burgen. de Perth, Tho. Ga notario :—Apud burgum de Perth, 12 Aug. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 92.

2260. Apud Halieruidhous, 10 Jun.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Donaldum postremum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro 50 marcis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt MARGARETE CAMPBELL —terras de Kemphill, Bruntehill, terras nuncupat. Cowbyir de Kethik (per Finlaum Alexander occupat.), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth :—TENEND. dicte Marg. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Davidi C. de Kethik ejus fratri, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Nicolao C. de Dalvany, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto monasterio :—RESERVATO dictis abbati &c. cuniculario inter Kemphill ex occidentali, et terras Willelmi Ray et Joannis Bell ex orientali partibus :—REDDEND. 14 libras firme antique, 56 sol. pro gressuma, et 20 sol. augmentationis, cum 114 pultriis et 8 bollis avenarum ad equorum pabulum, cum ceteris areagiis, careagiis et servitiis tam glebarum cespitumve quam aliarum rerum, et astrictis multuris feudifirmario molendini granorum de Kethik, debitis et consuetis ; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast. ; ac duplicando dict. 17 lib. 16 sol. in introitu heredum, successorum et assignatorum ; et quod tenentes, coloni et inhabitatores interessent cum dictis abbate &c., sive eorum commissariis, in exercitibus regalibus armati sumptibus propriis, ac dictis abbati &c. servirent sumptibus dict. abbatis &c. ; et si in solutione feudifirme aut in aliquo premissorum deficerent, infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictas terras namare pro dict. debitis, cum 20 sol. pro dampno et interesse convento :—RESERVATO dictis abbati &c. sepimento orientali *lie* Eist-park de Kemphill ex occidentali parte cunicularii, in usus subscriptos ; 2 annis seminarent agrum illum, secundi anni fructibus collectis dictum agrum peragendis genestis aptarent, et tenentes de Kemphill dictum agrum conservarent diligentissime, et undique munirent fossis et aggeribus annis 7, genesta dictis abbati &c., fruges et pascua illis, a qua genesta arcerent omne pecus quoad adolesceret, inciperent autem pecora arcere a genesta anno 1559, et sic alternando 7 annis genestam foco et furno dict. abbatis &c., 2 annis fruges sibi cum pasturis :—INSUPER dicti abbas &c. concesserunt dictis Margarete &c., ad glebas et focalia effodiend., —portionem terre uliginose dictis terris de Kemphill annexam, in puteo uliginoso in agro Grangie de Cupro (inter portiones Jo. Campbell de Souterhous et Jo. Cuming de Cowte), extenden. ad 10 calamos vulgo *ruiddis* :—TEST. Jacobo Hering de Westir Glasclone, Jac. Hering de Westir Gormok, Wil. Blair de Balgillo, Jo. B. ejus filio, Colino Campbell de Crunain, Jo. Campbell de Southhous, Jo. Robesoun notario publico :—Apud dictum monast., 15 Dec. 1550] :—NECNON cartam factam per Leonardum commendatarium de Cupro, et ejusdem conventum, —[qua confirmaverunt et de novo dederunt M. WALTERO LINDESAY filio quondam Davidis com. Craufurdie, et Margarete Campbell ejus future conjugi,—terras supradictas ;—quas dicta Margareta in favorem dicti Walteri nomine dotis resignavit :—TENEND. dictis Waltero et Marg. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Walteri quibuscunque, quibus def., M. Nicolao Campbell de Dalwany, heredibus ejus et assignatis, de dicto monasterio in feudifirma : —RESERVATO &c. (*ut supra*) :—REDDEND. annuatim dict. 17 lib. 16 sol., cum 4 den. pro qualibet dict. pultrearum, 4 sol. 4 den. pro qualibet dict. bollarum avenarum, 13 sol. 4 den. pro ceteris vecturis, areagiis &c., cum dictis astrictis multuris ; necnon tres sectas &c. (cum ceteris clausulis *ut supra*) : —cum precepto sasine :—TEST. Colino Campbell de Cowven (Crunan ?), Henrico Guthrie de Collestoun, Hieronimo Lindesay, Jacobo Ramsay, Jo. Robesoun notario publico :—Apud dictum monast., 30 Aug. 1571] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 115.

2261. Apud Dowglas, 24 Jun.

REX &c., concessit ROBERTO MAXWALL filio et heredi apparenti Gawini M. de Aikinheid, heredibus ejus et assignatis,—5 libratas terrarum antiqui extentus de Litill Aikinheid, in inferiore warda de Cliddisdaill, vic. Lanark; 5 marcat. terrarum de Hagthornehill ant. ext., in baronia et vic. de Renfrew;—ac dicto Roberto, et ISSOBELLE LOCKART ejus sponse future, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, propinquioribus et legit. heredibus dicti Rob. quibuscunque, et assignatis,—5 libratas terrarum de Meikill Aikinheid ant. ext., in inferiore warda de Cliddisdaill, vic. Lanark; —quas omnes dictus Gaw. personaliter, et conjunctam infeodationem de Meikill A. Joneta Bruce ejus sponsa, resignaverunt:—Tenend. Aikinheid de rege, Hagthornehill de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—Reservato dicto Gaw. libero tenemento de Litil A. et Hagthornehill.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 251.

2262. Apud Edinburgh, 2 Jul.

REX concessit ROBERTO CUNNINGHAME de Ladyland, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 52 librarum 10 sol. de terris et baronia de Inverleith, Dalry et Wairdie, vic. Edinburgh;—que terre &c. fuerunt Joannis Touris de Inverleith, filii et heredis quondam Georgii T. de I., de rege tente pro uno den. albe firme; et (bonis mobilibus apud terras, maneria et mansiones de Inverleith, Wairdie, Craig et Dalry frustra quesitis per Jac. Tempiltoun unum serjandorum vic. de Edinburgh) 8 Jun. 1574 dictus ann. red. appreciatus fuit[1] pro 1004 libris per quondam Davidem Falcoun obtentis super dictum Geo. (viz. pro ejectione dicti Dav., firmarii de dicto Geo., de ejus agello *lie mailling* 16 acrarum terre, quarum 13 acre terre molendinarie, 3 acre *the West-landis* vocate sunt quas quond. Alex. West antea occupavit, in baronia de Dalry, vic. Edinburgh, mense Oct. 1555, prout dictus Dav. fuerat in possessione per 6 annos et amplius precedentes; et pro proficuis que dictus Dav. habere potuisset per 6 annos sequentes[2]; et 20 libris pro expensis litis), et pro 50 libris pro feodo M. Thome Craig advocati, vicecomitis deputati de Edinburgh principali; et dicto Rob. venditus cum consensu Issobelle Falcoun et Jacobi Kincaid de Cottis ejus sponsi, in quos dictum decretum active translatum erat:—et voluit rex quod dictus Jo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 119.

2263. Apud Dalkeith, 4 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Hugonis Ros de Kilrawak,—[qua, cum consensu Katherine Falconare sponse sue, vendidit ELIZABETH ROS, filie inter dictos Hugonem et Kath. legitime procreate,—terras de Dollace, Lairgis cum earum molendino et ejus multuris, vic. Invernes:—Proviso quod si dictus Hug. in vita sua summam 40 sol., aut ejus heredes quicunque post ejus mortem summam 600 marc., in ecclesia parochiali de Alderne persolverent, vel in manibus Alexandri Falconare de Halkartoun consignarent, dicta Elizabeth dict. terras extradonare teneretur:—Tenend. dicte Eliz. et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, dicto Hug. et heredibus suis reversuras, de rege:—Reservato libero tenemento dictis Hug. et Kath.:—Proviso quod hec concessio nullum dicte Eliz. prejudicium efferret quominus puerilem portionem bonorum dicti Hugonis post ejus

---

[1] Names of assize, first impanelled 25th May 1574 (when they refused to return a verdict):—Alex. Wardlaw of Curriehill, Florentius Balfoure in Gogare, John Stenhope of Stenhopis-mylne, John Dalzell of Sauchtounhall, Ric. Varnok at Braidis-mylne, James Pacok in Libertoun, John Couttis in the Hauchis of Dalry, Joh. Wilsoun in Plesance, Ric. Pollok *ibid.*, Tho. Young in the Craig of Inverleith, Andrew Gavilok burgess of Edinburgh, Pat. Walkar in Bedlorny, John Reid burgess of Edinburgh.

[2] The annual profits are estimated as follows:—profits of the sowing of 8 bolls of wheat, estimated at fourfold, price per boll with the straw 40s.; of 10 bolls of barley, estimated at fourfold, price per boll with the straw 30s.; of 10 bolls of oats, estimated at fourfold, price per boll with the straw 20s.

mortem capere posset:—cum precepto sasine directo Alexandro Ros filio quondam Thome Ros in Daltalych:—TEST. Jo. Ros burgen. de Invernes, Geo. Ros ejus filio et herede apparente, Arthuro Urquhard, Alex. Falconare, Waltero Urquhard, servis dicti Hug., M. Martino Logy notario publico:—Apud Kilrawak, 21 Aug. 1573]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 102.

2264. Apud Dalkeith, 4 Jul.

REX &c., confirmavit HUGONI ROS de Kilrawak, et KATERINE FALCONARE ejus sponse,—molendinum de Eistir Geddes cum ejus multuris et sequelis, terris molendinariis et crofta, in baronia de Kilrawak, vic. Nerne;—quod idem Hug. resignavit:—TENEND. dictis Hugoni et Katerine et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis et ipsorum assignatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Hug. quibuscunque:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 103.

2265. Apud Halyruidhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro gratitudinibus &c., et pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt (quondam) ROBERTO TURNBULL in Denheid, et (quondam) KATHERINE CROCAT ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, JOANNI TURNBULL eorum filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Westir Denheid, et quartam partem de Arthourstane (per dictum Rob. occupatas), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth:—TENEND. de dicto monast.; cum focalibus in terra uliginosa de Balbrogyis consuetis:—REDDEND. 13 libras 6 sol. 9 den. firme antique, 33 sol. 4 den. pro gressuma, 20 sol. augmentationis, in toto 16 lib. 1 den., cum 48 pultriis, 18 bollis avenarum ad equorum pabulum, et 3 fascibus majoribus straminum, ac cum multuris astrictis et servitiis debitis molendino cereali de Kethik, salarioque justo consueto cimbe dicti monasterii de Yliff, ceterisque vecturis et servitiis debit. et consuet.; et effodiendo et apta foco et furno dictorum abbatis &c. faciendo in terra dicti monast. uliginosa de Balbrogyis, sive in terris aliorum dominorum tam vicinorum (habita prius per dictos abbatem &c. eorundem facultate), 99 plaustrata glebarum; ac de iis adportando ad locum in dicto monasterio parandum in plaustris dicti monast, servitoribus, equis et bobus dictorum Rob. &c., 50 plaustrata, sumptibus dicti monast. consuetis; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monasterium; et quod interessent cum dictis abbate &c., sive eorum commissariis, in guerris regiis armati sumptibus propriis, ac dictis abbati &c. in rebus licitis servirent sumptibus dict. abbatis &c.; et si in solutione firme aut aliquo premissorum deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. pro dictis debitis bona super dict. terras namare, cum 30 sol. pro damno et interesse convento:—RESERVATO dictis abbati &c. sepimento occidentali, vulgo *Westir Park*, de Denheid, hac lege; 2 annis seminarent &c. (*ut in carta* 2260):—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Hering de Glasclune, Jacobo Hering de Westir Gormok, Wil. Blair de Balgillo, Colino Campbell de Cronan, Joanne Hammill a Kippane prebendario, Jo. Robesoun notario publico:—Apud dictum monasterium, 5 Apr. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 106.

2266. Apud Halieruidhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Davidis Balfoure de Balledmont,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter quondam And. Murray de Arnegorsk militem et Eliz. M. ejus filiam ab una, et dictum Dav. et Davidem B. filium suum et heredem apparentem ab altera partibus,—cum consensu Catherine Creychtoun sponse sue, concessit dictis DAVIDI BALFOURE juniori, et ELIZABETH MURRAY ejus conjugi,—4 particatas terrarum suarum de Litil Freirtoun, in baronia de Nawten, vic. Fyffe:—TENEND. dictis Davidi et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus

legit. dicti Dav. junioris quibuscunque, de rege :—TEST. Wil. Creichtoun de Drylaw, Pat. Dudingstoun de Kincapill, Jo. Lambart, Alex. Fairny notario publico :—cum subscriptione dicte Cath. manu ad calamum ducta per notarium :—Apud Kirktoun, 16 Dec. 1573]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 121.

2267. Apud Halieruidhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Innes de eodem,—[qua vendidit Domine BARBARE SINCLAIR filie Georgii com. Cathanie, in libero tenemento,—terras dominicales de Kinnairdie, cum manerie, fortalicio, silvis, parcis, et pendiculis, viz. Stokfull, Thanestoun, terras de Langhauch, molendinum de Kinnairdie cum ejus multuris, terras de Ardmellie, Fergistoun, terras ville de Stannwellis, *lie* Hauch de Barnachillis, Petgounie, molendinum de Innes cum ejus multuris, terras de Spayislaw, Bromhill, Sklentok, villam de Kempstoun, terras de Garmoch cum piscaria salmonum, Corskie cum piscaria salmonum, terras de Mathe-mill, Knokcorcht, Tullirouch, Wattirscot, in baroniis de Innes et Abircardar et Kilmalemnoch, vic. Banf, et Elgin et Fores :—TENEND. de rege :—RESERVATA Eliz. Hepburne, matri dicti Alex., rationabili tertia ei spectan. ob decessum Willelmi Innes patris sui :—cum precepto sasine directo Alexandro Innes de Monnedy et Alexandro Ewinsoun in Scrabistare :—TEST. Georgio Sinclair fratre Joannis S. archidiaconi Cathanie, Davide S. ejus fratre, Wil. Grahame servitore Georgii com. Cathanie, Geo. Mernis ejus servitore, Jo. M. ejus fratre : —Apud Edinburgh, 17 Maii 1574]:—TEST. *ut in carta* 2303. xxxiv. 158.

2268. Apud Halieruidhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua,—pro 1200 marcis pro relevamine suo ad manus creditorum persolutis, ac pro aliis gratitudinibus &c., —ad feudifirmam dimiserunt (quondam) Magistro EDUARDO BRUCE de Eistir Kennet—terras de Killesmond et *lie* Hauchis ejusdem, cum brasina et *lie* Craigeis-croft, et earum pertinen. (exceptis terris de Auchindaveray dictis abbati &c. reservatis, et duabus *lie* Hauchis Thome Bailyie et Willelmo Ogilvie assedatis durante voluntate dict. abbatis &c.), necnon terras de Tormoris, dimedietatem de Nether Kilmenedeis jacentem ex occidentali parte torrentis ejusdem, in baronia sua de Straithylay, regalitate de Kinlos, vic. Banf :—TENEND. dicto Ed. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. et assignatis dicti Eduardi quibuscunque, de dicto monast. ; cum communi pastura ad Auldmoir, Torrislesch et Kingis-carne :—REDDEND. pro Killesmond, Hauchis, brasina et Craigeis-croft 15 lib. 6 sol. 8 den., cum 4 bollis farine avenatice custumalis, 4 bol. 2 firlotis avenarum custumalium, 4 arietibus, 8 auchis, 22 caponibus, 32 pultreis, 16 *lie lang cariagis*, cum aliis servitiis debitis et consuetis, pro Tormoris 8 lib., cum 2 bol. farine avenatice custumalis, 2 bol. avenarum custumalium, 2 arietibus, 2 auchis, 12 caponibus, 12 pultreis, 16 *lie lang cariagis*, cum aliis servitiis debitis et consuet., pro Kilmenedeis 3 libras, 5 sol. 6 den. *lie rinmart-silvir*, cum 1 bolla farine avenatice custumalis, 1 bol. avenarum custumalium, 1 ariete, 1 aucha, 6 caponibus, 6 pultreis custumalibus, 4 *lie lang cariagis*, cum aliis servitiis debitis et consuet., tanquam antiquam firmam (et pro dictis 7 bollis farine 46 sol. 8 den., pro $7\frac{1}{2}$ bol. avenarum 25 sol., pro 7 arietibus 35 sol., pro 11 auchis 9 sol. 2 den., pro 40 caponibus 26 sol. 8 den., pro 50 pultreis 16 sol. 8 den., pro 32 *lie lang caragis* &c. 46 sol. 8 den.), necnon 40 sol. pro grassumis et in augmentationem rentalis, in toto 38 lib. 18 sol. ; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum ; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud *lie* Grange de Straithylay, necnon personalem presentiam tenentium et occupatorum in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis ; et si in solutione deficerent per 3 terminos concurrentes usque ad quartum (dummodo legitime requisiti essent), hec infeodatio nullius esset roboris :—PRETEREA dicti Walt. &c. voluerunt quod unica sasina apud Killesmound capienda pro omnibus staret :—TEST. Wil. Ogilwie de Allanevoy,

D. Joanne Andersoun canonico Orchaden., Archibaldo Urquhart, Jo. Annand notario publico:—Apud dictum monast., 12 Sept. 1559]:—Necnon aliam cartam dictorum Walt. &c.,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, concesserunt JACOBO DEMPSTARE de Auchterles—terras suprascriptas;—quas Rob. Bruce de Eistir Kennet, filius et heres dicti Eduardi, in favorem dicti Jac. personaliter resignavit:—Tenend. dicto Jacobo et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus masculis cognomen et arma de Dempstare de Auchterles gerentibus, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, de dicto monast.; cum communi pastura &c. (*ut supra*):—Reddend. &c. *ut sup.*:—Test. Tho. Dempstare apparente dicti Jac., Wil. Lindesay in Torref, Jo. Young sartore burgen. de Edinburgh, Rob. Dempstare in Turref, Arch. Dempstare portionario de Halscheuallis, Davide Dempstare, Adamo Bruce:—Apud civitatem Brichinen., 3 Mar. 1573]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 198.

2269. Apud Halieruidhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Georgii com. de Huntlie dom. Gordoun et Badyenach,—[qua, pro gratitudinibus &c. et magnis pecuniarum summis per Jacobum ducem de Chattellarault sibi prestitis, concessit ANNE HAMMILTOUN sponse sue, filie dicti Jac., in vitali redditu,—terras dominicales de Boig de Geycht et maneriem earundem, cum turre, fortalicio, pratis, pascuis, hortis, silvis, nemoribus, virgultis, croftis, toftis, pomeriis, domibus, edificiis, villas et terras de Byiris, superiores et inferiores Lownan (vulgo Ovir et Nethir L.), Culreacht cum molendino et brasina, Auchinhelrik cum brasina, Bellehill cum brasina, Grenekarne cum brasina, Cottounhill et Blaer, molendinum de Tynnet cum crofta et brasina ejusdem, villas et terras de Tullocht cum brasina, Wolheidis cum brasina, Auchbeigis et Ardargateis (excepto uno aratro nuncupato *the Orleage*, tunc Joanni Gordoun de Lychistoun alienato), Ovir et Nethir Clochingis cum stationibus piscariarum aque de Spay, Ovir et Nethir Dalloqubeis, cum domibus, edificiis, molendinis, multuris et eorum sequelis omnium dict. villarum &c., in dominio suo de Enze, vic. Banf:—Tenend. de rege:—Reservando dict. terras de Dalloquheis M. Georgio Gordoun de Baldorny et M. Joanni G. ejus filio, eorumque heredibus et assignatis, durante tempore impignorationis earundem:—Test. Pat. Gordoun fratre germano dicti com., Jac. Bruce fratre germano domini de Arth, Rob. Cunninghame, Jo. commendatario de Abirbrothok, Jo. Muschat, D. Jo. Gibsoun rectore de Unthank, notariis publicis:—Apud burgum de Elgin, 17 Apr. 1574]:—Insuper voluit quod dicta dispositio minime esset ruptura unionis dominii foreste de Boyne et Enze:—Test. *ut in carta* 2368. xxxiv. 204.

2270. Apud Halieruidhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Grant de Fruquhy,—[qua vendidit ANGUSIO M'ALLESTARE, filio et heredi quondam Alexandri Makaane de Glengarrie,—terras de Glengarrie sibi pertinentes virtute appreciationis et infeofamenti predecessoribus suis desuper confecti, terras de Drynachane et insulam de Sleichmene, 12 marcat. antiqui extentus de Morare, 12 marcat. ant. ext. de Lochta(l)che (viz. Inchnarnie, Ardenarra, Sallachie, Conchra, Ardillie, Ardacht, Auchridtidorillane, Nosti, Rereg, Ballemakcarren, Auchinnahynneych, Crag, Dewrnes), 4 marcatas de Lochcarroun (viz. Idderacharroun, Rowboachane et Attidaill), vic. Invernes;—que fuerunt appreciate a dicto Angusio;—et hoc ob literas homagii et fidelis servitii per dictum Ang. pro ipso, heredibus ejus et successoribus dominis de Glengarrie, eorumque amicis, consanguineis, participibus et affinibus juxta formam jurium et actorum parliamenti, per dispensationem regiam (continen. clausulas in contractu inter dictos Jo. et Ang. inito apud Elgin, 17 Nov. 1571), propriis sumptibus dicto Jo. deliberandas ante festum Penthecostes proximum; necnon ob perimpletionem ceterorum articulorum dicti contractus; in quibus si dicti Ang. &c. deficerent, hec infeodatio esset in se nulla:—Tenend. dicto Ang. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti

Angusii quibuscunque, de rege:—Deliberando dicto Jo. dictas literas homagii, et alias per se et heredes aut successores suos imponendas necessarias:—cum precepto sasine directo Duncano M'Eane M'Condachie M'Gillebred, Allano M'Innis M'Innis Moir, et Duncano M'Innis Moyr:—Test. Pat. Grant de Dalway, Joanne Hay in Allanebow, Jo. Grant Reacher in Kinbeachy, Fercardo Robertsoun in Alloquhy, Wil. Gadderare burgen. de Elgin, M. Alex. Dowglas commissario de Elgin, D. Alex. Dowglas burgen. de Elgin, Jo. M'Callane filio fratris dicti Ang., Alex. M'Maister in Bowblany, D. Joanne Gibsoun rectore de Unthank notario publico:—Apud Elgin, 18 Nov. 1571]:—Test. *ut in aliis cartis &c.*

xxxiv. 116.

2271. Apud Halyrudehous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Georgii Meldrum de Fywie militis,—[qua,—cum consensu Willelmi Meldrum de Haltoun, filii sui primogeniti et heredis apparentis,—pro summa pecunie persoluta, concessit ANDREE MELDRUM, filio suo quintogenito,—terras suas de Darley, Wodheid, Boiggis, Middilmure, cum molendinis et multuris, in baronia de Fywie, vic. Abirdene:—Tenend. dicto And. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Geo. legitime procreatis cognomen et arma de Meldrum dicti Geo. usitata gerentibus, quibus def., heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque, de dicto Geo.:—Reddend. 2 den. albe firme:—Test. Michaele Ogilvy, Wil. Meldrum de Kynblene, Jac. Wentoun, Rob. Innes, Alex. Hay, Wil. Pendreych, D. Jo. Huchoun capellano notario publico:—Apud Fywie, 20 Maii 1556]:—Test. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 431.

2272. Apud Halierudehous, 10 Jul.

REX &c., confirmavit cartam factam per M. Wil. Sinclare rectorem de Olrik, canonicum Cathanensem ac commissarium et vicemgerentem (quondam) Henrici episcopi Rossensis specialiter constitutum,—[qua,—cum consensu decani, capituli et canonicorum ecclesie Rossen.,—pro servitiis dictis episc. et ecclesie impensis, ad feudifirmam dimisit OLIVERO SINCLAIR de Quhitkirk, et BEATRICI ROLLOK ejus conjugi,—terras et villas de Allanegrange (quarum quartam partem Margareta Dumbar, duas quartas partes relicta Finlaii Wilkie, Henricus Wilkie, And. Richiesoun, And. Alexandersoun et Wil. Reoch junior, reliquam quartam partem M. Donaldus Fraser[1] archidiaconus Rossen. occupavit), brasinam de Allanegrange, molendinum de A., cum hortis, pratis et *lie wardis* dict. terrarum, terras de Drummoir extenden. ad dimedium davate, brasinam *lie ailhous* de Drummoir, intra diocesim Rossensem, vic. Invernes:—Tenend. dictis Olivero et Beat. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis dicti Oliv. de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Willelmo S. de Rosling et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Wil. quibuscunque, de dicto episc.:—Reddend. pro Allanegrange cum hortis &c., 21 lib. 4 sol. 5 den. et quadrantem firme antique, 1 martam, 4 mutones, 4 hedos, 80 ova, 12 capones, 12 pultrias, 2 bollas avenarum *lie suggeroun aittis*, 200 onera focalium *lie turffis*, 7 lib. 12 sol. et obulum pro gressuma, 5 libras 15 sol. 3¼ den. pro augmentatione rentalis, pro brasina de Allanegrange 20 sol. firme antique, 12 capones, 6 sol. 8 den. pro gressuma, 5 sol. 4 den. pro augmentatione rentalis, pro dicto molendino 40 sol. firme antique, 13 sol. 4 den. pro gressuma, 10 sol. 8 den. pro augmentatione rentalis, pro Drummoir 3 lib. 6 sol. 8 den. firme antique, dimedium marte, 2 firlotas *lie suggeroun aittis*, 2 hedos, 40 ova, 60 onera *lie turffis*, 22 sol. 2¾ den. pro gressuma, 17 sol. 9½ den. pro augmentatione rentalis, pro brasina de Drummoir 6 sol. 8 den., 2 sol. 2¾ den. pro gressuma, 20½ den. pro augmentatione rentalis, in integro 45 libras 5 sol. cum obulo, cum ariagiis, cariagiis et debitis servitiis; et dicti Oliverus &c. compellerent tenentes et occupatores molere eorum grana super dictas terras crescentia apud dictum

[1] In the second confirmed charter he is styled "*quondam* M. Donaldus Fraser."

molendinum, et solvere eidem multuras et debita servitia consuet.; et si solutio unius termini in alterum, vel duorum in tertium recurreret, firme insolute duplicarentur; si vero firme 1½ annorum in quartum terminum recurrerent insolute, hec infeodatio nulla esset; et dicti Oliverus &c. prestarent 10 equos cum omnibus necessariis per 3 dies in laborando et juvamen prestando inducendo decimas garbales parochiarum de Kilmure et Killernane infra episcopatum Rossensem, propriis sumptibus, dummodo per dictum episc. requisiti essent; et dicti Oliv. &c., et tenentes dict. terrarum &c., venirent ad curias dicti episc. apud Canoniam Rossen. cum requirerentur; et dicti Oliv. &c. prestarent tres sectas ad tria placita capitalia dicti episcopi; et quilibet heres dict. summas in introitu duplicaret; et juramentum fidelitatis sive homagii prestarent quod dictum episc., ejus bona, terras, decimas, sedem, orthodoxam fidem pro posse defenderent; nec liceret dict. terras &c., aut aliquam earum partem, alienare sine licentia dicti episc.; et si equitarent aut pedestres essent cum aliquibus personis contra dictum episc. in dampnum ejus aut ecclesie Rossen. (autoritate regia excepta), perderent hereditatem:—INSUPER dictus M. Wil. voluit quod unica sasina apud Allanegrange capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Alexandro Burneth, Ricardo Irrwing et Joanni Ros armigero:—TEST. Jo. Wilsoun in Canonia Rossen., Dominis Wil. Sutherland rectore de Moy canonico Moravien., Jac. Buchart, Davide Barthane, Alexandro Pedder, notariis publicis:—Apud ecclesiam cathedralem Rossensem, 4 Aug. 1564]:—Necnon cartam dicti Oliveri Sinclair,—[qua,—pro perimpletione contractus initi apud Byiris, 14 Aug. 1572,—cum consensu dicte Beatricis, vendidit COLINO M'KANZE de Kintale—terras supra-scriptas:—TENEND. dicto Col. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masculis cognomen et arma de M'Kanze gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Col. quibuscunque, de episcopo Rossen.:—REDDEND. &c. (*ut supra mutatis mutandis, usque ad juramentum fidelitatis*):—cum precepto sasine directo Alexandro Fraser de Mulloche:—TEST. Patricio domino Lindesay, Stephano Dudingstoun de Sandfurde, M. Henrico Kinros, M. Joanne Schairp, advocatis, M. Jacobo Sandelandis in Gelliswall:—Apud Byiris, 14 Aug. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 111.

2273. Apud Halieruidhous, 10 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Grant de Fruquhy,—[qua,—pro perimpletione contractus initi apud Bellachastell, 25 Apr. 1572,—vendidit COLINO M'KANZE de Kintale, et BARBARE GRANT ejus sponse,—terras suas dimedietatis de Lochbroyne, et presertim dimed. terrarum de Auchnaglownaquhan (extenden. ad dimedium davate), dimed. de Auchadoachskalie (ad dimedium davate), dimed. de Auchindreyne (ad dimedium dimedietatis davate), dimed. dimedie partis de Lochmalyne (ad quartam partem davate), dimed. dimedie partis davate de Logy (ad quartam partem davate), dimed. davate de Auchatadonelle, dimedietatem davate de Braklaucht, dimed. quarte partis davate de Derinomwik, dimed. dimedie partis davate de Groinyeord et Mungostell, dimed. dimedie partis de Camskannycht, dimed. dimedie partis davate de Sanda, dimed. dimedietatis davate de Drumcork, dimed. dimedietatis davate de Turnek et Carnesarie, dimed. dimedie davate de Inverrew, dimedietatem davate de Dawauchnalitteraucht, dimed. dimedie davate de Auchnaschene, dimed. bovate de Auchanewye, extenden. in integro ad 17 marcatas 40 den. terrarum antiqui extentus de Lochbroyne, vic. Invernes:—TENEND. dictis Col. et Barb. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Colini quibuscunque et assignatis, de rege:—cum precepto sasine directo Alexandro Roy M'Achane in Coule, et Joanni Dow M'Allane in Culbokie:—TEST. Murdo M'Kanze de Faerburne, Davide Dumbar de Bennagfeild, Alex. Bane de Tullycht, M. Alex. Dowglas commissario de Elgin, Jo. Irwyne in Canonia Rossen., M. Alexandro M'Kanze, D. Joanne Gibsoun rectore de

Unthank notario publico :—Apud Elgin, 6 Dec. 1572] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 112.

2274. Apud Halieruidhous, 10 Jul. REX &c., confirmavit cartam Roberti Monro de Foulis,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis initi inter se nomine suo et nomine Roberti M. filii sui et heredis apparentis ab una, et Colinum Makkanze de Kintale pro ipso et nomine Marjorie M. ejus sororis ab altera partibus, de data apud Dingwall, 30 Maii 1574,—intuitu matrimonii inter dictos Mar. et Rob. juniorem contrahendi, vendidit dicte MARJORIE M'KANZE, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras de Meikle Findoun, extenden. ad unam davatam, in comitatu de Ros, vic. Invernes :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Gulielmo Munro in Tachart :—TEST. Rob. Monro Makandro M'George, Donaldo Roy M'Allane M'Arlych, Hugone M'Andro M'Hucheoun, Donaldo M'Vaich, servis dicti Rob. M. de F., Donaldo Dow M'Allexander, Roberto M'Kanze filio M. Martini M. :—Apud Foulis, 11 Jun. 1574] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 113.

2275. Apud Halieruidhous, 10 Jul. REX &c., confirmavit cartam factam per Marcum commendatarium perpetuum de Newbottill, et ejusdem conventum,—[qua,—pro pecuniarum summis persolutis ad reedificandum nonnullas domus monasterii sui combustas,—ad feudifirmam dimiserunt JACOBO MAKCARTNAY servitori suo, in vitali redditu, et (quondam) JOANNI M'CARTNAY ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—duas croftas terrarum in terris dominicalibus de Prestoun, vulgo *lie* Milhill et Croftangry (inter *lie lone* terrarum suarum de Grange et dict. terrarum dominicalium ex orientali, terras per Joannem Oliver occupatas ex occidentali, terras suas de Grange et hortos occidentalis lateris ville de G. ex australi, communem viam ac mare ex boreali partibus), necnon duas domus et duas croftas, vulgo Mylcroft et Kilcroft (inter dictum *lie lone* ex occidentali, dictas terras dominicales ex orientali, terras per quond. Patricium Broun occupatas ac terras dominicales ex australi, communem viam ac mare ex boreali partibus), cum aqua et aqueductu veniendo de carbofodinis de Valliefuird et Fawsyde, et decurrendo per terras suas de Grange ; extenden. in rentali suo ad 10 marcas :—REDDEND. dicto monast. 10 marc. 3 sol. 4 den. ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Jacobo Cochrane :—Apud Newbottill, 12 Jun. 1559] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 114.

2276. Apud Halieruidhous, 10 Jul. REX &c., concessit WALTERO SCOT filio et heredi apparenti quondam D. Walteri Scot de Branxholme militis, heredibus ejus masc. ac tallie in antiqua infeodatione baronie de Branxholme et aliorum, et assignatis,—terras de Grymislaw, extenden. ad 14 terras husbandias, cum loco, manerie, turre et fortalicio, vic. Roxburgh ;—que fuerunt dicti quond. Walt., tente de Jacobo olim com. de Boithuile ; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jacobi :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in carta* 2288. xxxiv. 126.

2277. Apud Halieruidhous, 12 Jul. REX &c., concessit GEORGIO LYLE seniori filio legitimo Roberti L. de Stanypeth, heredibus ejus et assignatis,—terras de Stanypeth, cum castro, turre, fortalicio, molendinis, hortis, pomeriis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; terras de Hoprig, Scheillis, Bassinden Eistir et Westir, Quhitlauclovis et Foulfuird-leyis, terram husbandiam in Calbrandspeth, marcatam de Chirnsyde, terras de Newtoun de Birgem, terras in Langbirgem, terras de Lylisknow de Lochtoun, cum molendino nuncupato Duns-mylne, cum tenentibus &c. omnium dict. terrarum, vic. Berwik ;—quas dictus Rob. resignavit :—RESERVATIS libero tenemento dicto Roberto ; ac vitali redditu 10 marcatarum de Hoprig et Scheillis, marcate de Chirnsyde, 10 marcatarum de Eistir Bassinden, et husbandie in Calbrandspeth, Margarete Hay sponse dicti Rob., domine conjuncte infeodationis earundem, necnon rationabili tertia omnium dict. terrarum &c. dicte Marg. cum contingeret :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 130.

2278. Apud Halieruidhous, 14 Jul.
REX &c., confirmavit cartam Andree Schaw de Knokhill,—[qua,—pro impletione partis contractus initi cum Nicolaa Grahame domina de Abircardny et MARGARETA MURRAY filia quondam Joannis M. de Abircardny,—concessit dicte Margarete, sponse sue future, in ejus pura virginitate, et heredibus inter se et eam legitime procreandis quibuscunque,—30 solidat. terrarum antiqui extentus de Correcrumbie, in senesc. de Menteith, vic. Perth:—TENEND. de regina:—TEST. D. Jo. Moir capellano, Wil. Grahame, Jac. Edmonstoun:—Apud Kirkhill (Knokhill?), 30 Aug. 1552]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 145.

2279. Apud Halieruidhous, 15 Jul.[1]
REX &c., confirmavit cartam factam per Claudium commendatarium de Paslay, et conventum ejusdem,—[qua confirmaverunt cartam Jacobi ducis de Chastellarault com. Aranie dom. Hammiltoun,—(qua concessit MARGARETE SEYTOUN, filie Georgii dom. S.,—terras de Munktounhill, Munktountoun, Nethir Manis de Munktoun, terras de Brocat, Tewquhatmure, Brousterland, Kirklandhill, Kirklandholme, Blakhous, Milquarter, Wodquarter, molendinum de Munktoun cum terris molendinariis, multuris et sequelis ejusdem, manerium et mansionem de Munktoun, cum hortis, viridariis, cunicularis, necnon officium balliatus dicti dominii de Munktoun et Dalmylling, in regalitate de Paslay, balliatu de Kyle, vic. Air;—quas D. Claudius Hammiltoun filius legitimus dicti ducis (pro perimpletione contractuum inter Jo. Hammiltoun commendatarium de Abirbrothok, filium legitimum dicti ducis, et dictum Claud. ab una, et dictos Geo. dom. S. et Marg. ab altera partibus, de data apud Linlithqw, 15 et 16 Jun. 1574) pro hac nova infeodatione fienda resignavit:—TENEND. dicte Marg. et heredibus quibuscunque ejus de corpore procreandis, quibus deficientibus, dicto Claudio et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., dicto Jo. et heredibus ejus masc. quibuscunque, de dicto duce:—REDDEND. annuatim dicto monast. 127 lib.; et observando ceteras ordinationes et servitia content. in carta desuper dicto duci concessa; necnon dicto duci unum den. apud Munktoun, cum servitio tempore guerre, nomine albe firme:—RESERVATO libero tenemento dicto duci:—TEST. . . . . :—Apud . . . . . , 28 Jun. 1574):—Apud . . . . . , 8 Jul. 1574]:—NECNON cartam dicti ducis,—[qua concessit dicte Margarete Seytoun—terras de Elastoun, cum tenentibus &c., in dominio de Kinpont, vic. Linlithgow;—quas dictus Claudius, pro perimpletione &c. (*ut supra*), resignavit:—TENEND. dicte Marg. et heredibus &c. (*ut supra*), de dicto duce in feudifirma:—REDDEND. 4 sol. pro qualibet bolla 7 celdrarum avenarum sine caritate, vulgo *horscorne*, 8 sol. 4 den. pro qualibet bolla 2 celdrarum ordei sine caritate, 8 sol. 4 den. pro qualibet bolla . . . . tritici sine caritate, et 4 marcas monete, tanquam pro firmis solitis, et 13 sol. 4 den. augmentationis, in toto 74 marc. 8 sol.:—INSUPER dictus dux assignavit dicte Margarete jus redemptionis dict. terrarum a M. Roberto Richardsoun commendatario Insule S. Marie, et Jacobo R. ejus filio tunc pignatario earundem, sibi competens per solutionem summe 3000 marc. contente in literis reversionis per dictos Rob. et Jac. confectis de data apud Edinburgh, ... 1570:—cum precepto sasine directo Roberto Bog et Joanni Seytoun:—TEST. Pat. Hammiltoun de Bogsyde, Davide Hammiltoun de Monktoun-manis, Jac. Robertoun de Ernok, Tho. Hammiltoun de Mounktounhill, M. Jac. Donaldsoun:—Apud castrum de Hammiltoun, 4 Jul. 1574]:—NECNON cartam Jacobi com. Aranie, feodatarii terrarum subscript.,—[qua,—cum consensu dicti ducis sui patris, liberetenementarii earundem, necnon Joannis commendatarii de Abirbrothok et Claudii commendatarii de Pasleto fratrum suorum pro eorum interesse,—pro perimpletione &c. (*ut sup.*), concessit dicte Margarete, in vitali redditu,—terras de Halsyde, in baronia de

[1] The leaf which contained the first part of this charter is wanting; the first and most of the second confirmed charters have been supplied from an abridgement of part of the Register preserved in the Advocates' Library (Press-mark 35. 2. 1); compared with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xlii. fol. 61.

Drumsargat, vic. Lanark :—REDDEND. dicto comiti unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Thome Hammiltoun et Jacobo Aldinstoun de eodem :—TEST. *ut supra*, cum Rob. Rais et Jo. Robertoun notariis publicis :—Apud castrum de Hammiltoun, 28 Jun. 1574]:—INSUPER dictas terras &c. quitteclamavit :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 164.

2280. Apud Halieruidhous, 15 Jul.

REX &c., confirmavit (1) cartam Joannis commendatarii de Abirbrothok,—[qua concessit MARGARETE SEYTOUN, filie Georgii dom. S.,—terras de Boithuilmure, viz. Moffat Eistir et Westir, Dunsyistoun, Gymmercroft, Ovir et Nethir Bracho, orientalem finem de Moffathillis, terras de Coldoun et Brounthous vocat. Foresta, cum turribus, molendinis, piscationibus, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Lanark ;—quas D. Claudius Hammiltoun, frater germanus dicti Jo., pro perimpletione contractuum &c. (*ut in carta* 2279), resignavit :—TENEND. dicte Marg. et heredibus ejus de corpore procreandis quibuscunque, quibus deficientibus, dicto Claudio et heredibus masculis ejus de corpore procreandis, quibus def., dicto Jo. et heredibus suis masc. quibuscunque reversuras, de dicto Joanne :—REDDEND. 2 denarios albe firme :—RESERVATO libero tenemento Jacobo duci a Chattellarault com. Aranie dom. Hammiltoun, patri dicti Jo. :—cum precepto sasine directo Thome Hanmiltoun et Patricio Hammiltoun :—TEST. dicto Georgio dom. Seytoun, Patricio Hammiltoun de Bogsyde, Davide Hammiltoun de Monktoun-manis, Jacobo Robertoun de Ernok, M. Jac. Donaldsoun :—Apud castrum de Hammiltoun, 29 Jun. 1574] :—(2) cartam factam per dictum ducem, dom. liberi tenementi, et Jac. com. Aranie ejus filium et heredem apparentem, feodatarium terrarum subscript.,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se ex una, dictum JOANNEM COMMENDATARIUM DE ABIRBROTHOK ex altera, Jo. Maxwall de Terreglis equitem auratum ex tertia partibus, de data Edinburgi, 12 Apr. 1560,—concesserunt dicto commendatario, heredibus ejus et assignatis,—terras suprascriptas ;—in excambium bine partis terrarum et dominii de Hereis, viz. bine partis terrarum et baronie de Terregles, cum tenandriis de Larglanglay et Glasteris et molendino de T., cum advocatione ecclesie de Kirkpatrik-Irnegray et capelle de Chapell-yaird, bine partis terrarum et baronie de Kirkgunzeane, vic. Drumfreis, in liberam regalitatem prius concess. ; bine partis dimedietatis terrarum et baronie de Ur, in senesc. de Kirkcuthbrycht, vic. Drumfreis ; bine partis terrarum et baronie de Moffetdale et Avindale (exceptis 20 marcat. antiqui extentus per dominum de Maxwall acclamatis), bine partis 20 libratarum ant. ext. de Locartby, bine partis 20 librat. ant. ext. de Hutoun, bine partis 20 librat. de Tolnagarth, bine partis 20 librat. ant. ext. de Hoddome, bine partis 5 librat. ant. ext. de Eglisphechane, bine partis 5 librat. ant. ext. de Wormond(b)y, bine partis 5 librat. de Skalis, bine partis terrarum et baronie de Mortounwoddis, in senesc. de Annanderdaill, vic. Drumfreis ; bine partis piscarie de Hereis-skar super aquam de Sulvay ; bine partis terrarum et baronie de Myirtoun-Hereis, vic. Wigtoun ; bine partis terrarum et baronie de Barnewele et Symontoun, in ballia de Kyle-stewart, vic. Air ; bine partis terrarum de Fewroule, vic. Roxburgh ; cum castris, turribus, fortaliciis, annexis, silvis, piscariis, molendinis, multuris, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum :—TENEND. de rege et regina :—RESERVATO libero tenemento dicto duci :—cum precepto sasine directo Joanni Hammiltoun in Boithuile : —TEST. Gawino commendatario de Kilwynning, Matheo Hammiltoun de Mylburne, Jac. Hammiltoun de Orbestoun, Rob. Gourlay :—Apud Edinburgh, 24 Feb. 1561] :—(3) cartam dicti ducis,—[qua,—pro perimpletione contractuum &c. (*ut in carta* 2279),—vendidit dicte Margarete Seytoun —annuum redditum 74 marc. 8 sol. de terris suis de Elastoun, cum tenentibus &c., in dominio de Kinpount, vic. Linlythqw ;—et, pro majore securitate solutionis dicti ann. red., assignavit eidem Marg.—annuum redditum de dictis terris sibi per eam debitum nomine feudifirme, extenden. ad dict. summam, durante spatio non redemptionis dict.

terrarum et ann. red. per personas in dicto contractu specificatas:—TENEND. dicte Marg. et heredibus &c. (*ut supra in carta* [1]), de dicto duce:—REDDEND. unum den. albe firme:—cum precepto sasine directo Roberto Bog et Joanni Seytoun:—TEST. Pat. Hammiltoun de Bogsyde, Davide Hammiltoun de Monktoun-manis, Jac. Robertoun de Ernok, Thoma Hammiltoun de Monktounhill, M. Jac. Donaldsoun:—Apud castrum de Hammiltoun, 6 Jul. 1574]:—INSUPER dictas terras &c. quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 166.

2281. Apud Palatium S. Crucis, 16 Jul. REX &c., confirmavit cartam Roberti Lauder de Bas,—[qua,—pro perimpletione contractus inter Gul. dom. Hay de Yester, Dominam Margaretam Levingstoun ejus matrem, et Margaretam Hay filiam dicte Domine ab una, et se et D. Rob. L. de Poppill militem filium suum et heredem apparentem ab altera partibus, initi apud Edinburgh, 11 Feb. 1566,—concessit dictis D. ROBERTO LAUDER et MARGARETE HAY ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis,—terras de Poppill, cum manerio, molendinis, multuris, in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de regina:—REDDEND. 2 paria calcarium deauratorum nomine albe firme:—cum clausula warrantizationis, excepta assedatione facta Jacobo Oliphant:—cum precepto sasine directo Gulielmo Slowan:—TEST. Jo. Swintoun de eodem, Matheo Sinclair de Langformacus, M. Geo. Lauder rectore de Auldcathy, Geo. Swintoun, Wil. Slowen, Arch. Lauder, Roberto Kinros, Wil. Lauder filio dicti Roberti senioris, Hen. Aytoun notario publico:—Apud Beill, 4 Apr. 1567]:—NECNON cartam dicti Rob. L. de Poppill, —[qua concessit dicte Margarete Hay, in vitali redditu,—dict. terras de Poppill, cum manerio, columbario, molendinis, multuris; —in contentationem, pro rata in quantum dicte terre se extenderunt, rationabilis tertie aliarum suarum terrarum et dominiorum que ad dictam Marg. spectare valeret ob decessum suum cum contingeret:—TENEND. de rege:—REDDEND. *ut supra*:—cum clausula warrantizationis, exceptis quarta parte dictarum terrarum &c., impignorata Jacobo Oliphant burgensi de Edinburgh, necnon annuo redditu 40 lib. de dict. terris impignorato patri suo, durantibus impignorationibus; item quod liceret dicto Rob. L. de P. in urgente necessitate, cum consensu dicte Marg. H. ac consilio amicorum, dict. terras aut aliquam earum partem impignorare aut alienare:—cum precepto sasine:—TEST. M. Eduardo Henrysoun uno commissariorum Edinburgen., Alex. Caldcleuch in Tunninghame, Gualtero Henrysoun notario publico:—Apud Edinburgh, 27 Jun. 1574]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 122.

2282. Apud Edinburgh, 17 Jul. REX &c., concessit ARCHIBALDO CARMICHAELL de Eddrem, fratri germano Joannis C. junioris de eodem, et JONETE HUME ejus sponse,—terras de Wray, vic. Linlythqw;—quas dictus Jo. personaliter apud Halieruidhous resignavit:—TENEND. dictis Arch. et Jonete eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Arch. quibuscunque et assignatis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 178.

2283. Apud Halieruidhous, 18 Jul. REX &c.,—intelligens quod ejus mater, plenam dispositionem tertiarum omnium beneficiorum infra regnum habens (memoria habens obsequium sibi per fratrem suum D. Rob. Stewart, Orcadie et Zetlandie tunc feudifirmarium, magnis sumptibus impensum, cujus servitii occasione se aliquatenus inhabilem reddidit ut liberis suis pro eorum dignitate providere posset), concesserat HENRICO, JOANNE et MARIE STEWARTIS, legitime inter dictum Robertum et Dominam Jeannam Kennedie ejus sponsam procreatis, necnon ROBERTO et JACOBO STEWARTIS ejus filiis naturalibus, tertiam abbatie de Halieruidhous, tam victualium quam pecuniarum; que donatio per parliamentum approbata extitit, juxta quod in pacifica possessione dehinc extiterant,—et quod ab initio ministri et lectores beneficiorum tertiis sustineri ordinati erant, et facta

justa supputatione compertum est stipendia ministrorum et lectorum in dicte abbatie ecclesiis ad 860 libras annuatim extendere, et ratione voluntarie securitatis per dictos Hen. &c. date pro dicte summe solutione,—ratificavit dictas donationem et confirmationem in parliamento, absque prejudicio solutionis dict. 860 lib.; et de novo dedit dictis personis pro eorum vite diebus, et eorum diutius viventi, dictam tertiam, ultra dict. 860 libras. xxxiv. 108.

2284. Apud Dalkeith, 19 Jul.

REX &c., concessit DONALDO M'ANGUS M'ALLESTARE, filio et heredi apparenti Angusii M'Allestare de Glengarrie,—terras de Glengarrie, Drynachan, insulam de Sleichemene, 12 marcatas terrarum antiqui extentus de Morare, 12 marcat. ant. ext. de Lochta(l)che (viz. Inchnarnie, Ardenarra, Sallachie, Conchra, Ardillie, Ardacht, Auchetedorillane, Nosti, Rereg, Ballemakkarrane, Auchinnahynnycht, Crag, Dewrnes), 4 marcatas de Lochcarroun (viz. Idderacharrane, Rowboachane, et Attidaill), vic. Invernes; —quas dictus Ang. personaliter resignavit: —TENEND. dicto Don. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Ang. quibuscunque sive assignatis:—RESERVATIS libero tenemento dicto Ang., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 110.

2285. Apud Halieruidhous, 20 Jul.

REX &c., confirmavit cartam factam per Margaretam Dumbar, seniorem et unam duarum sororum et heredum quondam Jonete Dumbar et Eliz. D. que fuerunt due ex quatuor sororibus et heredibus quond. Andree D. de Loch,—[qua,—pro perimpletione contractus initi cum Joanne Grahame rectore de Sanday procuratore personarum subscript., de data apud Kirkwall in Orknay, 2 Sept. 1566, in libris concilii registrat. 9 Maii 1569, et alterius contractus de data apud Edinburgh, 12 Jul. 1574,—cum consensu Jo. Giffert in Thorne (*sive* Gorne) sponsi sui pro ejus interesse, vendidit JOANNI BELLENDEN de Auchnoule militi, clerico justiciarie regis, et Domine JONETE SEYTOUN ejus conjugi,—quartam partem terrarum subscript. (viz. dimedietatem sibi tanquam uni heredum dicte Jonete Dumbar, dimed. tanquam uni heredum dicte Eliz. spectantem), viz. Corollachill, Mylnetoun cum quarta parte dimedietatis molendini et multuris ejusdem, terrarum de Drumnescart, Clontagboy, Dirreblair, dimedietatis 5 marcatarum de Gerkerrie, cum quarta parte de Challachglas, Carsdowgane, Skeyth, Litill Drochtaig, Elrig, Dirrie, Altacray, et Gergarie, extendentium in toto ad 52½ marcat., cum tenentibus &c., necnon superioritatem omnium tenandriarum dict. terrarum, in parochia de Mochram, vic. Wigtoun:—TENEND. dictis Jo. B. et Jon. S. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. de corpore legit. procreatis, quibus def., Patricio B. de Stanehous et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Jo. B. quibuscunque et assignatis, de rege:—REDDEND. servitium warde &c.:—cum precepto sasine directo Davidi Makculloch de Dreuchdag: —TEST. Davide Makculloch de Drochdag, Joanne Makdowell de Fruich et Dowelstoun filio et herede apparente dicte Margarete, Jo. Grahame rectore de Sanday, Jo. Wilkie, servitoribus dicti Jo. B., Jo. Young, And. Moresoun, Jac. Bellenden (Bannatyne) juniore, Gilb. Thornetoun, notariis publicis:—Apud Edinburgh, 13 Jul. 1574]:—TEST. *ut in carta* 2288. xxxiv. 127.

2286. Apud Halieruidhous, 20 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Margarete Dumbar, unius ex duabus sororibus et heredibus quondam Andree D. de Loch,—[qua,—pro perimpletione partis contractus initi inter se ab una, et Pat. Bellenden de Stanehous et Gilb. Balfoure de Westray ab altera partibus, de data apud Kirkwall, 22 Feb. 1564, postea in libris commissarii Orcaden. et in libris dominorum concilii registrat.,—cum consensu &c. (*ut in carta* 2285), vendidit JOANNI BELLENDEN de Auchnoule militi, clerico justiciarie regis generali (cessionario dictorum Patricii et Gilberti ad dictum contractum), et

Domine JOÑETE SEYTOUN ejus conjugi,—dimediam suam partem 5 marcatarum terrarum de Bar, necnon integram mansionem et maneriem earundem, cum lacubus, piscationibus, domibus, edificiis, hortis, in parochia de Mochrame, vic. Wigtoun :—TENEND., REDDEND., cum precepto sasine, TEST. et de data *ut in carta* 2285] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 128.

2287. Apud Dalkeith, 20 Jul.
REX &c., confirmavit PATRICIO BROUN de Colstoun, et ELIZABETH RAMSAY ejus sponse,—terras ac *lie* Manis de Colstoun, cum turre, fortalicio, manerie, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; dimedietatem baronie de Littill Ettilstoun (Kettilstoun?), vic. Linlithgow;—quas idem Pat. resignavit :—TENEND. dictis Pat. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Patricii quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 147.

ANNO REGNI 8. ANNO DOMINI 1574.

2288. Apud Abirdene, 2 Aug.
REX &c., concessit GEORGIO AUCHINLEK de Balmanno—tertiam partem terrarum et baronie de Polgony, cum tenentibus &c., molendinis et multuris earundem, et tertiam partem terrarum de Schethin, Littill Meldrum, Fingask, tertiam partem piscationis unius cimbe (et) *lie fische-bait* in portu maris de Pettindrum, incorporatas insimul, necnon aliam tertiam partem dict. terrarum et baronie, viz. Polgony, Murcoure, West-feild, cum advocatione capellanie ad altare S. Dominici fundate infra ecclesiam cathedralem de Abirdene alternatis vicibus, tertiam partem de Schethin &c. (*ut supra*), vic. Abirdene; tertiam partem bine partis terrarum et baronie de Dunloppie, cum earum molendinis, multuris, tenentibus &c., advocatione ecclesie de D., vic. Forfar;—quas Wil. Auchinlek de Schethin personaliter resignavit :—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Archibaldo A. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Joanni A. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Adamo A. ejusdem fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Jacobo A. ejus fratri et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus masculis dicti Geo. quibuscunque, arma et cognomen de Auchinlek gerentibus, quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus sive assignatis dicti Geo. quibuscunque :—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet. : —RESERVATIS dicto Wil. libero tenemento, et Eliz. Cheyne ejus sponse vitali redditu villarum et terrarum de Polgowny, Murcowr, West-feild, molendinorum granorum et fullonum et *lie* Ailhous-croft earundem, Fingask, Chapelhill et molendini earundem, cum rationabili tertia reliquarum cum contingeret :—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 124.

2289. Apud Abirdene, 11 Aug.
REX &c., dedit literas legitimationis JACOBO SINCLAIR bastardo, filio naturali Jacobi S. de Hirnecleuch. xxxiv. 137.

2290. Apud Abirdene, 13 Aug.
REX &c., concessit M. ALEXANDRO FORBES, in facultate philosophie ad gradum usque magisterii in artibus progresso, per commissionarium ecclesiarum infra bondas diocesis Abirdonen. post nominationem regiam probato,—prioratum de Monymusk (vacantem per decessum Joannis commendatarii de Balmerinach, ultimi prioris), cum ejus dignitatibus et patrimonio; ipsumque commendatarium ejusdem constituit durante ejus vita; et mandavit dicto commissionario quatenus possessionem haberi faceret :—RESERVATIS ministro ecclesie de Aufurde aliarumque ecclesiarum dicti prioratus 66 lib. 13 sol. 4 den., inibi computando tertiam vicarie et totam vicariam cum vacare contingeret, cum manso et gleba ejusdem, lectori apud Aufurde 20 lib. absque manso et gleba, lectori apud Keug 16 lib., lectori apud Loquhell 16 lib., lectori apud Kindrocht 16 lib., cum mansis

et glebis dictarum ecclesiarum respective, de promptioribus fructibus dicti prioratus in parochiis ubi residentiam fecerunt. xxxiv. 150.

2291. Apud Abirdene, 28 Aug.
REX &c., concessit JACOBO JOHNNESTOUN servitori Archibaldi com. Angusie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —tenementum terre cum horto infra burgum de Abirdene in *lie* Rattounraw (inter terras Alex. Cullane et And. Thornetoun, et hortum M. Roberti Lummisden);—quod fuit Joannis Ewyn burgensis de Abirdene; et regi devenit ratione eschaete ob dicti Jo. per assisam convictionem pro proditoria importatione infra regnum false monete, et hujusmodi inter liegios expositione:—Tenend. in libero burgagio:—Test. *ut in carta* 2288. xxxiv. 125.

2292. Apud Abirdene, 28 Aug.
REX &c., concessit JOANNI DOUGLAS de Tullyquhillie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre in burgo de Abirdene apud *lie* Kayheid ejusdem (inter terras Gilberti Kintor junioris, et terras dicti Gilb. per Rob. Menzeis occupatas), tenementum et domum in dicto burgo in *lie* Grene (inter terras Marjorie King et And. Smyth), croftam terre apud *lie* Gallowgaitheid dicti burgi (inter terras heredum quondam Alex. Collesoun, terras Fratrum Alborum, et *lie* Cwmyngstounsait);—que fuerunt Jacobi Irwin burgensis de Abirdene; et regi devenerunt ob dicti Jac. convictionem pro proditoria importatione false monete et hujusmodi inter liegios expositione:—Reddend. servitium burgi debitum et consuetum:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 169.

2293. Apud Abirdene, 28 Aug.
REX &c., concessit DAVIDI HOWESOUN ministro Verbi Dei, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terram anteriorem et tenementum in burgo de Abirdene in *the Gallowgait* (inter terras Walt. Wady et Alex. Quhyt, et terram posteriorem olim Jacobi Leslie);—que regi devenerunt per decessum Alexandri Makkesoun bastardi, filii naturalis quondam M. Davidis M. vicarii de Petirheid:—Tenend. in libero burgagio:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 217.

2294. Apud Abirdene, 31 Aug.
REX &c., dedit literas legitimationis THOME COULL et PATRICIO COULL bastardis, filiis naturalibus D. Joannis C. capellani in Abirdene; et voluit quod si ambo absque legitimis heredibus de corpore procreatis vel legitima dispositione de hereditatibus suis facta decederent, Jo. Barbour burgen. de Abirdene, et ejus heredes, eis succederent. xxxiv. 185.

2295. Apud Abirdene, 1 Sept.
REX &c., dedit literas legitimationis ANDREE KENNEDIE bastardo, filio naturali quondam Georgii K. burgensis de Abirdene; et voluit quod, si dictus And. absque legit. heredibus de corpore procreatis vel dispositione de hereditatibus facta decederet, Alexander Fraser filius legitimus quond. M. Joannis F. burgensis de Abirdene esset ei heres. xxxiv. 134.

2296. Apud Abirdene, 1 Sept.
REX &c., dedit literas legitimationis ARTHURO PANTOUN burgensi de Abirdene, bastardo, filio naturali M. Oliveri Pantoun. xxxiv. 138.

2297. Apud Abirdene, 1 Sept.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi Innes de Towchis,—[qua, cum consensu Agnetis Urquhart sponse sue, vendidit nepoti suo WALTERO INNES, filio quondam Walteri Innes filii sui,—terras de Towchis, ac dimedietatem de Petfoure, in unam baroniam de Towchis incorporatas, necnon alteram dimed. de Petfoure, vic. Abirdene; —pro magnis pecuniarum summis per Jac. Gordoun de Lesmoir avum dicti Walt. persolutis, et pro aliis benemeritis &c.:—Tenend. dicto Walt. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo I. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo I. filio legitimo dicti Jac. I. de T., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo I. filio legitimo quond. Walteri I. de Candruif, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def.,

Jacobo I. fratri germano dicti Willelmi, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Waltero I. fratri germano dictorum Wil. et Jac., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Joanni Innes filio legitimo Alexandri I. de Cokistoun, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus masculis dicti Walt. nepotis sui quibuscunque et assignatis, de rege :—RESERVATO libero tenemento dictis Jac. I. de T. et Agneti :—PROVISO quod quandocunque dictus Jac. I. de T. in vita sua dictis Walt. &c. summam 20 scutorum aureorum de sole in ecclesia parochiali de Abirchirdoure persolveret, aut ad eorum utilitatem consignaret, regressum haberet ad dictas terras :—TEST. Joanne Forbes in Urtane, Jo. Innes servo dicti Jac. I. de T., Alex. Robsoun in Culvie, Wil. Balgray in Auchintoule :—Apud Auchintoule, 23 Aug. 1574] :—INSUPER, pro bono servitio dicti Jac. I. de T., univit dicte baronie dictam alteram dimed. de Petfoure :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 139.

2298. Apud Abirdonen, 1 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua,—cum consensu presidentis et canonicorum capituli Abirdonen.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit GEORGIO DONALDSOUN burgensi de Abirdene, et MARIOTE REID ejus sponse,—tenementum 12 ulnarum seu particatarum terrarum, cum ejus domibus, edificiis et orto, infra civitatem Abirdonen. ex orientali parte ejusdem (inter terram Jo. Wentoun, terram quondam Jo. Crukeschank tunc dicti Jo. W., et croftum dicti episc., descendens ab eodem usque ad Litill-burne) ;—quod Joannes Donaldsoun et Eliz. Kay ejus conjux, parentes dicti Geo., in favorem dictorum Geo. et Mar. resignaverunt ;—necnon dictum croftum ;—quod dicti Jo. D. et Eliz. de dicto episcopo in assedatione habuerant et adhuc habuerunt pro certis terminis futuris :—TENEND. dictis Geo. et Mariote in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus propinquioribus legit. dicti Geo. et assignatis quibuscunque, de dicto episc. :—REDDEND. annuatim pro tenemento 8 sol., pro crofto 20 sol. pro 2 bollis ordei prius solvi consuetis, et 12 den. in augmentationem rentalis ; necnon duplicando feudifirmam in quolibet novo introitu :—PROVISO quod si unus terminus caderet in alium solutione non facta, summam non solutam duplicarent ; et si duo termini caderent in tertium, post legitimam requisitionem, hec infeodatio nullius esset roboris :—cum precepto sasine directo M. Thome Stewart et Alexandro Andersoun, ballivis Veteris ville Abirdonen. :—TEST. M. Alex. Seytoun cancellario Abirdonen., M. Stephano Maneris, M. Tho. Stewart, Tho. Maneris, D. And. Raa, Willelmo Seytoun :—Apud civitatem Abirdonen., 20 Mar. 1567] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 177.

2299. Apud Abirdene, 1 Sept.

REX &c., dedit literas legitimationis JACOBO FORBES burgensi de Abirdene, bastardo, filio naturali quondam Willelmi F. lectori(s) apud ecclesiam de Cuschery (Cuschny). xxxiv. 417.[1]

2300. Apud Abirdene, 2 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua,—cum consensu presidentis et canonicorum capituli Abirdonen.,—pro summa pecunie persoluta, ac pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO PAIP incole civitatis Abirdonen., et AGNETI CHALMER ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, eorumque heredibus et assignatis quibuscunque,—peciam terrarum de Seytoun, *lie* Brigfeildis nuncupat., per dictos Alex. et Ag. occupatam (inter bondas specificatas), in schira sua de Abirdone, vic. Abirdene :—REDDEND. annuatim dicto episc. 26 sol. 8 den. vel 2 bollas ordei in optione dicti episc., et 4 den. in augmentationem rentalis ; et trés sectas ad tria placita capitalia infra palatium Abirdonen. ; et tenentes dictarum terrarum in exercitibus regiis dicto episc. sive ejus ballivo principali juxta morem Scotie servire tenerentur ; et si dicti Alex

[1] The corrections in brackets are from *Regist. Secreti. Sigilli*, lib. xliii. fol. 104 verso.

&c. in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini currerent in tertium, debita requisitione facta, hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo M. Joanni Chalmer:—TEST. M. Stephano Maneris, D. Jo. Coul, And. Crommy, Thoma Crommy, M. Walt. Gordoun, M. Rob. Roust notario publico:—Apud civitatem Abirdonen., 30 Apr. 1569, consecrationis dicti episc. anno 23]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 135.

2301. Apud Abirdene, 3 Sept.

REX &c., concessit ALEXANDRO BLAKHALL filio et heredi apparenti M. Alexandri B. portionarii de Barroch, heredibus ejus masculis et assignatis,—dimedietatem terrarum de Barroch, Westirhous, Fillaw, Eschinheid, Furdailhous, sextam partem de Petgowny, dimedietatem molendini de Bourty, superioritatem dimedietatis de Muretoun, tertiam partem de Mekill Fynnersy, Litill F., Maneicht, et molendini de F., cum tenentibus &c., vic. Abirdene;—quas dictus M. Alex. resignavit:—RESERVATIS libero tenemento dict. terrarum &c. (preter Fynnersy et Maneicht) Gulielmo Blakhall de Barroch, patri dicti M. Alex.; libero tenemento omnium dicto M. Alex. post decessum dicti Gul.; necnon Agneti Burnet, sponse dicti M. Alex., vitali redditu dicte dimed. de Fillaw, cum rationabili tertia ceterarum cum contingeret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 132.

2302. Apud Abirdene, 3 Sept.

REX &c., confirmavit JACOBO LYELL de Balmaledie, et JEANNE HAY ejus sponse,—umbralem dimedietatem terrarum de Balmaledy et Haltoun, cum manerie et annexis, vic. Kincardin;—quam idem Jac. resignavit:—TENEND. dictis Jac. et Jeanne eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Jacobi et assignatis quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 144.

2303. Apud Abirdene, 4 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua, cum consensu presidentis et canonicorum capituli Abirdonen.,—habita consideratione depauperationis civitatis Veteris Abirdonie ob devastationem ecclesie sue et cessationem divinorum in eadem, sic quod non posset haberi copia materialium ad meliorationem seu stercorationem agrorum territorii dicte civitatis more solito,—pro summa pecunie nomine gressume persoluta, ad feudifirmam dimisit M. JOANNI KENNEDIE rectori de Tullynessill, heredibus ejus et assignatis,—duo tenementa cum hortis et caudis adjacentia, in civitate Abirdonensi (inter terram quondam Jo. Andersoun, tunc heredum quond. Tho. Cowpar, terras Wil. Lowrie latomi, et terram dicti episc. ascenden. ad lacum), necnon 3 particatas, extenden. ad 17 ulnas in latitudine, separatim jacentes ex occidentali parte territorii dicte civitatis (juxta terras dicti episcopi de Cottoun per Geo. Cramond fabrum ferrarium occupatas);—quas dictus Geo., cum consensu Symonis C. filii sui et heredis apparentis, in favorem dicti M. Jo. personaliter resignavit:—TENEND. de dicto episcopo; cum pastura communi et focalibus super bondis marisii de Petvynneis usitatis:—REDDEND. annuatim pro tenementis 10 sol., pro particatis 20 sol., et 12 den. in augmentationem rentalis, in toto 31 sol.; et unam sectam ad tria placita capitalia infra palatium Abirdonen.; et serviendo dicto episc. ejusque ballivo principali in exercitibus regiis juxta morem patrie; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus curreret in alium, terminum non solutum duplicarent; et si duo termini currerent in tertium, legitima requisitione facta, hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo M. Thome Stewart:—TEST. Gilb. Menzeis de Cowlie, And. Buk burgen. de Abirdene, M. Stephano Maneris, Tho. Maners, Alex. Paip, M. And. Leslie, notariis publicis:—Apud palatium Abirdonen., 19 Nov. 1568]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15.

xxxiv. 157.

2304. Apud Halieruidhous, 10 Sept.

REX &c.,—intelligens quod annui proventus NOVI COLLEGII REGALIS DE ABIRDENE tam exigui fuerunt ut illa

etate nullo modo essent (respectu caritatis tunc vigentis, longe a tempore fundationis dicti colleg. demutate) ad sustentand. personas in eodem fundatas qui pro exercitatione ac promotione bonarum literarum in eadem requisiti sunt,—concessit et per mortificationem pro perpetuo annexuit dicto collegio, principali, subprincipali, magistris, regentibus et bursariis ejusdem, et eorum successoribus,—beneficium succentorie ecclesie cathedralis de Ald Abirdene, alias rectoriam et vicariam de Spittale vocat., rectoriam et vicariam de Forvy, capellaniam de Westhall, capellaniam de Folayroule, cum decimis, mansis, glebis, proficuis et devoriis earum quibuscunque, omnes terras, annuos redditus, piscarias, domus, edificia, firmas, decimas, proficua et devorias, qui olim ad Fratres Carmelitas prope burgum de Banff pertinuerunt, omnes ann. red., proventus, feoda, communias, croftas, domus, cubicula et hortos qui prius in proprietate seu communi capellanis dicti colleg. ac burse canonice et civili ejusdem pertinuerunt, tunc vacantes vel cum vacarent, cum tertiis eorundem quorum possessores fuerunt superstites :—TENEND. cum potestate pro reductione infeodationum feudifirme sive assedationum prosequendi :—REDDEND. servitium communium supplicationum pro prospero statu regis et ejus successorum tantum :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 131.

2305. Apud Dalkeith, 22 Sept.

REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. commendatarium perpetuum de Dunfermling, et ejus conventum,—[qua constituerunt JACOBUM COMITEM DE MORTOUN dom. de Dalkeith, regis regnique regentem, et heredes ejus masculos et tallie in ejus nova infeodatione comitatus de Mortoun contentos, et assignatos,—justiciarios et ballivos hereditarios regalitatis de Dunfermling, tam intra bondas burgi et ville de Mussilburgh quam intra omnes bondas dominii et baronie de Mussilburgh-schire et aliarum dicti monast. terrarum quarumcunque jacen. ex australi parte aque de Forth, tam proprietatis quam tenandrie ; ita quod non liceret dictis commendatario &c. ullos alios ballivos in hac parte constituere per precepta aut alias, virtute quorum aliqua sasina intra dictas bondas daretur ;—et pro usu dict. officiorum concesserunt eis 100 marcas annuatim de promptioribus firmis dict. dominii et baronie : —REDDEND. dicto monast. unum den. albe firme, cum fideli administratione in dictis officiis :—cum precepto sasine directo Georgio Auchinlek de Balmanno, et Alexandro Lawsoun :—Apud dictum monast., 20 Sept. 1574] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 256.

2306. Apud Dalkeith, 30 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi com. Mariscalli dom. Keith &c., emphiteoticarii terrarum subscript.,—[qua ad feudifirmam dimisit JOANNI DOWGLAS in Tulliquhillie, servitori suo,—terras de Tulliquhillie, Malannik, Menonye, et croftam de Banchorie (quas olim Arthurus D. pater dicti Jo. et ejus subtenentes occupabant), in baronia de Banchorie, regalitate de Abirbrothok, vic. Kincardin :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus quibuscunque, de dicto Wil. :—REDDEND. annuatim 11 libras 18 sol., cum *lie rin-mairt* et *wedder* ; ac duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum ; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia in baronia de Fedderesso ; et serviendo dicto Wil. in exercitibus regiis propriis impensis, et omni alio tempore sumptibus dicti Wil. :—PROVISO quod si duo termini currerent in tertium insoluti, feudifirma duplicaretur ; et si tres termini currerent insimul insoluti, legitima requisitione facta, hec infeodatio nullius esset roboris ; et quod non liceret dictas terras aut earum partem alienare, impignorare aut in emphiteosim locare absque consensu dicti Wil. :—cum precepto sasine directo Alexandro Dowglas et Jacobo Dowglas :—TEST. Roberto commendatario de Deir, Jac. Keith in Drumtoctie, Willelmo Keith, Tho. Smyth, Georgio Michell, M. Wil. Chalmer notario publico :—Apud Dunnottir, 4 Sept. 1574] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 176.

2307. Apud Edinburgh, 1 Oct.

REX &c., dedit literas legitimationis

WILLELMO AIRD burgensi de Air, bastardo, filio naturali . . . Aird burgensis de Air. xxxiv. 129.

2308. Apud Edinburgh, 18 Oct.
REX concessit JOANNI CRYSTESOUN filio et heredi quondam Roberti C. burgensis de Perth, heredibus ejus et assignatis, —annuum redditum 18 marcarum 4 sol. 6 den. de terra et tenemento (pro majore parte ruinoso) jacen. ex australi latere vie australis burgi de Perth (inter terras Geo. Boswell et Jacobi Davidsoun, et stagnum vocat. Spey-stank), cum horto ejusdem;—quod tenementum fuit Jacobi Rynd burgensis de Perth; et (premonitione tradita Cristine Oliphant sponse dicti Jac. R.) 31 Aug. 1574, coram Joanne Andirsoun nuncio et Joanne Bonar clavigero vicecomitibus in hac parte (dicto Jo. C. cum Willelmo Ramsay et Malcolmo Bowar procuratoribus, dicto Jac. R. per Hen. Wardlaw, Tho. Burrell, et M. Jo. Rynd ejus filium et heredem apparentem comparentibus), dictus ann. red. appreciatus fuit[1] pro 203 lib. 17 sol. de resta summe 311 lib. 2 sol. super dictum Jac. R., et Alex. Oliphant ac Wil. Michell burgenses de Perth ejus cautionarios, obtente de bonis ad dictum Jo. C., quondam Rob. et Cristinam Crystesonis ejus fratrem et sororem pertinentibus et per dictum Jac. R. eorum tutorem intromissis, ultra bona hereditaria in dicti Jac. R. manibus superesse confessa; postquam panarium quernum *lie almerie of aik* ad 46 sol. 8 den., mensa *lie lang syde-burde* et sedile *lie furme* ad 23 sol. appreciate, apud dicti Jac. R. domicilium in burgo de Perth namate erant:—REDDEND. unum den. albe firme, cum servitio burgi debit. et consuet.:—et voluit rex quod dictus Jac. Rynd, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 266.

2309. Apud Dalkeith, 22 Oct.
REX &c., confirmavit GEORGIO AUCHINLEK de Balmanno—terras &c. (*in carta* 2288 *contentas*);—quas idem Geo. personaliter resignavit; et quas rex, pro ejus bono servitio, de novo ei dedit, cum piscationibus tam salmonum quam alborum piscium in littore maris et in mari versus dictas terras de Polgony, Murcour et Fingask, cum hamo, esca piscium et *lie lyne*;—et,—quia dicte terre &c. (preter Dunlopie) erecte fuerant ex antiquo in liberam baroniam de Polgony, et sic gavise fuerant per quondam Jo. Hepburn de Craigis et ejus predecessores barones earundem ultra memoriam hominum, quousque per decessum dicti Jo. inter ejus filias tanquam heredes in divisione ceciderunt, de quibus bina pars tunc dicto Geo. pertinuit, —pro bono servitio dicti Geo., de novo dict. terras &c., cum terris &c. de Dunlopie, incorporavit in liberam baroniam de Schethin, et voluit quod turris, fortalicium et maneries super fundum de Schethin esset principale messuagium:—TENEND. dicto Geo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, ejus fratribus et heredibus masc. eorum de corporibus successive (*ut in carta* 2288), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque seu assignatis, arma et cognomen de Auchinlek gerentibus, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Geo. quibuscunque sive assignatis:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, cum wardis &c.:—RESERVATIS libero tenemento dict. terrarum &c. (excepta dicta piscatione in littore marino et in mari), Willelmo Auchinlek de Schethin, et Eliz. Chene ejus sponse vitali redditu &c. (*ut in carta* 2288):—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 153.

2310. Apud Edinburgum, 23 Oct.
REX concessit GULIELMO DOUGLAS de Lochlevin, heredibus ejus et assignatis, —terras de Pharingtoun (solventes ab antiquo 100 marc. annuatim), vic. Roxburgh; —que fuerunt Georgii Ruthirfurde de Pharingtoun; et, literis directis Nicolao Forret

[1] Names of assize:—Jas. Doning, John Davidsoun senior, Alexander Monypenny, Alex. Glas, David Horne, all burgesses of Perth, Wil. Robertsoun baker *ibid.*, Henry Kay tailor *ibid.*, John Smyth merchant *ibid.*, George Maxtoun burgess *ibid.*, Duncan Robertsoun merchant *ibid.*, Hen. Leis, Rob. Hauly, burgesses *ibid.*, Duncan Makgregour *ibid.*, Adam Pole mason *ibid.*, John Fendour carpenter (*faber lignarius*) *ibid.*

et Thome Ramsay signiferis, vicecomitibus in hac parte, 23 Jul. 1574 (comparentibus dicto Gul. per M. Wil. Hendersoun procuratorem, et Waltero R. filio dicti Geo. cum ejus curatoribus), appreciate fuerunt [1] pro 2000 marc. in partem solutionis summarum per dictum Gul. obtentarum pro proficuis terrarum et baronie dicti Gul. de Langnewtoun, vic. Roxburgh, a festo Penthecostes anno 1557 ad 12 Jan. 1561 per 5 annos aut eocirca per dictum Geo. detentarum[2], et pro spoliatione a dicto Gul., 25 Jan. 1569, quarundam rerum [3] de terris, turre et fortalicio de Langnewtoun, domibus, horreis, *lie byris* et hortis horreorum earundem; necnon pro 100 marc. pro feodo vicecomitis :—et voluit rex quod dictus Geo., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 235.

2311. Apud Dalkeith, 24 Oct.

REX &c., confirmavit cartam M. Archibaldi Menzeis, preceptoris de Trailtrow,—[qua,—quia tenentes terrarum subscript. non solum per predones et patrie traditores occisi et spoliati fuerant, verum etiam eorum uxores et proles vi expulsi, et predones, saltem eorum proles et successores, tunc fuerunt recuperatores dict. terrarum, qui ecclesiam de Trailtrow penitus dirui passi sunt, et glebam ejusdem invito dicto Arch. occupaverunt,—pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit JOANNI DOMINO MAXWALL, heredibus ejus masc. et assignatis,—10 terras husbandias de Trailtrow, cum piscaria in aqua de Annand Quartersyde nuncupata (reservando Joanni domino Hereis, heredibus ejus et assignatis, 40 solidatas antiqui extentus earundem vocatas Hodomestanis, cum turri et fortalicio ejusdem), in parochiis de Trailtrow et Annand, senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis ;—quas dictus dom. H., pro perimpletione contractus initi apud Edinburgh, 21 Feb. 1573, ac per dictum dom. M. approbati apud Drumfreis, 24 Aug. 1574, personaliter resignavit:—REDDEND. annuatim dicto preceptori 8 lib., et pro piscaria 13 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine :—TEST. Edw. Maxwall de Drumcolrane, Roberto Maxwall de Cowhill, Roberto Charteris de Kelwod, M. Wil. Houstoun, D. Joanne Brice vicario de Drumfreis, Geo. Maxwall de Litill Ardre, Davide M'Ger, Harberto Andersoun, notariis publicis :—Apud Drumfreis, 27 Sept. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 170.

2312. Apud Dalkeith, 24 Oct.

REX &c., confirmavit cartam factam per Tho. Campbell commendatarium perpetuum monasterii Sacri-nemoris (Haliewod), et ejusdem conventum,—[qua concesserunt JOANNI DOMINO MAXWALL, heredibus ejus masc. et assignatis,—duo molen-

[1] Names of assize, which was originally impanelled 28 May 1574, and thrice refused to return any verdict :—John Trumbill of Mynto, Walter Trumbill of Beulie, Thomas Ker in Pharingtoun, Wil. Kirktoun *ibid.*, John Mow and Tho. Hendirsoun in Jedburgh, John Wallace in Melrois, Wil. Hendirsoun and William Adamesoun in Jedburgh, George Buckhame at Belsis-mylne, David Gray at Midlie-mylne, Robert Boustoun in Melrois, David Trumbill in Tronnyehill, Wil. Aird in Clarelaw, John Scheill in Jedburgh. On 23rd July the two first were absent from illness, and John Huntar in Halkburne and Tho. Lethame in Neutoun were chosen in their places.

[2] The list of annual profits is as follows :—the sowing of 16 bolls of wheat, of 28 bolls of bear, of 110 bolls of oats, of 11 bolls of peas, estimated at the third grain, price per boll with the straw 20s.; 60 *sowmes* of cattle, each *sowmes gers* worth 5s.

[3] The inventory is as follows :—from the granary garden 440 *thraves*, estimated at 150 bolls, of oats, price per boll with the straw 26s. 8d., 172 *thraves*, estimated at 57 bolls, of bear, price per boll with the straw 23s. 4d., 72 *thraves*, estimated at 24 bolls, of wheat, price per boll with the straw 40s.; from the lands, tower and fortalice, houses, *byris* and stables, an iron gate of 30 stone weight, price per stone of wrought work 14s., two brass guns (*machina*), price £10 apiece, a great board (*mensa*) with forms and legs and cupboard (*mensa pocularia*), price £10, 6 wooden beds, £3 apiece, 8 pounds weight of gunpowder (*pondera pulveris tormentarii*), 5s. apiece, one meal *girnell* of oak with 12 bolls of meal in it, price of the *girnell* £6, of each boll 33s. 4d., 2 horses, £6 apiece, 2 cows with their followers, £3 6s. 8d. apiece, 17 wethers (*oves steriles*), 13s. 4d. apiece.

dina super aquam de Clowden, Ovir et Nethir Mylnis nuncupata, cum aqueductu, multuris et sequelis et servitio tenentium debitis et consuetis, et terris eorundem, viz. Mylhillis et Multurhousis, in baronia Sacri-nemoris, vic. Drumfreis;—que Jo. dom. Hereis, pro perimpletione contractus &c. (*ut in carta* 2311), resignavit:—REDDEND. dicto monast. 40 marc., et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum, nomine feudifirme:—cum precepto sasine:—TEST. Eduardo Maxwall de Drumcoltrane, Rob. Maxwall de Cowhill, Rob. Charteris de Kelwode, M. Wil. Houstoun, D. Jo. Brice vicario de Drumfreis, M. Arch. Menzeis commissario de Drumfreis, Davide Maceger, Harberto Andersoun:—Apud Drumfreis, 27 Sept. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 171.

2313. Apud Dalkeith, 24 Oct.

REX &c., confirmavit cartam factam per D. Joannem Smyth collectorem vicariorum et capellanorum chori ecclesie cathedralis Abirdonen., et per ipsos vicarios et capellanos,—[qua, cum consensu Willelmi episc. Abirdonen., presidentis et capituli ejusdem,—illo rixoso et bellicoso tempore, controversia per totum regnum de orthodoxa fide perseverante in dispendium terrarum, ecclesiarum, decimarum &c., et signanter propter magnam sterilitatem infrascript. terrarum &c., necnon pro 300 marcis persolutis, et pro gratitudinibus, ac pro defensione sua in collectione annuorum reddituum et aliorum debitorum fienda,—confirmaverunt M. ROBERTO LUMMISDANE de Clovay, heredibus ejus et assignatis quibuscunque absque divisione,—croftam vocatum Adepingill (juxta *lie* Cruikit-myre), croftam vocat. *lie* Langrig (juxta idem), croftam prope domum leprosorum (juxta *lie* Calsay-myre), croftam apud *lie* Spittelhill (juxta idem), croftam vocat. Fill-the-cop fundatam per quondam M. Adamum Gordoun prope *lie* Thevis-brig, infra territorium croftarum burgi de Abirdene, vic. ejusdem;—quas idem Rob. resignavit:—TENEND. de dict. vicariis &c. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 21 marcas; et duplum dicte summe in introitu heredum sive assignatorum; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si deficerent per tres terminos concurrentes, vel dict. croftas in toto vel in parte alienarent absque consensu superiorum, sive a fide catholica in heresim inciderent in contumeliam Creatoris nostri et unitatis ecclesie sancte (nisi ad gremium ejusdem statim redirent), aut negarent solvere decimas, aut per episcopum, decanum, presidentem, capitulum, seu dict. vicarios &c. premoniti essent pro tuitione jurium dicte ecclesie cathedralis aut in his que fidem orthodoxam concernerent ad resistend. injuriis, et recusarent, caderent a jure hujus infeodationis:—cum precepto sasine directo Alexandro Culane et Patricio Leslie burgen. de Abirden:—TEST. M. Joanne Robertsoun, Jo. Walker, Jacobo Keyth:—Apud civitatem Abirdonen., 1 Apr. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 461.[1]

2314. Apud Dalkeith, 26 Oct.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Jo. archiepisc. S. Andree abbatem de Pasleto, et ejusdem loci conventum,—[qua, pro magna summa ad reparationem monasterii sui persoluta, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt (quond.) GAWINO COMMENDATARIO DE KILWYNNING, in vitali redditu, et GAWINO HAMMILTOUN ejus filio hereditarie, heredibusque masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Gawini senioris et assignatis quibuscunque,—4 libratas terrarum de Barnis, cum pratis, edificiis, toftis, croftis, piscariis (per quond. Joannem Knok et alios vicinos occupatas), 6 libratas 10 sol. terrarum de Culboy-Westir, cum pratis, toftis, croftis (per quond. Walt. M'Rerik et alios vicinos occupat.), 5 libratas de Culboy-Eistir, cum pratis, pascuis, toftis, croftis (per quond.

[1] This charter contains the following names of adjoining owners and occupiers:—Alex. Gray, John Chene, sometime And. Brabner, Gilb. Malysoun, the Friars Preachers, umquhile Maly Amphray, John Hay precentor of King's College, umquhile John Weir, David Mar.

Pat. Moreis et alios vicinos occupatas), in dominio seu baronia sua de Kilpatrik, regalitate Pasleti, vic. Levinax:—REDDEND. dicto monasterio pro Barnis 4 libras firme antique et 13 sol. 4 den. augmentationis, pro Culboy-Westir 6 libras (10 sol.) firme antique et 20 sol. augmentationis, pro Culboy-Eistir 5 lib. firme antique et 16 sol. augmentationis, in toto 17 libras 19 sol. 4 den.; et tres sectas ad tria placita capitalia apud Pasletum; ac duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—PRETEREA dicti Jo. &c. voluerunt quod unica sasina apud Barnis capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Gilberto Hume:—TEST. M. Alexandro Forrest preposito collegiate ecclesie B. Marie de Campis Edinburgi, Alex. Somervile de Torbraux, Jo. Hammiltoun de Blakstoun, M. Wil. Bane, D. Tho. Diksoun, Jo. Stewart, M. Geo. Cok notario publico:—Apud monast. Pasleti, 20 Mar. 1560]:—NECNON aliam cartam dictorum Jo. &c.,—[qua, pro causis supradictis, ad feudifirmam dimiserunt eisdem commendatario de Kilwynning in vitali redditu et Gawino H. ejus filio hereditarie, et heredibus &c. (*ut sup.*),—5 marcat. terrarum de Granis, in regalitate Pasleti et balliatu de Cunninghame:—REDDEND. dicto monast. 5 marc. firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud Pasletum:—cum precepto sasine directo Gilberto Hume:—TEST. M. Alex. Forrest preposito ecclesie collegiate B. Marie de Campis Edinburgi, Alexandro Somervile de Torbraux, Jo. Hammiltoun de Blakstoun nuncupato, M. Wil. Bayne, D. Tho. Diksoun, M. Georgio Cok notario publico, servitoribus dicti archiepiscopi:—Apud monast. Pasleti, 20 Mar. 1560]:—NONOBSTANTE forisfactura dictorum archiepisc. et Gawini patris et filii, aut eorum alicujus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 133.

2315. Apud Dalkeith, 28 Oct.

REX &c., concessit GEORGIO SINCLAIR cancellario Cathanie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Nos et Quiestane, in dominio et comitatu Cathanie, vic. Invernes;—quas M. Jac. M'Gill clericus rotulorum registri et Joneta Adamesoun ejus conjux resignaverunt:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 149.

2316. Apud Dalkeith, 29 Oct.

REX &c., concessit et quitteclamavit CRISTINO IRWING filio quondam Cristini I. de Bonschauk, heredibus ejus et assignatis,—40 solidat. terrarum antiqui extentus de Northfeild, cum loco vocato Annandis-aiker, et 40 sol. ant. ext. de Guldlandis, in senesc. Vallis Annandie, vic. Drumfreis;—que terre de Northfeild &c. fuerunt in manibus regis ratione nonintroitus a decessu Joannis Blakwod de Northfeild, firmis preteritis ad justum valorem terrarum extendentibus; et Guldlandis fuerunt quondam Thome Tynding de Guldlandis et Jacobi T. ejus filii et heredis apparentis, qui suis juri et *lie kyndnes* dicto Cris. renunciaverunt; et carta de omnibus dict. terris dicto Cris. per patrem et matrem regis facta secretum sigillum processit, et occasione tumultuum ad magnum sigillum non pervenit:—REDDEND. servitium warde &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 195.

2317. Apud Edinburgh, 30 Oct.

REX concessit WILLELMO COKBURNE filio et heredi apparenti Alexandri C. filii et heredis quondam Willelmi C. de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras de Lochbrighame, alias Lochtoun, extenden. ad 20 terras husbandias, cum molendino, tenentibus &c., vic. Beruik;—que, de rege tente per servitium warde, decrete fuerunt in manibus regis fuisse a decessu Alexandri Kirkpatrik de Kirkmichaell militis, per 47 annos aut eocirca ante 8 Maii 1574, cum firmis earundem extenden. ad 40 lib. annuatim, nonintroitu per Jac. V. regem donato quondam Joanni Murray et Jacobo Lindesay de data 26 Maii 1534, per eos assignato quondam Agneti Cokburne relicte Walteri Chapman burgensis de Edinburgh de data 4 Maii 1535, et per eam assignato dicto Alex. C. de data 23 Mar. 1563; et (postquam Nic. Cossare officiarius et Jo. Gledstanis nuncius premonuerant Alexandrum

Kirkpatrik tunc de Kirkmichaell, filium et heredem quondam Willelmi K. de K., ejusque tutores et curatores si quos habuit), 23 Jul. 1574 dicte terre in ecclesia de Langtoun, ubi vicecomes de Beruik solitus est jus reddere, appreciate fuerunt [1] pro 800 libris in partem solutionis dict. firmarum, et pro 40 lib. pro feodo Willelmi Wallace nuncii vicecomitis in hac parte, et dicto Wil. C. de consensu dicti Alex. C. vendite : —et voluit rex quod dictus Alex. K., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 186.

2318. Apud Dalkeith, 4 Nov.[2]

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu decani et capituli ejusdem,—pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO DOWGLAS de Kilspindie in vitali redditu, et PATRICIO DOWGLAS ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus subscriptis et assignatis, hereditarie,—terras dominicales *lie* Manis de Abirlady, cum earum decimis garbalibus inclusis, que insimul cum terris locari consueverunt, ac cunicolario *lie linx* earundem (que, cum ceteris decimis garbalibus parochie de Abirlady, extenderunt annuatim ad 320 marcas, et sic firme terrarum &c. suprascriptarum secundum ratam extenderunt ad 120 marc.), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh ; necnon terras dominicales de Crawmound cum earum decimis garbalibus inclusis, que insimul cum terris locari consueverunt (extendentes annuatim ad 100 marc.), ac fortalicium seu maneriem de Crawmound (tunc ruinosum, quod nullum antea proficuum prestitit), vic. Edinburgh ; et constituerunt dictos Arch. &c., ballivos hereditarios terrarum et villarum de Abirlady et Crawmound :—TENEND. dicto Arch. *ut supra*, dicto Pat. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Georgio D. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Adamo D. ejusdem fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo D. ejusdem fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Pat. quibuscunque sive assignatis, de dicto episcopo : —REDDEND. annuatim pro Abirlady 120 marc., pro Crawmound 100 marc., pro dicto fortalicio 40 sol., et 7 marcas augmentationis:—. . . . . 29 Mar. 1574]:—. . . . . xxxiv. 162.

2319. Apud Dalkeith, 10 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Jac. commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem subpriorem ac conventum,—[qua,—pro ingentibus laboribus, auxiliis et consiliis pro universalis catholice ecclesie Scoticane et presertim monasterii sui defensione illo tempore guerrarum, molestie et insurrectionis prestitis, necnon pro pecuniarum summis ad restaurationem dicti monast. anno ultimo per Anglos combusti et depabulati,—ad feudifirmam dimiserunt (quondam) WALTERO SCOT de Branxholme militi, et JONETE BETOUN ejus conjugi,—terras de Appiltreleyis (extenden. ad 5 marcas antiqui extentus), Meirbank, Soutarcroft et Cartleyis, et dimedietatem de Halkburne per (quondam) Tho. Huntare inhabitat. :—TENEND. dictis Walt. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, quibus deficientibus, (quond.) Waltero S. filio inter dictos Walt. et Jon. genito, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Davidi S. filio eorum secundogenito, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus masc. inter dictos Walt. et Jonetam procreandis, quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus

[1] Names of assize :—David Ellem of Rentoun, Gilbert E. his brother, Wil. Wallace bailie in Chirnesyde, Charles Trottar in Cachelraw, Jas. Ramsay in Betrixside, Wil. Craw in Swonewold, Jas. C. his brother, Christopher Sleich in Prestoun, Symon Dowglas in Rammisrig, Wil. Bukleis in Langtoun-mylne, Alex. Reidpeth of Angelraw, Jas. Diksoun of Cowiswark, Joh. Diksoun in the Camis, Joh. Diksoun of Belsister, Pat. Monylawis in Dunce-mylne.

[2] All the latter part of this charter is missing in the Register, a leaf having been lost. The date, *Tenendas* and *Reddendo* clauses are supplied from the abridgement mentioned in the note to No. 2279 *supra*, compared with *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xlii. fol. 88.

masc. dicti Walt. senioris quibuscunque et assignatis, de dicto monasterio :—REDDEND. pro Apletreleis 30 libras, pro Meirbank &c. 10 lib., pro Halkburne 5 marc., tanquam firmas antiquas, necnon 40 sol. in augmentationem rentalis (viz. 20 sol. commendatario et 20 sol. conventui ad eorum petantias); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—Apud dictum monast., 10 Feb. 1546]:—NECNON cartam factam per quond. Mich. commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WALTERO SCOT de Branxholme militi (qui ultimo obiit), heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —turrim seu fortalicium nuncupatam Hassindane-toure alias Munkis-toure (antea non assedatam), cum horreo, hortis horreariis, pratis, croftis, domibus et edificiis, vic. Roxburgh :—REDDEND. annuatim dicto monast. 13 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Alexandro Cheisholme :—Apud monast. de Melros, 18 Maii 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.*

xxxiv. 159.

2320. Apud Dalkeith, 12 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro summa pecuniaria persoluta, ad feudifirmam dimiserunt (quondam) JONETE HALDANE, in vitali redditu, et JOANNI FALLOW ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—octavam partem terrarum occidentalis lateris ville de Balbrogy et quartam partem orientalis lateris ejusdem, infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth;—quas Colinus Campbell et Issabella Richartsoun ejus sponsa, qui eas habuerunt in vitalibus redditibus, in favorem dictorum Jon. et Jo. resignaverunt, in excambium dimedie partis terrarum de Crunan similiter assedate dictis Jon. et Jo. in vitalibus redditibus :—REDDEND. dicto monast. 7 libras 15 sol. 7 den. firme antique, 26 sol. 5 den. pro gressuma, et 18 sol. 4 den. in augmentationem rentalis, in toto 10 libras 4 den., cum 28 pultriis, 11 bollis 2 modiis avenarum, 2 fascibus majoribus straminum; effodiendoque et apta foco et furno faciendo 58 plaustrata glebarum in terra dicti monasterii uliginosa de Balbrogy, vel in terris aliorum dominorum vicinorum, habita per dictos abbatem &c. eorundem facultate; et adportando ad locum in dicto monasterio paratum, in plaustris dicti monast., propriis servitoribus, equis et bobus, 30 plaustrata earundem sumptibus dicti monasterii consuetis; cum 2 vecturis longinquis plumbi, ferri, stanni, tegularum, calcis, lignorum et aliarum rerum dicto monast. necessariarum, in plaustris dicti monast., propriis equis et bobus, cum requisiti essent, ceterisque vecturis et servitiis consuet.; ac cum multuris astrictis feudifirmario molendini de Kethik, et salario justo sustentationi cimbe dicti monast. de Ylif; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; ac duplicando dict. 10 lib. 4 den. in introitu heredum; et cum dictis abbate &c., sive eorum commissariis, ambulando, equitando, fortificando et partem capiendo in defensione privilegiorum ac possessionum dicti monasterii, et in guerris regalibus contra veteres hostes regni, cum servitio sicut occupatores dict. terrarum prius fecerunt; et si in solutione deficerent infra 40 dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona super dictas terras namare pro firmis, cum 40 sol. pro damno et interesse convento :—SALVIS dictis abbati &c. curiis cum earum exitibus et bluidwitis, cum piscaria salmonum super aqua de Ylif ac loco pendendi, extrahendi et extendendi retia si opus foret :—TEST. Jac. Hering de Glascloyne, Jac. Hering de Westir Gormo, Thoma Kennedie feodatario de Coif, M. Davide Campbell de Denheid, Colino Campbell de Crunan, Joanne a Kippen prebendario, Jo. Robesoun notario publico :—Apud dictum monast., 31 Maii 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 151.

2321. Apud Dalkeith, 12 Nov.

REX &c., confirmavit cartam D. Joannis Welche, vicarii ecclesie parochialis de Dunscoir,—[qua,—cum consensu Thome commendatarii perpetui Sacri-nemoris, et ejusdem conventus, patronorum dicte vicarie,—pro 300 marc. persolutis, ad feudifirmam dimisit CUTHBERTO GREIR-

SONE in Laich, heredibus ejus et assignatis,—partem glebe et terre ecclesiastice dicte vicarie nuncupatam *the Manis* (per dictum Jo. et And. Mureheid et Eliz. Watsoun subtenentes suos occupat.), cum mansione, domibus, pomeriis, hortis et pratis (reservatis dicto vicario et successoribus suis 5 acris jacen. inter terras Oswaldi Portar et Jo. Fergusoun, ad suum domicilium), vic. Drumfreis:—REDDEND. dicto vicario 6 bollas farine avenatice mensure de Nith, tanquam firmam antiquam (aut pro qualibet bolla 12 sol. 3 den.), et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—cum precepto sasine directo Gilberto Greirsone in Lag:—Apud Halywod, 11 Aug. 1566]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Cuth., dispensavit cum sasina ante confirmationem suscepta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 155.

2322. Apud Dalkeith, 12 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Jac. commendatarium perpetuum de Calco et Melros, ac conventum de Melros,—[qua ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO MAXWELL de Porterrak, in vitali redditu, et JACOBO MAXWELL ejus filio secundogenito hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—20 solidat. terrarum antiqui extentus de Glengunyoch, in baronia sua de Dunscoir, vic. Drumfreis:—REDDEND. monasterio de Melros 20 sol. firme antique, 16 sol. pro gressumis, et 4 sol. in augmentationem rentalis; necnon duplum dicte firme commendatario et simplum conventui in introitu heredum; ac tres sectas ad tria placita capitalia dicte baronie; et portando grana sua ad molendinum dicte baronie vocatum Grange-mylne molenda, et solvendo astrictas multuras consuetas; et si in solutione deficerent sic quod tres termini currerent in unum, hoc infeofamentum nullius esset roboris:—Apud dictum monast., 29 Mar. 1554]:—INSUPER, pro bono servitio dictorum Rob. et Jac., dispensavit cum sasina ante confirmationem suscepta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 156.

2323. Apud Dalkeith, 12 Nov.

REX &c., confirmavit cartam D. Cuthberti Swyntoun, capellani et prebendarii ecclesie collegiate de Restalrig, prebendarii Rossensis vocati,—[qua,—pro 300 marc. pro nova restauratione tenementi subscripti sepicule destructi persolutis,—cum consensu decani ac prebendariorum de Restalrig, ad feudifirmam dimisit WILLELMO ROBESOUN lanioni burgensi de Edinburgh, et JONETE MURE ejus sponse,—tenementum cum horto et cauda in burgo Vici-canonicorum monasterii S. Crucis ex parte boreali vici regii ejusdem (inter terram quondam Henrici Stentoun tunc Tho. Sinclare, terram quond. Nicolai Abirnethie tunc heredum quond. Alex. Forester sartoris, et *lie Strand*);—quod per Anglos mense Maii 1543 pro meliore parte combustum fuerat, et dictis Wil. et Jon. in feudifirmam locatum pro annuo redditu 20 librarum, et post reedificationem iterum per turmas et exercitum regis Gallorum in subsidium Scotorum contra Anglos missum, in burgo Vici-canonicorum tunc morantem, dejectum fuit, et per dictos Wil. et Jonetam propriis sumptibus reedificatum, et ultimo per regis rebelles et detentores castri et oppidi Edinburgi destructum:—TENEND. dictis Wil. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Wil. quibuscunque, de dicto prebendario:—REDDEND. annuatim 10 lib.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Magistris Andrea Blakhall, Alex. Forester, ministris Verbi Dei, Petro Douglas:—Apud Edinburgh, 6 Oct. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 168.

2324. Apud Dalkeith, 12 Nov.

REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO CUNNINGHAME burgensi de Air, bastardo, filio naturali quondam Alexandri C. in Thomastoun. xxxiv. 181.

2325. Apud Dalkeith, 12 Nov.

REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI LESSELLIS incole ville de Carraill, bastardo, filio naturali quondam Andree L. in Caddame infra vic. de Fyffe. xxxiv. 194.

2326. Apud Dalkeith, 12 Nov.
REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Joannem abbatem de Lundoris, et ejusdem conventum,—[qua, pro 20 libris nomine gressume persolutis, ad feudifirmam dimiserunt (quondam) JOANNI CALVE burgensi Novi-burgi, et KATHERINE DYSARTE ejus sponse in conjuncta infeodatione, heredibusque illorum et assignatis quibuscunque,—7½ acras arabiles, 6 earum in boreali campo vulgariter *Our Hauch* (viz. 2 jacen. inter terras David Lowsoun et Steph. Orme, *lie* Clayis ad austrum et *lie* Medowgot ad boream, 3 jacen. inter terras Steph. Orme et Hen. Philp, stagnum inter villam et *lie Hauch* ad austrum, et pratum cum *lie Gott* ad boream, unam jacen. inter terras Jo. Wintoun et Stephani Orme, stagnum sub hortis ville de Newburgh ad austrum, et aquam de Taya ad boream, septimam acram in occidentali campo, vulgariter *Oure West-Brodland*, et dimediam acram in *lie Eist-Brodland*), cum tertia parte *lie* Almerie-cruik (per dictum Jo. occupat.), in regalitate de Lundoris, vic. Fyfe:—REDDEND. annuatim dicto monast. 12 libras 11 sol. 1 den., viz. pro dictis 7½ acris 10 lib., pro Almerie-cruik 44 sol. 5 den., et pro augmentatione rentalis 6 sol. 8 den.; cum tribus sectis ad tria placita capitalia in curia de Newburgh; et comparendo ad curias justiciarie et camerarie dicti monast. per se, suos officiarios et procuratores dum requisiti essent; et si firma insoluta remaneret ab uno termino in alium, vel si alienationem seu cambium facerent sine consensu dict. abbatis &c., hec carta nullius esset roboris:—Apud dictum monast., 8 Sept. 1560]:—INSUPER voluit quod hec confirmatio tanti esset valoris JACOBO CALWIE filio et heredi dicti Jo. C., ac si ante decessum dicti Jo. C. et dicti abbatis data fuisset:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 329.

2327. Apud Dalkeith, 13 Nov.
REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI LUKE alias Buquhane bastardo, filio naturali quondam . . . Luke in . . . xxxiv. 148.

2328. Apud Dalkeith, 17 Nov.
REX &c., concessit ROBERTO COLVILE, filio et heredi apparenti Roberti C. de Cleische,—terras et baroniam de Cleische (viz. terras de Middill Cleische, Westir C. et Dolyland earundem, Haltoun de C. cum turre, fortalicio et parca, Bordland de C., Nevinstoun Eistir et Westir, cum molendino et terris brueriis de C., cum tenentibus &c., terras de Blair-cramby, annuum redditum 10 marc. 10 sol. 8 den. de terris et baronia de Cramby, terras de Blaksawling cum earum silva), vic. Fyffe;—quas dictus Rob. senior personaliter resignavit:—TENEND. dicto Rob. juniori et heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus deficientibus, Jacobo C. de Eistir Wemys et heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Roberti junioris quibuscunque:—RESERVATO libero tenemento dicto Rob. seniori et Francisce Colquhoun domine Cleische ejus matri:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 161.

2329. Apud Dalkeith, 19 Nov.
REX &c., dedit literas legitimationis JACOBO et BARTHOLOMEO STRANGIS bastardis, filiis naturalibus Bartholomei Strang in Voisgerth in Zetlandia, inter eum et Helenam Tailyeour procreatis. xxxiv. 160.

2330. Apud Dalkeith, 23 Nov.
REX &c., confirmavit cartam factam per Margaretam M'Kynnistre, seniorem filiam et unam duarum heredum portionariarum quondam Thome M. de Blakcraig,—[qua, cum consensu Patricii Murdoch de Camloddane sponsi sui pro ejus interesse, concessit PATRICIO MURDOCH filio inter dictos Pat. et Margaretam genito, heredibus ejus et assignat. quibuscunque,—dimediam partem marcate terrarum de Lessence, 8 solidatarum 4 den. de Keruchtre, 5 solidatarum de Craigdewis, 6 solidatarum 8 den. de Kersmannoch, 6 solidatarum 8 den. de Blakcraig, cum integra mansione de Blakcraig, cum hortis, pomariis, edificiis et domibus ejusdem, et dimediam partem piscarie de Keruchtrie infra aquam de Crie, extenden. in toto ad 20 sol. terrarum antiqui extentus, in parochia de Monygoiff, senesc. Kirkcudbrycht:—TENEND. de rege:—RESERVATO libero tenemento dicte Marg.:

—TEST. Wil. Macklellane in Balmanghaine, Tho. M. ejus filio et apparente herede, Jac. Makclellane de Drumjowane, Thoma Makclellane in Blakcraig :—Apud Blakcraig, 24 Jun. 1573]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiii. 129.

2331. Apud Dalkeith, 23 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Cokburne feodatarii de Langtoun,—[qua, cum consensu patris sui Jacobi C. de Langtoun militis, liberi tenementarii de L., concessit MARGARETE COKBURNE sponse dicti Jac.,in vitali redditu,—in contentationem ejus tertie, juxta tenorem contractus inter dictos Jac. et Marg. ab una et dictum Willelmum ab altera partibus initi apud Edinburgh, 16 Maii 1574,—terras de Stobbiswod cum molendino et terris molendinariis earundem, terras de Selfburnerig et Leyis, extenden. ad 22 terras husbandias, in baronia de Langtoun, vic. Beruik :—TENEND. de rege :—TEST. Pat. Hepburne de Quhitcastell milite, Joanne Cokburne de Clerkintoun juniore, Jacobo Cokburne de Schouslie, Simone Cokburne alias *Captane*, Jacobo Cokburne olim de Herperden, Wil. Hepburne fratre germano dicti Pat. :—Apud Langtoun, 1 Nov. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 167.

2332. Apud Dalkeith, 23 Nov.

REX &c., confirmavit cartam M. Joannis Davidsoun, principalis regentis pedagogii et universitatis Glasgwen., ac vicarii perpetui ecclesie parochialis de Colmonell,—[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, —cum consensu decani seu presidentis et capituli Glasgwen., patronorum dicte vicarie, —ad feudifirmam dimisit M. GILBERTO KENNEDIE fratri germano quondam Thome K. de Bargany, et ISABELLE KENNEDIE ejus sponse,—glebam et terras ecclesiasticas dicte vicarie, extenden. ad 34 solidat. 4 den. terrarum antiqui extentus, in parochia de Colmonell (inter terras de Panbryd ad boream, Ovir Clauchantoun ad orientem, Balhomie et terras vocat. Gallowaystoun per Tho. M'Routhir occupatas ad occidentem, aquam de Stinchell ad austrum) :—TENEND. dictis Gilb. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Gilb. et assignatis quibuscunque, de dicto vicario :—REDDEND. 34 sol. 4 den. firme antique, et 5 sol. 4 den. augmentationis, in toto 40 sol. ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—PROVISO quod si tres termini transirent minime persoluti, hec emphiteosis censeretur nulla :—cum precepto sasine directo Joanni Kennedie fratri germano Davidis K. de Knokdaw :—TEST. M. Roberto Harbersoun, M. Hen. Gibsoun, notariis publicis, Jacobo Ros in Mayboill notario publico :—Apud civitatem Glasgwen., 6 Maii 1570] :—PROVISO quod hec confirmatio nullum adferret prejudicium acto parliamenti apud Edinburgh tenti mense Jan. 1572, quo constitutum est quod ministri ac lectores ad curam ecclesiarum parochialium deputati glebam et mansionem pro residentia perpetua haberent :—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 174.

2333. Apud Dalkeith, 23 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per M. Allanum Stewart commendatarium perpetuum monasterii Crucis-regalis, et ejusdem conventum,—[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt THOME KENNEDIE de Bargany, heredibus ejus et assignat.,—terras glebarias de Kirkcuthbrycht-Endertig, extenden. ad 20 solidat. antiqui extentus (per Alex. Ramsay et Jac. Cairnis occupat.), in comitatu de Carrik, vic. Air :—REDDEND. dicto monast. 20 sol. firme antique, et 40 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Andree M'Alexander et Joanni Lindesay :—TEST. Joanne Wallace, Jo. Lindesay, M. Jac. Colvile, servis dicti Tho. :—Apud Bargany, 1 Jul. 1573] :—PROVISO &c. (*ut in carta* 2332) :—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 175.

2334. Apud Dalkeith, 24 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Roberti Lauder de Bas senioris,—[qua concessit ELIZABETH HAY sponse sue, in vitali redditu,—terras de Clintis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. regi 2 den. argenti nomine albe firme :—cum precepto

sasine directo Waltero Lauder:—TEST. Tho. Hay servitore, Jo. Mowat:—Apud Beill, 30 Apr. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.
xxxiv. 184.

2335. Apud Dalkeith, 26 Nov.
REX &c., confirmavit cartam Joannis Cokburne de Ormistoun,—[qua,—pro observatione contractus cum decreto dominorum concilii interposito, de data 10 Jul. 1574,—pro 1040 marcis, vendidit WALTERO SCOT de Howpaslay militi, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras de Eistir Craik, cum molendinis, multuris, silvis, piscariis, annexis, tenentibus &c., vic. Rynburgh (Roxburgh):—REDDEND. regi unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Haye tutore de Smythfeild, Michaele Nasmyth de Posso, Jac. Dalmahoye servo dicti Jo. C., Jac. Harlaw:—Apud Edinburgh, 3 Nov. 1574]:—INSUPER dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 223.

2336. Apud Dalkeith, 28 Nov.
REX &c., confirmavit cartam Davidis Gardin de Connansyth,—[qua, intuitu matrimonii confecti, concessit ISSOBELLE GARDIN conjugi sue, in vitali redditu,—terras de Connansyth (excepta villa vocata Eistertoun earundem, per Nic. Logy, Wil. Neische et Jo. Logy occupat.), in baronia de Leis, vic. Forfare:—TENEND. de rege:—TEST. M. Pat. Gardin, Jo. Wylie, Davide Moysie:—Apud Edinburgh, 8 Sept. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 208.

2337. Apud Dalkeith, 4 Dec.[1]
REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO GORDOUN bastardo, filio naturali Joannis Gordoun de Lochinver.
xxxiv. 163.

2338. Apud Dalkeith, 6 Dec.
REX &c., confirmavit cartam factam per Claudium commendatarium perpetuum monasterii de Pasleto, et ejusdem conventum,—[qua, pro magnis pecunarium summis persolutis, aliisque gratitudinibus prestitis et prestandis, ad feudifirmam dimiserunt CUTHBERTO SEMPILL de Auchinbothie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 marcatas terrarum de Newtoun antiqui extentus (per dictum Cuth. occupatas), in parochia et regalitate de Pasleto, vic. Ranfrew:—Reddend. dicto monasterio 32 bollas avenarum minoris mensure dicti monasterii (vel 3 sol. 4 den. pro qualibet bolla), 16 pultrias (vel 6 den. pro qualibet pultria), tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis, in toto 8 marc. 11 sol. 4 den.; cum 12 den. in *lie bown silver*; et molendo grana apud molendinum de Paslay ut solitum est; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Pasletum, cum servitiis in curiis justiciariis et camerariis dicti monast. cum contingeret; et duplicando dict. feudifirmam in introitu heredum et successorum:—cum precepto sasine directo ballivo dicte regalitatis et ejus deputatis:—Test. Davide Hammiltoun de Ovir-Manis de Monktoun, Jo. Hammiltoun de Schawtoun, Rob. Rais notario:—Apud dictum monast., 24 Dec. 1574]:—Test. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15.
xxxiv. 320.

2414. Apud Halyrudehous, 30 Apr.
REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI KA in Culros, bastardo, filio naturali quondam Andree Kaa burgensis de Dysert. xxxiv. 252.

2415. Apud Halyrudhous, 4 Maii.
REX &c., confirmavit cartam quondam Joannis comitis de Levenax dom. Dernlie &c.,—[qua vendidit (quondam) JOANNI LOKART de Bar (patri Joannis L. tunc de Bar), et MARGARETE STEWART ejus sponse,—terras de Lenfene, extenden. ad 5 libratas antiqui extentus, in parochia de Galstoun, ballia de Kyle-stewart, vic. Air:—TENEND. dictis Jo. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jo. quibuscunque, de rege tanquam senescallo Scotie:—TEST. Wil. Stewart de Castelmylk, Arch. S. ejus fratre germano, Geo. Schaw de Knokhill, Alex. Lokart, Georgio Houstoun, M. Waltero Curry capellano ac notario publico:—Apud Edinburgh, 12 Maii 1522]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 254.

2416. Apud Halyrudehous, 8 Maii.
REX &c., confirmavit literam sub hac forma;—[BE IT KEND &c., ws James archebischop of Glasgow,—tending to the kingis majesteis educatioun in virtew and lettres, and allowing the lang and faithfull service of Maister PETIR YOUNG his hienes pedagoge done in the samin, quha notwithstanding thairof remanis unprovidit of convenient intertenement,—thairfoir, &c., with avise and consent of the dene, channonis and cheptour of oure cathedrall kirk of Glasgow, to have gevin . . . . to the said M. Petir—ane yeirlie pensioun of the sowme of 200 pundis usuall money of this realme during all the dayis of his lyfetyme, at the leist quhill he be providit be oure soverane lord or his hienes regent of the lyk or bettir pensioun or provisioun to his satisfactioun in sum uther place, to be yeirlie tane and upliftit of the reddiest males, teindis, fruitis &c. of the said archebischoprik;—and for the mair sure payment thairof we have assignit . . . . . the silver males of the kirk and landis undirwrittin, that is to say, furth of the kirk of Drymmen £76 13s. 4d., West Scheill £5 4s., Govane-Schelis and Hagis £4 13s. 4d., Littill Govane £3 6s. 8d., Brigend and Gorballis £6, Borrofeild £4, Garnicoch 40s., Lynnage-hauch £4, Bromehill 33s. 4d., Rammishorne 33s. 4d., Balschagrie £5 12s. 6d., Wodsyde £3 6s. 8d., Garroch £3 12s. 8d., Garbraid £4 6s., Reuchill 21s. 5d., Possillis Ovir and Nethir £5 9s., Lambhill 21s. 5d., Kenmure 36s. 4d., Kyndhill 51s. 4d., Haghill 48s. 8d., Carnidanis £5 5s. 5d., Auchinarne £3 12s. 8d., Robrestoun 53s. 4d., Lumloch £4 6s., Auchinloch £3 19s. 4d., Gardarroch £3 6s., Gardinkirk £3 12s. 4d., Cristoun £3 18s. 8d., Davidsoun £4 6s., Gardinquene £3 11s. 4d., Gardinquenemure £3, Gartforwye 39s. 10d., Johnestoun 39s. 10d., Mukraus 40s. 2d., Adingycht 33s. 4d., Badlay and Molenis £6 13s. 4d., Archibald-Lyonis-mylne 53s. 4d., and the Walkmylne 40s. money foirsaid . . . ;—and be thir presentis makis and constitutis the said Maister Petir and his factouris, oure chalmerlanis and factouris for ressaveing and uptaking of the foirsaidis males &c.:—PROVIDING that gif ony unjust compt be heirin expressit, we sall reforme the samin, &c.:—IN WITNES heirof &c.:—At Edinburgh, 22 Merche 1573.] xxxiv. 287.

2417. Apud Halyrudehous, 9 Maii.
REX &c., concessit WILLELMO CORSTORPHIN, filio legitimo Georgii C. portionarii de Kingis-bernis,—decimamsextam partem terrarum de Kingis-bernis, cum domibus, edificiis, hortis, toftis, croftis, in senesc. et vic. de Fyfe;—quam dictus Geo. resignavit:—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, in feudifirma:—SOLVEND. annuatim 50 sol., 9 bollas frumenti, 11 bollas ordei, 7½ capones, cum firmis feudifirmariis aliisque devoriis in antiquo infeofamento dicti Georgii et ejus predecessorum contentis; ac respondendo cum presentiis seu sectatoribus ad tria placita capitalia per senescallum de Fyfe

apud Falkland tenenda:—RESERVATIS libero tenemento dicto Geo., et rationabili tertia Egidie Hagy ejus sponse:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 248.

2418. Apud Edinburgh, 16 Maii.
REX concessit ADAMO EPISCOPO ORCHADENSI commendatario de Halyrudhous, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 19 lib. 12 sol. de terris de Cumstoun, in senesc. Kirkcudbrycht;—que terre fuerunt Joannis Kennedy de Blairquhan; et (bonis mobilibus super dict. terris et 10 marcatis terrarum de Lybrek non inventis) 14 Mar. 1574 (dicto episc. per M. Thomam Craig procuratorem comparente) dictus ann. red. dicto episc. appreciatus[1] fuit pro 373 lib. 6 sol. 8 den. (viz. pro spoliatione 20–30 Sept. et omnibus diebus Oct. 1573, a dicto episc. tanquam patre patrimonii dicti monast., de arabili et frugifera terra terrarum et parochie de Twynum in diocesi Galwidie, decimarum garbalium cropa anni 1573, viz. 120 *lie thraves* ordei estimat. ad 40 bollas, pretium bolle cum pabulo 3 lib., 300 *lie thraves* avenarum estimat. ad 120 bollas, pretium bolle cum pabulo 40 sol., et 13 lib. 6 sol. 8 den. pro expensis litis), necnon pro 18 lib. 13 sol. 4 den. pro feodo Joannis Ade, Francisci Jhonestoun et Roberti Gourlaw nunciorum, senescallorum de Kirkcudbrycht in hac parte:—et voluit rex quod dictus Jo. K. haberet regressum quandocunque dict. summas persolveret infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 258. et 641.

2419. Apud Halyrudhous, 3 Jun.
REX &c., concessit WALTERO SCOT filio et heredi apparenti quondam Roberti S. filii secundigeniti quond. Walteri S. de Syntoun, heredibus ejus et assignatis,—6 marcat. terrarum de Stirkschaw, in baronia de Chalmirlane-newtoun, vic. Roxburgh;—que fuerunt dicti Roberti, de Jacobo olim comite de Bothuile per servitium warde irredimabiliter tente, et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 340.

2420. Apud Halierudehous, 3 Jun.
REX &c., confirmavit cartam Thome Gordoun de Wrayis,—[qua vendidit WILLELMO LESLIE de Wardres, et JONETE INNES ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in vitali redditu, et WALTERO LESLIE eorum filio sextogenito, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis et assignatis dicti Walt. quibuscunque, hereditarie,—duas partes ville et terrarum de Wrayis, in baronia de Balquhane, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Leslie in *the Law*, Michaele Leslie in Warthill, Walt. Leslie in Auld-Leslie, M. Geo. Nicolsoun ministro Verbi Dei apud Gartullie, Wil. Thomesoun notario publico:—Apud . . . . , 28 Maii 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 582.

2421. Apud Dalkeith, 7 Jun.
REX &c., confirmavit cartam Georgii com. Cathanie dom. Sinclare &c.,—[qua vendidit filio suo GEORGIO SINCLARE Cathanie cancellario, heredibus ejus et assignatis,—terras et villas de Cannesbie, Settir, Qwyis, Hwnay, insulam de Stromay, superioritatem ville de Warris et Smedeis, villam de Dunnat cum molendino, multuris et sequelis, orientale latus ville de Murkill, in Cathania, vic. Invernes:—TENEND. de rege:—RESERVATO libero tenemento dicto comiti:—cum precepto sasine directo Magno Makbethsoun:—TEST. Andrea Keith in Subbuster, Alex. Mowet de Ruter, M. Joanne Donald, Wil. Bane:—Apud Mai, 18 Apr. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 264.

2422. Apud Dalkeith, 9 Jun.
REX &c., confirmavit ANDREE LEVINAX de Pluntoun, et JONETE LEVINAX ejus sponse future, filie legitime

[1] Names of assize:—Walter Bell in Dene, David Scrogie in Cannogait, John Smyth *ibid.*, John Sinclair *ibid.*, Joh. Watsoun in Sauchtounhall, John Stanehoip in Stainehoip-mylne, David Waus in Leith, Rob. Muire in Cannogait, John Hering in Gilmertoun, James Kincaid of Coittis, Rob. Couttis in the Hauch, Joh. Dalzell in Sauchtounhall, Alex. Reid in Graycruik, John Watsoun in Cannogait, Jas. Watsoun in Sauchtounhall.

Willelmi L. de Calie,—9 marcat. terrarum antiqui extentus de Kingis-pluntoun, in parochia de Kirkanderis, senesc. Kirkcudbricht;—quas idem And. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Andree et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus quibuscunque de corpore dicti And. legitime procreandis, quibus def., propinquioribus et legitimis heredibus masc. dicte Jon. quibuscunque, arma et cognomen de Levenax gerentibus:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 260.

2423. Apud Dalkeith, 9 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Kirkpatrik de Kirkmichell,—[qua, cum consensu Rogeri Kirkpatrik de Closburne et Thome K. de Alisland, curatorum suorum,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Drumfreis, 23 Jan. 1571,—concessit MARGARETE CHARTERIS tunc sponse sue, filie legitime Joannis C. de Amisfeild, in vitali redditu,—10 libratas terrarum antiqui extentus ville de Kirkmichell (reservando sibi et heredibus suis turrim, maneriem dominicalium et molendinum earundem), in baronia de Kirkmichell, vic. Drumfreis:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Harberto Cunynghame burgensi de Drumfreis:—TEST. Jo. Charteris de Amisfeld, Jo. C. ejus filio et herede apparente, Jo. Kirkpatrik filio et herede apparente Thome K. de Alisland, Rogero Kirkpatrik de Auldgirth, Jac. Gordoun de Kirkconnell, Hen. alias *Hary* Kirkpatrik, Michaele Carleill, Harberto Andirsoun notario publico:—Apud Kirkmichell, 11 Mar. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 262.

2424. Apud Dalkeith, 9 Jun.

REX &c., concessit WILLELMO MONCREIF nepoti et heredi apparenti Willelmi M. de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Moncreif, cum annexis, tenentibus &c., vic. Perth;—quas dictus Wil. senior resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—RESERVATO libero tenemento dicto Wil. seniori:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 486.

2425. Apud Halyrudehous, 10 Jun.

REX &c., dedit literas legitimationis GEORGIO WOD bastardo, filio naturali quondam Davidis Wod de Craig; et ordinavit quod, si dictus Geo. absque legitimis heredibus de corpore procreatis vel legit. dispositione de hereditatibus facta decederet, David Wod feodatarius de Craig, patruelis dicti Geo., et heredes ejus quicunque, essent dicti Geo. heredes. xxxiv. 259.

2426. Apud Dalkeith, 10 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Georgii Robesoun de Coldoch-Eister,—[qua vendidit DAVIDI ERSKIN COMMENDATARIO DE DRYBURGH—terras suas de Coldoch-Eister alias Spitteltoun nuncupatas, extenden. ad 4 librat. antiqui extentus, in senesc. de Menteith, vic. Perth:—TENEND. dicto Davidi et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Joanni comiti de Mar et heredibus ejus masc. quibuscunque, de rege in feudifirma:—cum precepto sasine directo Jacobo Schaw burgensi de Striviling:—TEST. Jac. Seytoun de Tuliebodie, Magistris Jo. Elphingstoun rectore de Invernachtie, Ric. Halden subdecano Dunkelden., Jac. Kinros de Kippenros, Alex. Seytoun apparente de Gargunnok:—Apud Striviling, 21 Maii 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 261.

2427. Apud Halyrudhous, 14 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Roberti Grahame de Knokdoliane,—[qua vendidit ROBERTO MAITLAND, heredibus ejus et assignatis,—19 solidat. terrarum de Makquhorkistoun (per Gilb. Makcaule occupat.), 14 sol. de Tippat (per Gasperum Fergussone occupat.), 40 den. de Klongirk (per Rob. Maitland occupat.), in parochia de Pempinp, baronia de Ecclis, vic. Dunfreis:—TENEND. de rege tanquam senescallo Scotie:—cum precepto sasine directo Davidi Dowglas de Baitfurd:—TEST. Joanne Blair de Middil-Auchindrane, Jo. Muire dom. de Auchindrane, Joanne Schaw de Drummet:—Apud burgum de Aire, 2 Sept. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 265.

2428. Apud Monast. S. Crucis, 24 Jun.

REX &c., concessit JOANNI NARNE,

filio et heredi apparenti Joannis Narne de Cromedaill,—terras de Lathintie, cum turre, fortalicio, manerie, molendino, terris molendinariis et multuris ejusdem, terras de Ovir et Myd Auchroisk, Garling, Nethir Auchroisk, Kirktoun de Cromdaill, Dallachapell et Rwnaballoch, in baronia de Cromedaill, vic. Invernes;—quas dictus Jo. senior apud Edinburgh resignavit:—TENEND. dicto Joanni juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, dicto Joanni seniori et heredibus ejus masculis quibuscunque, cognomen et arma de Narnis gerentibus:—RESERVATO libero tenemento dicto Joanni Narne seniori:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 300.

2429. Apud Dalkeith, 28 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Archibaldi com. Angusie dom. Dowglas et Abirnethie &c.,—[qua,—cum consensu Jacobi comitis de Mortoun dom. de Dalkeith &c., regentis Scotie, et Willelmi dom. Ruthven thesaurarii Scotie, curatorum suorum, pro eorum interesse,—pro perimpletione partis contractus initi inter se cum consensu dict. curatorum pro eorum interesse ab una, et Archibaldum Dowglas filium naturalem dicti regentis, cum consensu Joannis Dowglas in Glaspin et Jacobi Millar scribe, ejus curatorum, pro eorum interesse, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 6 Jun. 1575,—vendidit dicto ARCHIBALDO DOWGLAS—tertiam partem terrarum de Duffous cum tenentibus &c., cum terris de Pettindreich, Cauldcoittis, Darklie, Levingishauch et dimidietate de Surestoun et molendino de Pettindreich, vic. Elgin;—in excambium pro loco et terris de Catslak cum turre et fortalicio, locis et terris de Eistir et Westir Monbergear, in liberam tenandriam de Catslak incorporatis, cum pendicula de Catslak vocata Schuttingleis, in dominio de Ettrikforrest, vic. Selkirk; et pro nonnullis aliis terris, decimis et proficuis per dictum regentem nomine dicti Arch. D., et per dictum Arch. D., sibi venditis vel vendendis:—TENEND. dicto Arch. D. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo D. ejus fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio D. ejusdem fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. eorum fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto comiti Angusie et heredibus masculis et tallie in sua nova infeodatione comitatus Angusie contentis reversuras, de rege in feudifirma:—cum precepto sasine:—TEST. Joanne Ballenden de Auchnoule equite aurato, M. Davide Borthuik de Lochhill advocato regio, Geo. Auchinlek de Balmanno, Arch. Auchinlek ejus fratre germano, Jac. Myllar notario:—Apud Edinburgh, 24 Jun. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 275.

2430. Apud Dalkeith, 28 Jun.

REX &c., confirmavit cartam factam per Jo. Maitland commendatarium de Coldinghame, et ejusdem conventum,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt JOANNI MAILVILE in Coldinghame, et JONETE SMYTH alias MAITLAND ejus sponse,—terras subscriptas per dictum Joannem occupatas, in villa et territorio de Coldinghame, viz. 2 terras cottagias in fine orientali ejusdem (inter communiam ex boreali et orientali, et cottagiam Roberti Lun ex occidentali), terram cottagiam ubi habitavit (inter cemiterium vocat. *Michell-kirkyarde* ex orientali, et cottagiam Barbare Hume ex occidentali), cottagiam ex parte boreali vici publici ubi habitavit, torrile et horreum continentem (inter cotagiam dicti Rob. Lun et communiam), cotagiam juxta cemiterium ex australi (inter cotagias Jo. Lummisden et Alex. Rannaldsoun), dimedietatem terre husbandie in *lie* Riklisyde (ex latere solis dimedietatis terre ad Davidem Hume de *lie* Law pertinentis et per Wil. Hume occupat.), in baronia de Coldinghame, vic. Beruik:—TENEND. dictis Jo. Mailvile et Jonete eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. pro unaquaque cotagia 18 den., 1 *lie pultre* et 12 *lie day-workis* (viz. 4 in *turf tyme*, 4 tempore feni, 4 tempore messis), pro dicta dimed. ter.

husb. 6 sol. 8 den., 1 caponem et 1 gallinam, cum harriagio et carriagio usitato, tanquam antiquam firmam, et 12 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; nec liceret dictas terras aut earum partem alienare absque consensu dict. commendatarii &c.: —cum precepto sasine directo Gavino Gilrufe:—Defectu solutionis irrita esset hec carta:—Apud dictum monasterium, 21 Dec. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 285.

2431. Apud Dalkeith, 28 Jun.

REX &c., confirmavit cartam M. Joannis Manderstoun, prebendarii de Beltoun in ecclesia collegiata de Dunbar,—[qua, cum consensu decani et reliquorum canonicorum et prebendariorum dicte ecclesie, ad feudifirmam dimisit (quondam) JOANNI MANDERSTOUN fratri suo, burgensi de Dunbar, heredibus ejus et assignatis,—glebam seu croftam terre extenden. ad 1 acram, ad dict. prebendam spectan., ex parte australi dicte ecclesie (inter croftam prebende de Pincartoun ex boreali, et croftam prebende de Petcokis ex australi partibus):—REDDEND. annuatim dicto prebendario 6 sol. 8 den.; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Andree Kinhell:—TEST. Willelmo Achisoun, Hen. Hereat, Wil. Meslet, burgensibus de Dunbar, Pat. Home in Myrsyd:—Apud Dunbar, 1 Maii 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 286.

2432. Apud Dalkeith, 28 Jun.

REX &c., confirmavit cartam factam per Allanum commendatarium perpetuum de Croceragwell, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem loci sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt JONETE WALLACE in vitali redditu, et WILLELMO KIRKPATRIK ejus filio hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—40 solidat. terrarum de Clonluych antiqui extentus (per Jo. Achillair occupat.), in baronia de Corsragwell, comitatu de Carrik, vic. Air:—REDDEND. dicto monast. 3 lib. tanquam firmam antiquam, cum ariagiis, cariagiis, *lie kane fowlis* et aliis servitiis debitis et consuetis, necnon 4 sol. in augmentationem rentalis; ac dicto commendatario duplum, dicto conventui simplum, dicte feudifirme in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Croceragwell; et dicti Jon., Wil. &c., eorum subtenentes et inhabitantes dict. terrarum, asportarent grana super eis crescentia ad molendinum de Croceragwell molenda, multuras consuet. solventes; et si solutio feudifirme deficeret per tres terminos concurrentes, hoc infeofamentum annullaretur:—TEST. M. Michaele Wallace, Jo. Chalmer, Wil. Kirkpatrik ministro de Kilwynnyng:—Apud monast. de Croceragwell, 8 Feb. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 396.

2433. Apud Edinburgh, 30 Jun.

REX &c., dedit literas legitimationis ALEXANDRO BURNET et ROBERTO BURNET, filiis naturalibus M. Roberti B. rectoris de Contan. xxxiv. 268.

2434. Apud Dalkeith, 30 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Mowbray de Barnbowgall,—[qua,—cum consensu Elizabeth Kirkcaldy sponse sue, domine conjuncte infeodationis, et Roberti M. filii sui et heredis apparentis, feodatarii et vassalli sibi, terrarum subscript.,—pro impletione contractus de data apud Edinburgh et Barnbowgall, 20 Maii 1575,—vendidit M. ROBERTO CRYCHTOUN de Eliok, advocato regis, et AGNETI MOWBRAY ejus sponse,—quarteriam ville et terrarum de Eist Craigy (per Alex. Mow bray occupatam), alteram quarteriam earundem, cum 3 acris terrarum apud *lie* Cokkil burne (per Jacobum Dawling occupat.), in baronia de Dummany, vic. Linlithgw:—TENEND. dictis M. Rob. et Ag. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti M. Rob. quibuscunque, de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Mowbray fratre germano dicti Jo., M. Wil. Oliphant servitore dicti M. Rob.:—Apud Edinburgh et Barnbowgall, 20 Maii 1575]:—INSUPER, pro bono servitio dicti M. Roberti, dict. terras quitteclamavit:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 269.

2435. Apud Dalkeith, 30 Jun.
REX &c., dedit literas legitimationis JACOBO TARRAS bastardo, filio naturali D. Jacobi T. capellani infra ecclesiam cathedralem Moravien. xxxiv. 271.

2436. Apud Dalkeith, 30 Jun.
REX &c., confirmavit cartam D. Joannis Robesoun, prebendarii prebende vocate S. Katherine ecclesie collegiate B. Marie de Campo prope burgum Edinburgi,—[qua,—cum consensu prepositi et aliorum prebendariorum dicte ecclesie,—pro quadam summa pecunie aliisque gratitudinibus sibi prestitis, ad feudifirmam dimisit WILLELMO DWN in villa de Ormestoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum terre dicte prebende spectans in burgo de Edinburgh ad finem Peblis-wynd, juxta *lie* Cowgait (inter terram quam Matheus Litill in feudifirma habuit, et terram Alani Canoch carnificis ac burgen. dicti burgi) :—REDDEND. dicto prebendario 22 marc. firme antique, et 40 den. augmentationis; et annuum redditum debit. et consuet. :—cum precepto sasine directo Alexandro Clerk :—PROVISO quod dicti Wil. &c. persolverent dict. firmam, post obitum dicti Jo., thesaurario burgi de Edinburgh ad sustentationem ministri et pauperum elimosinariorum dicti burgi :—TEST. M. Rob. Hoppringill, D. Jac. Newtoun, D. Joanne Hislop, capellanis, in Creichtoun commoran. :—Apud dict. ecclesiam, 10 Oct. 1567] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 292.

2437. Apud Dalkeith, 3 Jul.
REX &c., confirmavit cartam quondam M. Willelmi Sinclare rectoris de Olrik,—[qua,—cum consensu Roberti episc. Cathanen., decani et capituli Cathanen.,—pro gratitudinibus &c., et pro pecuniarum summis solutis, ad feudifirmam dimisit honesto juveni JOANNI DUNDAS servo suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—2 denariat. terrarum ecclesiasticarum de Olrik (viz. unam in *Nethirsyde of Olrik*, alteram in *Ovirsyde* jacen.), cum domibus et duabus croftis iisdem annexis (per Hug. Millar et Hen. Richartsoun occupat.), cum cultura terrarum de novo meliorandarum, infra bondas Cathanie, vic. Invernes :—SOLVEND. annuatim dicto rectori 40 sol. (viz. 20 sol. pro unaquaque denariata), et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; et duplicando feudifirmam in introitu :—TEST. Angusio Hectorsoun, Alex. Roresoun, Rob. M'Therkle, Jac. Heggis, Jo. Lwid, D. Wil. Gray notario publico :—Apud Dornoch, 11 Mar. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 273.

2438. Apud Dalkeith, 6 Jul.
REX &c., confirmavit cartam Patricii Makdowell de Logane,—[qua vendidit JOANNI MAKDOWELL de Corgy, et HELENE AGNEW ejus sponse,—2½ marcat. terrarum de Portnusak, in parochia de Kirkmadin, vic. Wigtoun :—TENEND. dictis Jo. et Hel. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Uthredo Makdowell de Garthland, Andrea M. ejus fratre germano, Joanne Makdowell de Crokincrosche, M. Alex. Mauchan advocato, Wil. Patersoun scriba :—Apud Edinburgh, 3 Jul. 1575] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 283.

2439. Apud Dalkeith, 8 Jul.
REX &c., confirmavit cartam Georgii Clapen de Carslogy,—[qua vendidit WALTERO MAWER scribe, et MARGARETE HARVIE ejus sponse,—annuum redditum 12½ bollarum ordei et 12½ bol. farine avenatice de terris suis de Carslogy et Hiltoun de Carslogy, vic. Fyff :—TENEND. dictis Walt. et Margarete et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Walteri quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine :—TEST. Davide Jamesoun burgen. de Cupro, M. Wil. Harvie, Joanne Innes, Jo. Thomesoun, servitoribus dicti Walt. M., Joanne Baillie notario publico :—Apud Edinburgum, 9 Feb. 1574] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 389.

2440. Apud Dalkeith, 10 Jul.
REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Wil. commendatarium perpetuum

de Calco, et ejusdem conventum,—[qua,—pro gratitudinibus &c., necnon pro magnis pecuniarum summis persolutis pro reparatione monasterii sui solo tenus destructi per Anglos,—ad feudifirmam dimiserunt MARCO KER in Kippilaw, in vitali redditu, et THOME KER ejus filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—5 libratas 100 marcatarum terrarum de Clarylaw, vocatas Kippilaw et Routchister, cum turre, manerie, hortis, pomeriis, domibus, edificiis, pratis, marresia vocata Kirkmedo-mos, per dictum Marcum longo tempore preterito occupatas (viz. *beginnand at the north end of the said Kirkmedo-mos, passand north up ane dyk betuix the saidis landis and Rouchister and the landis of Clarylaw, quhill it cum to the fute of Routchister, and thairfra north the said dyke to ane pairt callit the Felzeonnykikis, quhilk dyke is the marche betuix Routchister and the landis of Midlame, and fra the saidis landis of Felzeone-nykkis eist to ane syke callit the Sillie-syke, quhilk is the marche betuix Routchister and Bowdane, and passand thairfra up ane dyke betuix Kippelaw and Bowdane, quhill it cum to Kippelaw-syk on the eist syd of Routchister, and thairfra passand evin eist betuix Kippilaw and Bowdane quhill it cum to ane dyk end at Cammestoun, and syne passand up ane syk upone the south syde of Kippilaw betuix the samyne and Clarylaw, quhill it cum to the Tressirrig-mos, and round about the samyne mos quhill it cum to ane balx betuix Kippilaw-hauch and Clarylaw, and fra that west quhill it cum to the Hayknowheid, and fra that passand downe to the south end of the said Kirkmedo-mos, be all airthis*), in baronia de Bowdane, regalitate de Calco, vic. Roxburgh :—REDDEND. dicto monast. 5 lib. tanquam firmam feudifirme debit. et consuet., et 20 sol. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum :—cum precepto sasine directo Joanni Symsoun et Roberto Thomsoun :—TEST. Rob. Ker juniore burgensi de Edinburgh, Marco Ker ejus fratre, And. Plumare, Jo. Hendirsoun, servitoribus dicti conventus, Jac. Ker de Quhitmure, Davide Hoppringle de Torwodley, Jacobo Hoppringle burgen. de Edinburgh :—Apud dictum monast., 3 Nov. 1565] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 276.

2441. Apud Dalkeith, 10 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Campbell de Calder,—[qua,—pro perimpletione contractus inter Wil. com. Mariscalli dom. de Keith &c., pro ipso et nomine Marie Keith ejus filie, et dict. Mariam cum consensu dicti Willelmi ejus administratoris et tutoris pro ejus interesse, ab una, et dictum Joannem ab altera partibus, initi apud Dunnotter, 5 Jun. 1575, necnon pro pecunie summis in dicto contractu specificatis, aliisque gratitudinibus sibi per dictum Wil. prestitis,—concessit dicte MARIE KEITH, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras dominicales *lie* Manis de Calder, cum manerie, turre, fortalicio, hospitio, hortis, pomariis, molendino, terris molendinariis, multuris, sequelis, terras de Auchindoun cum crofta et terris molendinariis, terras de Eister Evayn cum brueria et crofta ejusdem, terras de Auchnayime, Clones, Rureauch et Moy, cum brueria et crofta ejusdem, in thanagio de Calder, vic. Narne :—TENEND. de rege; cum officio balliatus dict. terrarum &c. :—cum precepto sasine :—PROVISO quod quandocunque dictus Jo. aut ejus heredes relevarent terras de Mekle et Litill Cumlechen, Dales, cum brueria et crofta, terras de Terfagrayn et Drynaquhan, cum molendino, terris molendinariis, multuris et sequelis, in baronia de Stratherne, et per annexationem in thanagio de Calder, vic. Narne, et dictam Mar. in eisdem in vitali redditu de rege tenendis infeodarent, et in ceteris terris suprascriptis in speciale warrantum earundem, tunc dicta Mar. huic carte renunciaret; et quod licet dicta Mar. in dictis terris dominicalibus &c. in speciale warrantum infeodaretur, non se prejudicaret penes suam rationabilem tertiam earundem si contingeret :—TEST. Wil. magistro Maris calli, M. Roberto Lummisden de Clowaith, Alex. Keith de Glakreaucht, Jo. Dunbar, Jo. Keith, Tho. Smyth, M. Jo. Robertsoun notario :—Apud Dunnotter, 14 Jun. 1575]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 277.

2442. Apud Dalkeith, 10 Jul.

REX &c., confirmavit cartam quondam D.

Georgii Duf portionarii de Castelfeild,—[qua, pro servitio et laboribus sibi impensis, concessit JOANNI DUF filio suo naturali, quondam bastardo sed tunc legitimato,—quartam et octavam partem terrarum de Castelfeild per se modo occupat., in baronia de . . . . . , vic. Banf:—Tenend. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. M. Joannis D. in Connes de corpore legitime procreatis, quibus def., heredibus masculis familie de Maldavet cognomen et arma de Duffis gerentibus, de rege:—Reservato vitali redditu dicto Georgio:—cum precepto sasine directo Alexandro Syme burgensi in Cullane:—Test. M. Jo. Duf in Connes, Geo. Duf filio quond. Willelmi D., Jo. Forrester, M. Wil. Lauty:—Apud Castelfeild, . . . Maii 1575]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 280.

2443. Apud Dalkeith, 10 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri episcopi Brechinen.,—[qua, cum consensu capituli,—pro gratitudinibus &c., ac pro . . . . marcis persolutis,—ad feudifirmam dimisit (quondam) CRISTINE RETTRAY, relicte M. Hugonis Guthrie, in vitali redditu, et PATRICIO GUTHRIE ejus filio, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—villam et terras de Dawgathy, in baronia de Kethik, vic. Forfare:—Reddend. dicto episc. 26 sol. 8 den., cum 6 caponibus, tanquam firmam antiquam, et 3 sol. 4 den. augmentationis; cum presentiis ad tria placita capitalia apud Brechinen; necnon interessent cum ballivo dicti episc. in guerris sive exercitibus regiis armati secundum consuetudinem regni propriis sumptibus; necnon duplicando dict. 30 sol. in introitu heredum:—Proviso quod si in solutione deficerent per duos terminos in tertium concurrentes, hec locatio expiraret:—cum precepto sasine directo Richardo Thomesoun:—Test. Magistris Joanne Wod, Thoma Buquhannane, Rob. Flescher, Jac. Murray, Jac. Cuthbert:—Apud S. Andream, 16 Jan. 1566]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 289.

2444. Apud Dalkeith, 10 Jul.

REX &c., concessit JOANNI DUF filio seniori et heredi apparenti M. Joannis D., heredibus ejus et assignatis,—terras de Maldavat cum molendino, vic. Banf;—que fuerunt dicti M. Jo. virtute infeofamenti ei per Geo. Duf de Maldavat ejus fratrem confecti, reservato vitali redditu dicto Geo.; et quas dictus M. Jo. resignavit:—Reservato vitali redditu dictis Geo. et M. Jo.:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 361.

2445. Apud Dalkeith, 16 Jul.

REX &c., confirmavit cartam Domine Eliz. Hume, priorisse de Sanct-Bothanis,—[qua confirmavit et, cum consensu conventus ejusdem, necnon pro pecuniarum summis persolutis, de novo dedit ARCHIBALDO AUCHINLEK, et JEANNE SLEICH ejus sponse,—terras de Blakerstoun, cum piscatione salmonum et aliorum piscium in aqua de Quhittiter, et silva earundem vocata . . . . , vic. Beruik; extenden. in rentali suo (cum per propria bona dicte priorisse non occuparentur) ad 20 lib.;—quas dicta Jeanna, cum consensu dicti Arch. pro ejus interesse, resignavit:—Tenend. dictis Arch. et Jeanne et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Arch. de corpore quibuscunque legit. procreandis, quibus def., Georgio A. de Balmanno ejus fratri germano, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus def., Joanni A. fratri similiter ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Adamo A. fratri similiter ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo A. fratri ejusdem, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus dicti Archibaldi quibuscunque, cognomen et arma de Auchiulek gerentibus, sive assignatis, de dicta priorissa in feudifirma:—Reddend. 20 lib. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—Test. And. commendatario de Jedburgh, Jo. Rentoun de Billie, Davide R. ejus filio et herede apparente, Joanne Forsyth notario publico, Jacobo Auchincraw de Gunisgrene, Jo. A. ejus filio et herede apparente, Geo. Auchincraw in Nethir Aytoun, Jo. Flint notario publico:—Apud Edinburgh et

dictum monast., 11 et 16 Jul. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 279.

2446. Apud Dalkeith, 23 Jul.
REX &c., confirmavit et de novo dedit ARCHIBALDO AUCHINLEK, et JEANNE SLEICH ejus sponse,—terras de Cumleche, cum turre, fortalicio, manerie, granorum et fullonum molendinis, terras de Staneflat (per Wil. Chirnesyd occupatas), jacen. prope villam de Duns, terram husbandiam in Groweldykis (per Jac. Jamesoun occupat.), vic. Beruik;—quas eadem Jean. personaliter resignavit:—TENEND. dictis Arch. et Jeanne eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Arch. quibuscunque sive assignatis:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 278.

2447. Apud Dalkeith, 24 Jul.
REX &c., dedit literas remissionis WILLELMO CLERK, filio Davidis Clerk in Dysert, pro toto tempore ejus vite duraturas, —pro arte et parte interfectionis Davidis Orknay carbonarii in Dysert, in mense Jul. 1574 perpetrate. xxxiv. 290.

2448. Apud Halyrudhous, 26 Jul.
REX &c., confirmavit cartam quondam Davidis Spens in Elistoun,—[qua,—pro observatione contractus matrimonialis initi apud Kirklistoun, 15 Jul. 1568,—concessit MARGARETE DIKSOUN sponse sue future, filie Joannis D. in Elistoun, tanquam in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—7 acras terre arabilis *lie* Cruikis nuncupat., in territorio de Belhevin, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—TENEND. de dicto Dav. sub confirmatione regis, de quo tente sunt in capite:—REDDEND. unum den. albe firme, cum aliis juribus et servitiis regiis inde solvi consuetis:—TEST. M. Jo. Manderstoun rectore de Beltoun, D. Geo. Manderstoun prebendario ecclesie collegiate S. Egidii de Edinburgh, Wil. Lyn in Cliftoun, Alex. Diksoun fratre germano dicte Marg., Jo. Thomesoun:—cum subscriptione notarii de mandato dicti Dav.:—Apud burgum de Dunbar, 8 Oct. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 284.

ANNO REGNI 9. ANNO DOMINI 1575.

2449. Apud Edinburgh, 30 Jul.
REX concessit RICARDO SPENS filio et heredi quondam Bartholomei S. de Chirnsyd-manis, heredibus ejus et assignatis,—4 librat. et 1½ octavas partes dimedie librate de 10 libratis terrarum de Hardanis, vic. Beruik;—que fuerunt in manibus regiis ratione nonintroitus (ob reductionem processus appreciationis earundem a quondam Petro S. patre dicti Barth.) a decessu Petri Spens de Hardanis, per 40 annos ante 22 Dec. 1565, nonintroitu per regis matrem donato dicto Barth.; et literis vicecomiti de Beruik directis (ex declaratione quond. M. Joannis Spens de Condie et M. Roberti Crichtoun de Eliok, advocatorum regiorum, ac dicti Ric. et Alexandri Spens ejus tutoris pro ejus interesse), et Joanne Wolf de Wadalie (filio et herede quondam Thome W. de W.) pretenso hereditario possessore dict. terrarum, Beatrice Lyle ejus matre et M. Willelmo Schaw ejus sponso pro ejus interesse, per Wil. Wallace nuncium vicecomitem in hac parte citatis, 8 Jul. 1575, in curia apud Edinburgh tenta coram Jo. Cokburne, deputato Jacobi Cokburne de Langtoun militis vicecomitis de Beruik, appreciate fuerunt[1] pro firmis earum per

[1] Names of assize, first impanelled at Langtoun, 11 May 1574:—Alex. Haitlie of Lambden (chancellor), Tho. Ramsay of Wyliecleuch, Jas. Cokburne of Chouslie, Joh. Haitlie of Brumhillis, Wil. Craw in Swentoun, Jas. Craw in Swynwod, Rob. Andirsoun in Kello, Alex. Hume in Coldinghame, Tho. Gray in Haymowth, Adam Brounfeild of Hardaikeris, Rob. Huldie in Aytoun, Joh. Cokburne in . . . . , Arthur Manderstoun in Duns, Wil. Trotter in Ryislaw, Simon Dalgleis in Ranrig. On 13th Apr. 1575 Joh. Gray in Haymouth was substituted for Tho. Gray (dead), and Geo. Haitlie in Hordlaw for Wil. Trotter; but no valid verdict could be obtained till the court was removed to Edinburgh.

dict. 40 annos ad ratam 6 marc. annuatim pro unaquaque librata, in toto 982 marc. 6 sol. 8 den.:—et voluit rex quod dicti Jo. Wolf et Beatrix Lyle, heredes et assignati dicti Jo., haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium: —TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15.

xxxiv. 291.

2450. Apud Dalkeith, 5 Aug.

REX &c., concessit GEORGIO PATERSOUN burgensi de Edinburgh, filio quondam Joannis P. in Hartstane, heredibus ejus et assignatis,—15 solidat. terrarum de Quhitslaud (per dictum Geo. occupat.), in baronia de Glenquhome, vic. Peblis;—quas Joneta Diksoun resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 293.

2451. Apud Dalkeith, 12 Aug.

REX &c., concessit AGNETI BISCHOPE, filie legitime quondam Roberti B. alias Huntroddis burgen. de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terram vastam continen. in longitudine $1\frac{1}{2}$ particatas cum $\frac{3}{4}$ ulne, in burgo de Edinburgh infra tenementum Wil. Adamesoun burgen. de Edinburgh (inter terram Jo. Stoddart et ejus sponse);—que in manibus matris regis devenit ob forisfacturam Thome Bischop fratris dicte Agnetis:—FACIEND. servitium burgi, et solvend. annuos redditus aliaque devoria debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 317.

2452. Apud Thomtalloun, 1 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Leslie de Balquhane,—[qua, pro perimpletione contractus initi apud Abirdene, 8 Sept. 1574, vendidit ALEXANDRO LITSTARE burgensi de Abirdene, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras suas de Syde, in baronia de Balquhane per unionem, vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Joanni Leslie et M. Jacobo Harvie de Boyndis:—TEST. M. Jac. Hervie de Boyndis, M. Jo. Fruid, Alex. Paip, Jo. Leslie, Jac. Spens:—Apud Abirdene, 9 Sept. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 298.

2453. Apud Halyrudehous, 1 Oct.

REX &c., concessit ROGERO GREIRSOUN de Lag, et heredibus ejus masculis quibuscunque,—dimedietatem 19 marcatarum terrarum antiqui extentus de Bargaltoun, Larghiane, Derimall, Culyeane, Donene et Dwnnynniscoddrum, in parochia de Balmaghie, senesc. Kirkcudbricht;—quam Jo. Greirsoun, frater germanus dicti Rog., personaliter resignavit:—RESERVATO libero tenemento Egidie Kennedie domine Lag:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 294.

2454. Apud Halyrudehous, 6 Oct.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Thomam Lummisdane de Ardre, M. Jo. Arnat, Wil. Buse et Jo. Davidsoun, ballivos burgi de Craill, ac consules, burgenses et communitatem ejusdem,—[qua, pro 530 marcis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt comburgensi suo (quond.) ANDREE FERMOUR in Kippo, et MARGARETE FROSTAR ejus sponse in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, heredibus et assignatis dicti And. quibuscunque,—duo molendina communia dicti burgi, cum eorum sequelis et multuris liberis et astrictis tam intra quam extra dictum burgum, intra villam sive burgum predict. aut ejus fines (inter theatrum sive aggerem australem campi lusorii tendentem ad *lie cobill* Roberti Greg versus *north-eist* ex boreali, tenementum Jac. Colt et aquam discurrentem ex orientali, croftam Mariote Cas ex occidentali, littus maris ex australi), ita quod dicti And. &c. haberent semitam quondam per dict. fundum tendentem ad littus, in constabularia de Craill, vic. Fyff:—TENEND. de dictis ballivis &c.; cum potestate aquas ab omnibus partibus pre communibus terris dicti burgi ad aqueductus attrahendi, et ad hunc effectum fossas effodiendi, incipiendo ad Tolry-loch, dictis And. &c. sustentantibus aggerem circa dict. lacum prope exitum aque, vulgo *uphaldan the e of the said loch*:—REDDEND. 20 marc. firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis; et sustentando dicta molendina in structuris et expertis molitoribus et servis ad serviend. dictis ballivis &c. et omnibus aliis personis ad contundendum et molendum grana ad dicta molendina; quod si debite factum foret, dicti ballivi &c. et omnes dicti burgi incole ad dict. molendina

cum granis suis cujuscunque speciei molendis confluerent sub pena solutionis aride multure; et dicti And. &c. non alienarent absque consensu dictorum ballivorum &c.: —TEST. Rob. Hird, Dunc. Millar, And. Russall, D. Jac. Ewat capellano:—cum signo et subscriptione M. Joannis Bowman notarii publici:—Apud burgum de Craill, 7 Dec. 1551]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 296.

2455. Apud Halyrudehous, 14 Oct.

REX &c., concessit DAVIDI WOD, filio et heredi apparenti Davidis W. de Craig,—terras et baroniam de Hiltoun (viz. terras de Dwnnwne-Eister cum turre, fortalicio et molendino, terras de Balkelie, Fullertoun [excepta sexta earum parte], vic. Forfare; terras de Hiltoun cum portu et piscariis, vic. Kincardin); cum turribus, fortaliciis, molendinis, piscariis tam in aqua dulci quam salsa, annexis, tenentibus &c., per Jacobum V. regem unitis in unam baroniam de Hiltoun; dictam sextam partem de Fullertoun, cum dimedietate molendini Craig-myln nuncupati, cum terris molendinariis et astrictis multuris earundem; cum astrictis multuris terrarum et ville de Drummelie (capiendo decimum-quartum granum pro arida multura), in parochia de Fordoun, vic. Kincardin;—quas dictus Dav. Wod senior resignavit:—TENEND. dicto Davidi juniori et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus tallie contentis in infeofamento predecessoribus dicti Dav. desuper confecto:—RESERVATO libero tenemento dicto Dav. seniori:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 303.

2456. Apud Halyrudehous, 24 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Hammiltoun, filii legit. nati inter (quond.) Jac. H. de Kincavill et Issobellam Sempill ejus sponsam,—[qua vendidit ALEXANDRO STEWART de Scottistounhill, et ELIZABETH HAMMILTOUN ejus sponse,—villas et terras de Levingstoun, terras et villam de Cousland, terras et villam de Carmondene, manerie et terris dominicalibus earundem exceptis, vic. Linlithgow:—TENEND. dictis Alex. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque sive assignatis, de rege:—cum precepto sasine directo Joanni Corsar scribe:—TEST. Gilberto Thornetoun notario publico, Davide Stewart ejus servo, Gilb. Makquhorie mercatore:—Apud Edinburgh, 8 Jul. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 304.

2457. Apud Halyrudehous, 24 Oct.

REX &c., confirmavit cartam factam per Marcum commendatarium perpetuum de Newbottill, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt JOANNI LEVINGSTOUN de Abircorne, et ELIZABETH CARMICHAELL ejus conjugi,—5 marcatas terrarum de Gartmillane, cum communia in mora sua Ryding-mure nuncupata (extenden. in rentali suo ad 5 marc.), in baronia sua de Monkland, vic. Lanerk;—que fuerunt Joannis Craufurde in Grange de Bothkenner, et Elizabeth Levingstoun ejus conjugis, in feudifirma; et quas iidem resignaverunt:—TENEND. dictis Joh. L. et Eliz. C. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jo. L. quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 5 marcas 6 sol. 8 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia dicte baronie:—cum precepto sasine directo Joanni Crawfurde de Rachsallo, et Waltero Seytoun:—Apud dictum monasterium, 1 Jun. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 309.

2458. Apud Halyrudehous, 26 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Innes de eodem,—[qua,—pro servitiis sibi factis et faciendis, necnon pro summa pecunie persoluta, et ob vastationem nonnullarum partium terrarum subscriptarum per inundationem aque de Losse,—ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO HAY de Fynesfeild, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Fros-

terset, cum domibus, edificiis, hortis, pomeriis, *lie* Ovir et Nethir Cruikis eisdem adjacen., et brasinam earundem (per dictum Alex. H. occupat.), ac cum privilegio pascendi ejus pecora et animalia quecunque infra omnes bondas terrarum suarum baronie de Kilmalamok, ac cespites, glebas, turbarias et alia focalia lucrandi infra dict. bondas, in dicta baronia, vic. Elgin et Fores :—RESERVANDO dicto Alex. Innes et heredibus suis, et tenentibus ville de Frosterset, tantum silvarum silve de F. quantum sufficeret ad edificationem et reparationem defectuum domorum et edificiorum dicte ville :—REDDEND. dicto Alex. I. 16 lib. 13 sol. 4 den. pro pretio 2 celdrarum victualium, tanquam firmam antiquam, necnon 13 sol. 4 den. augmentationis ; et si tres termini currerent in quartum solutione minime facta, hec infeodatio nulla haberetur ; et faciendo dicto Alex. Innes servitium in guerris et exercitibus regiis, sumptibus dicti Alex. I., et in propriis negotiis dicti Alex. I. contra quascunque personas (regali auctoritate excepta) sumptibus dicti Alex. I. :—cum precepto sasine directo Willelmo Hay burgen. de Elgin :—TEST. Jo. Innes de Unthank, Davide Hay fratre germano dicti Alex. H., Wil. Douglas vicario de Elgin notario publico :—Apud Elgin, 26 Sept. 1575] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 299.

2459. Apud Halyrudehous, 29 Oct. REX &c., confirmavit cartam Davidis Gardin feodatarii baronie de Leyis,—[qua vendidit DAVIDI ROSSYE de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —quartam suam partem terrarum dominicalium de Rossy, cum tenentibus &c. (per Dunc. Lamb subtenentem Davidis Wod de Craig liberetenementarii ejusdem occupatam), in parochia de Inchebryok, vic. Forfar :—TENEND. de regina :—cum precepto sasine directo Richardo Mailvile de Baldowye :—TEST. Patricio Gardin de eodem, Ric. Mailvile de Baldowie, Wil. Barclay feodatario de Newdosk, Tho. Crawmonth, M. Walt. Mailvile, M. Tho. Bowsie notario publico :—Apud civitatem Brechinen., 14 Jul. 1565] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 301.

2460. Apud Halyrudehous, 29 Oct. REX &c., confirmavit cartam Jacobi Crichtoun de Frendraucht militis,—[qua vendidit GEORGIO CRICHTOUN de Litill Forg, et KATHERINE LESLIE ejus conjugi,—terras de Commysties, in baronia de Frendraucht, vic. Abirdene :—TENEND. dictis Geo. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus legitime inter eos procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Geo. de corpore legitime procreandis, quibus def., dicto Jacobo, heredibus suis et assignatis quibuscunque reversuras, de rege :—cum precepto sasine directo Willelmo Irrwing apparenti de Tullocht :—TEST. Alexandro Chene in Aucharnye, Pat. Leslie in Flindir, Jac. Crichtoun de Condlay, M. Wil. Davidsoun, M. Alex. Davidsoun :—Apud Abirdene, 6 Jun. 1571] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 314.

2461. Apud Halyrudehous, 31 Oct. REX &c., concessit M. ROBERTO RICHARDSOUN quondam thesaurario suo, in vitali redditu, ac ROBERTO RICHARDSOUN ejus filio naturali in feodo,—terras dominicales de Kerslogy, cum turre, fortalicio, manerie, hortis et silvis, extenden. ad 5 librat. antiqui extentus, et ad 50 marcat. novi extentus prout retornate sunt, vic. Fyff ;—quas Georgius Clepane de Keslogy, nepos et heres quond. Georgii C. de K., resignavit :—TENEND. dicto M. Roberto *ut supra*, dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo R. de Smetoun ejus fratri, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Jac. quibuscunque :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 305.

2462. Apud Halyrudehous, 1 Nov. REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI KIRKPATRIK bastardo, filio naturali Joannis K. in Laicht. xxxiv. 313.

2463. Apud Halierudehous, 1 Nov. REX &c., confirmavit cartam quondam Patricii episc. Moravien. commendatariique perpetui de Scona,—[qua,—cum consensu

canonicorum Moravien.,—pro magna pecunie summa persoluta, ad feudifirmam dimisit NORMANNO DUNBAR, filio Alexandri D. de Cumnok militis,—villam et terras de Clony, in baronia sua de Raffert, regalitate de Spynie, vic. Elgin et Fores: —Tenend. dicto Norm. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Normanni quibuscunque et assignatis, arma et cognomen de Dunbar gerentibus, de dicto episcopo:—Reddend. 5 libras firme antique, 40 sol. pro marta, 6 sol. pro 2 duodenis pultrearum, 8 sol. pro 2 bollis avenarum, 33 sol. 4 den. pro gressuma, 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis; ac duplicando dict. 9 lib. 14 sol. in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia cum personali presentia apud Spynie vel Bischop-mylne vel alibi; et faciendo servitium debitum et consuet. sicut ceteri tenentes dicte baronie; et prestando personalem presentiam per ipsos et inhabitatores dict. terrarum in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis; et pergendo cum dicto episc. aut ejus ballivo in guerris regis, in rebus bellicis et armis induti secundum patrie consuetudinem propriis sumptibus:—cum precepto sasine directo Jacobo Gibsoun burgen. de Elgin: —Test. Andrea Moncreif, Jo. Hepburne vicario de Bottarie, Wil. Leirmonth, Jac. Moncreif, Jac. Crommie, D. Jo. Gibsoun rectore de Unthank:—Apud palatium de Spynie et ecclesiam cathedralem Moravien., 20 Jan. 1569]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 481.

2464. Apud Halyrudhous, 4 Nov.

REX &c., confirmavit cartam M. Georgii Leslie, canonici Abirdonensis rectoris de Murthlik nuncupati prebendarii,—[qua,—cum consensu Willelmi episc. Abirdonen., decani et canonicorum ejus,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit M. THOME GARDIN, et ELIZABETH STEWART ejus sponse,—mansum, locum et hospitium de Murthlak cum clausura et domibus ejusdem, cum horto et cauda seu crofta dicto manso adjacen. ex parte occidentali (inter mansum rectoris de Clate ex australi, et mansum rectoris de Kinkell ac terras ville de Cottoun ex occidentali), infra Canoniam civitatis Veteris Abirdonen.:—Tenend. dictis Tho. et Eliz. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, heredibusque inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. et assignatis quibuscunque, de dicto rectore de Murthlak:—Reddend. annuatim dicto rectori 6 sol. 4 den., necnon capellanis seu vicariis chori ecclesie cathedralis Abirdonen. 10 sol., et 4 den. in augmentationem rentalis dicti rectoris; necnon duplicando dict. 6 sol. 8 den. in introitu heredum sive assignatorum: —Proviso quod, si dictus rector dictos Tho. &c. in jus vocaret ad reducend. hanc infeodationem (etiam in eventum non solutionis canonis), solveret eis 300 marc., cum expensis per eos factis in reparatione seu melioratione dict. mansi &c. (eorum juramento taxandis), priusquam in judicio audiretur:—cum precepto sasine directo Wil. Stewarde:—Test. Magistris Tho. Lumisdane a Kynkell rectore, Geo. Barclay causidico curie consistorialis Abirdonen., Rob. Cokburne:—Apud civitatem Abirdonen., 28 Maii 1575]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 568.

2465. Apud Halyrudehous, 5 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Colini M'Kenze de Kintale,—[qua,—pro perimpletione contractus registrati in libris dominorum concilii, de data apud Edinburgh, 10 Mar. 1574,—vendidit ALEXANDRO BANE seniori de Tullicht, et AGNETI FRASER ejus sponse (vitalibus reddituariis terrarum de Rewindoun in prioratu seu baronia de Beulie, vic. Invernes), et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et ALEXANDRO BANE juniori, eorum filio seniori (feudatario dict. terrarum), hereditarie, heredibusque masc. ejus de corpore legit. procreatis et assignatis, quibus deficientibus, heredibus masc. inter dictos Alex. seniorem et Ag. legitime procreatis et eorum assignatis, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. senioris quibuscunque et assignatis,—dimedietatem terrarum de Cultaloid, in comitatu Rossie, vic. Invernes:—Tenend. de rege tanquam com. Rossie:—Proviso quod quam cito dictus Col., heredes ejus sive assignati, legitime infeodarent dictos Alex. &c. in terris de

Kilmure cum earum piscaria salmonum, diocesi et episcopatu Rossen., vic. Invernes, tenendis de episcopo Rossen. in feudifirma pro simili annua solutione prout contentum est in infeofamento olim D. Davidi Barthan desuper confecto, dicti Alex. &c. renunciarent omni titulo ad dict. dimed. de Cuntaloid: —cum precepto sasine directo Roberto Frenche:—Test. M. Jac. Hering preposito de Methven, Geo. H. ejus fratre germano, Dunc. Bane filio dicti Alex., Alex. Makiok et Alex. Suderland servitoribus dicti Col., D. Jo. Gibsoun rectore de Unthank notario publico:—Apud Rosmarke, 5 Maii 1575]: —Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 311.

2466. Apud Halyrudehous, 5 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Colini M'Kenze de Kintale,—[qua,—pro perimpletione &c. (*ut in carta* 2465),—vendidit ALEXANDRO BANE de Tullicht, et AGNETI FRASER ejus sponse (vitalibus reddituariis &c. *ut in carta* 2465), et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et ALEXANDRO BANE filio inter eos legitime genito (feodatario *ut in carta* 2465), hereditarie, et heredibus (*in carta* 2465 *contentis*),—terras de Eister Drynie, in comitatu Rossie, vic. Invernes:—Tenend. de rege tanquam com. Rossie:—cum precepto sasine directo Roberto Franche:—Test. M. Jac. Hering preposito de Methven, Geo. Hering ejus fratre germano, Hectore M'Kenze in Forbryne, Alex. Sudirland, Alex. Makgillepatrik Dow, servitoribus dicti Col., D. Jo. Gibsoun rectore de Unthank notario publico: —Apud Rosmarkie, 5 Maii 1575]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 312.

2467. Apud Halyrudehous, 8 Nov.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Achesoun de Gosfurde,—[qua, cum consensu Helene Reid sponse sue,—pro perimpletione partis contractus de data 9 Nov. 1575 (*sic*),—vendidit THOME INGLIS de Eist Scheill, et MARGARETE INGLIS ejus conjugi,—terras de Wamfraflat, vulgo Wamfrais-landis nuncupat., cum tenentibus &c., manerie, pomerio et hortis earundem, extendentes in integro ad 18 acras, prope burgum de Lanerk infra territorium et *lie suilzie* ejusdem (inter bondas specificatas), vic. Lanerk:—Tenend. dictis Thome et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Tho. quibuscunque et assignatis, de rege:—Reddend. servitium pisture vafrarum cum rex apud dict. burgum resideret, nomine albe firme:—cum clausula warrantizationis ob quodcunque factum aut defectum dicti Alex., aut quondam Alexandri A. patris sui vel quond. Jacobi A. patrui sui:—cum precepto sasine:—Test. M. Jo. Scharp advocato, M. Jo. Nicolsoun, Jac. Millare notario, Pat. Achesoun, Jac. Wod sartore, Jo. Gray:—Apud Edinburgh et Gosfurde, 6 et 7 Nov. 1575]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 307.

2468. Apud Halyrudehous, 8 Nov.

REX &c., confirmavit cartam M. Joannis Wardlaw, rectoris de Moffet ac capellani perpetui capellanie apud sacellum Divi Andree intra baroniam de Bruntoun baronie de Lochquherscher-Westir annexam fundate,—[qua, cum consensu Henrici Wardlaw de Torrie, patroni dicte capellanie, in feudifirmam dimisit HENRICO WARDLAW de Contill filio legitimo dicti Hen. W. de T., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Balquharge, in baronia de Bruntoun, vic. Fyff:—Reddend. dicto capellano 48 marcas pro redditu antiquo, necnon 2 marc. augmentationis:—cum precepto sasine directo Joanni Wemis de eodem juniori:—Test. Davide Wemis de eodem, M. Stephano Wilsoun rectore de Glendowen, Jac. Wardlaw, Jac. W. ejus filio, Georgio Traill, Tho. Wilsoun:—Apud Brontoun et Balingarie, 1 Oct. 1574]:— Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 310.

2469. Apud Halyrudehous, 8 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro magnis pecuniarum summis ad reparationem palatii monasterii sui persolutis, concesserunt JOANNI GILYEANE, et ELIZABETH BRAIDWOD ejus sponse,—octavam partem ville et terrarum de Cowtfald (per dictum Jo. occupatam), cum domibus, edificiis et hortis, in baronia et regalitate de Kinlos, vic.

Elgin et Fores;—que fuerunt Joannis Reid de Aikinheid in feudifirma, et quas dictus Jo. R. in favorem dict. Jo. G. &c. resignavit:—TENEND. dictis Jo. G. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Jo. G. et assignatis quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 6 firlotas farine, 10 firl. ordei, 2 bollas frumenti, 1 bollam avenarum equorum, 20 sol. monete, 4½ capones, 4½ pultrias, 2 anseres, 6 sol. *lie rin-mart-silvir* (vel pro qualibet bolla farine et ordei 6 sol. 8 den., pro bol. frumenti 10 sol., pro bol. avenarum 3 sol. 4 den., pro ansere 10 den., pro capone 8 den., pro pultrea 4 den.), et 4 sol. 1½ den. pro arreagiis, carreagiis et aliis debitis servitiis, et 2 sol. 3 den. in augmentationem rentalis, secundum ratam in carta dicti Jo. R.; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast., et personalem presentiam per ipsos et inhabitatores dict. terrarum in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis; necnon duplicando dict. 4 lib. 8 sol. 6½ den. in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine directo Georgio Hatmaker:—RESERVANDO dimediam partem dicte octave partis Eliz. Murdocht matri dicti Jo. G. pro ejus vita, de speciali consensu dictorum Jo. G. et Eliz.:—TEST. Adamo Bruce, M. Jacobo Ramsay, Jo. Dawsoun in Hempriggis, Thoma Inche ibid.:—Apud Edinburgum, 15 Jun. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 315.

2470. Apud Halyrudhous, 9 Nov. REX &c., dedit literas legitimationis ALEXANDRO HUME bastardo, filio naturali Jacobi H. de Chirnsyid-manis. xxxiii. 146.

2471. Apud Halyrudhous, 9 Nov. REX &c., confirmavit cartam Patricii Murray de Fallahill,—[qua,—pro perimpletione partis contractus initi inter se ab una, et Barbaram Home relictam Roberti Carnecorce de Colmeslie, et Wil. C. tunc de Colmeslie ejus filium cum consensu Marci Home de Craig et Nicolai Carnecorce de Calffhill ejus curatorum, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 7 Nov. 1575, in libris dominorum concilii registrat.,—vendidit dicte BARBARE HOME in vitali redditu, et dicto WILLELMO CARNECORCE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—terras suas de Cranstoun-Riddell, cum manerie, superioritate, tenentibus &c., vic. Edinburgh:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Rob. Carnecorce fratre dicti Nicolai, Malcolmo Murray filio dicti Pat., M. Rob. Young, M. Jo. M'Calzeane notario publico:—Apud Edinburgh, 8 Nov. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 308.

2472. Apud Halyrudehous, 9 Nov. REX &c., confirmavit cartam M. Archibaldi Douglas, subdecani Orcaden. ac prebendarii perpetui prebende vocate Sanct-Douthois,—[qua,—cum consensu Adami episcopi Orcaden., capituli et canonicorum ejusdem,—pro pecuniarum summis, auxiliis &c. sibi prestitis, ad feudifirmam dimisit PATRICIO BELLENDEN de Stenhous, et (quondam) KATHERINE KENNEDIE ejus sponse,—3 denariat. terrarum de Brek in Setterquoy, 3 den. de Cognisgar, 4½ den. de Hurkisgar, 4½ den. de Nethir Garssand, cum denariata de Noba, 2 den. de Skorwaill et Helsquoyis, 9 den. de Newgair, obulatam de Linday, 5 den. de Newbegger, 1 den. jacen. in Gorne (*sive* Gorg), 4½ den. de Tensta (*sive* Stenstay), 1 obulat. de Unigar (*sive* Hownagair), 1 obulat. de Sketterbrek, infra parochiam de Sanduik, 3 obulat. de Lay infra parochiam de Stromnes, peciam terrarum vocat. Pickaquoy infra parochiam S. Olavi, omnes dicte prebende spectantes; 3 den. de Newbiggin in Hoy cum mansione et decimis garbalibus earundem, *lie* Tumellis capelle S. Columbe, peciam terre vocatam Tumell de Warsetter, infra parochiam de Hoy, 1 obulatam de Oismondwall cum mansione vicarie de Waus, 1 obulat. de Wardis, cum terris suis vocatis Tumellis, in Salsettar (Swelsetter) in Waus, cum domibus, edificiis, *quoylandis*, *outbrekis* earundem; cum mansione dicte prebende vocata Cognisgar in Sandwik, cum mansione dicti subdecanatus infra oppidum de Kirkwall, cum earum domibus, edificiis et hortis, in regalitate et vic.

Orcaden.; cum officio balliatus omnium dict. terrarum:—INSUPER dict. Archibaldus voluit quod unica sasina apud suas terras de Cognisgar et mansionem in Kirkwall capienda pro omnibus staret:—TENEND. dictis Pat. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Pat. de corpore legit. procreandis et assignatis, quibus def., Joanni B. de Auchnoull militi, clerico justiciarie regis, fratri dicti Pat., et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis et assignatis, quibus def., Patricio B. filio naturali dicti Pat., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., M. Georgio B. precentori Glasguen. et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus sive assignatis dicti Pat. B. de S. quibuscunque, absque ulla divisione, secundum modum successionis regni Scotie, non obstante lege et consuetudine Orcaden., de dicto subdiacono et prebendario:—REDDEND. dicto prebendario pro Brek 1 barelem butiri, pro Cognisgar cum ejus mansione et Hurkisgar 15 melas vocat. *lie cost*, 1 *lie gild kow*, pro Nethir Garsand et Noba 4 melas 5 setenas *lie cost*, 2 melas 5 setenas carnium, 2 lespondas butiri, pro Skoruall et Halsquoyis 3 melas *lie coist*, pro Newgair 6 melas *lie coist*, 1 barelem butiri, pro Linday 2 melas *lie cost*, 1 lespondam butiri, 1 melam carnium, pro Newbegar 9 melas 1 settenam *lie coist*, pro Gorne 2 melas *lie cost*, pro Tenstay 1 barelam butiri, pro Unigar 2 lespondas butiri, pro Sketterbrek 5 settenas *lie coist*, pro Ley in Quhom 1 barelam butiri, pro Pickaquoy dimediam barelam butiri; dicto subdecano pro Newbiggin in Hoy 9 melas *lie coist*, 1 *lie gild kow*, pro *lie* Tumellis capelle S. Columbe 1 melam *lie cost*, pro Tumel vocat. Warsetter in Warbister 1 melam *lie coist*, pro terris &c. in Waus 4 melas *lie coist*, pro mansione in Kirkwall 13 sol. 4 den., tanquam firmas et devorias antiquas (vel pro qualibet barela butiri 50 sol., pro qualibet *lie lespund* 4 sol. 2½ den., pro qualibet mela victualium vocat. *cost* 3 sol. 10½ den., pro mela carnium 18 den.); necnon 13 sol. 4 den. in augmentationem rentalis, in toto 26 lib. 3 sol.; necnon 10 marc. nomine duplicationis feudifirme primo anno introitus heredum:—PROVISO quod si tres termini transirent in quartum nulla solutione facta, hec locatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Joanni Giffert in Gorne, et Willelmo Arcane:—TEST. M. Francisco Boithwell thesaurario Orcaden., Alex. Kincaid vicario de Wattis (Wallis?), Jac. Hay:—Apud ecclesiam cathedralem de Kirkwall et Edinburgh, 23 Mar. 1567 et 1 Aug. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 409.

2473. Apud Halyrudhous, 10 Nov.

REX &c., confirmavit cartam M. Willelmi Chyrnesyde prioris de Blanter,—[qua,—cum consensu Andree Hwme commendatarii de Jedburgh et conventus ejusdem, patronorum de Blanter,—pro summa pecuniaria persoluta, ad feudifirmam dimisit THOME COLQUHOUN de Glen, heredibus ejus et assignatis,—marcatam terrarum antiqui extentus de Blanter-craig, vic. Lanerk:—REDDEND. dicto priori 13 sol. 4 den. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis:—cum precepto sasine:—TEST. M. Archibaldo Colquhoun, Rob. Salmond burgen. de Glasgu, Tho. Vilsoun, Willelmo Patirsoun in Edinburgh:—Apud Edinburgh, 13 Jan. 1557]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 323.

2474. Apud Drumfreis, 29 Nov.

REX &c., confirmavit cartam factam per Joannem Greirsoun dom. feodi, et Rogerum Greirsoun de Lag dom. superiorem, terrarum subscript.,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis initi inter se ab una, et Thomam Kirkpatrik de Elisland et Jonetam K. ejus filiam ab altera partibus, de data apud Lag, 3 Nov. 1575,—concesserunt dicte JONETE KIRKPATRIK, future conjugi dicti Jo., in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—5 marcat. terrarum antiqui extentus de Bargaltoun (occupatas per Jo. Makghe, Jo. Kennedie in Gait et Jo. Kennedie molendinarium), in parochia de Balmaghe et senesc. de Kirkcudbricht:—TENEND. de rege:—TEST. Tho. Kirkpatrik de Alisland, Gilberto Greirsoun in Lag, Jo. Chartouris in Ryddingwod, Jo. Kirkpatrik filio et herede apparente dicti Thome,

Jo. Andirsoun clerico, Harberto Andirsoun notario publico:—Apud Drumfreis, 18 Nov. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 341.

2475. Apud Drumfreis, 30 Nov.
REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI BLAIKLOCH in Bar infra baroniam de Sanquhare, filio naturali quondam Joannis B. olim ibidem. xxxiv. 319.

2476. Apud Drumfreis, 1 Dec.
REX &c., dedit literas legitimationis GEORGIO RIG, filio naturali quondam D. Joannis Rig capellani; et voluit quod, si dictus Geo. absque legit. heredibus de corpore procreatis aut legitima dispositione de hereditatibus suis facta decederet, Jo. Reig tinctor, ejus frater, esset ei heres. xxxiv. 325.

2477. Apud Drumfreis, 1 Dec.
REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI SCHORTRIG, filio naturali Joannis S. in Maryholme. xxxiv. 327.

2478. Apud Halyrudehous, 16 Dec.
REX &c., confirmavit ROBERTO MURE de Cauldwell, et ELIZABETH KINCAID ejus sponse,—5 libratas terrarum antiqui extentus de Knokewart, in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas idem Rob. resignavit:—TENEND. dictis Rob. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 339.

2479. Apud Halyrudhous, 16 Dec.
REX &c., ad manum mortuam admortizavit et confirmavit donationem factam per quondam M. Nicolaum Wethirspone vicarium de Strathaven, prebende S. Nicolai per eum fundate intra ecclesiam Domine Nostre Glasguensem vocatam *the new kirk*,—de tenemento olim pertinente ad quond. Jac. Wethirspone, in civitate Glasguen. in *lie* Gallowgait, cum ejus horto, extenden. ad torrentem de Malindoner (inter terras quond. Jo. Mane et quond. Davidis Menteith, tunc inter terras Rob. Mure mercatoris et Jac. Vilsoun);—et confirmavit cartam feudifirme factam per quond. M. Wil. Winzet prebendarium dicte prebende (cum consensu M. Archibaldi Craufurd rectoris de Eglishame ac prepositi dicte ecclesie collegiate, et prebendariorum ejusdem, et cum consensu ballivorum et consulum Glasguen., patronorum dicte prebende), quond. Alexandro Stewart tutori de Castelmilk, et Margarete Maxuel ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alex. quibuscunque,—de dicto tenemento;—cum instrumento sasine virtute resignationis Margarete Stewart, unius filiarum dictorum Alexandri et Marg., concesso GAVINO GRAHAME, et JONETE STEWART ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus def., heredibus dicti Gavini quibuscunque,—de dicto tenemento;—de data 18 Nov. 1572, sub signo et subscriptione M. Roberti Herbertsoun notarii publici:—PRETEREA rex ratificavit fundationem dicte prebende quatenus concernebat dict. tenementum duntaxat:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 354.

2480. Apud Halyrudehous, 16 Dec.
REX &c., confirmavit cartam Willelmi Peblis de Cruikstoun,—[qua vendidit ADAMO BELL burgensi de Peblis, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Cruikstoun, cum proprietate, superioritate, tenandria, tenentibus &c., terras de Langsyde, in parochia et vic. de Peblis:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—cum precepto sasine directo Willelmo Lauder:—TEST. Jacobo Wilsoun burgensi de Peblis, Tho. Smyth, Jac. Lowis, olim Fratribus, Joanne Allane notario publico:—Apud Peblis, 3 Sept. 1572]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 357.

2481. Apud Halyrudehous, 16 Dec.
REX &c., confirmavit cartam factam per Jo. olim commendatarium perpetuum de Coldinghame, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt JACOBO KEL-

LIE in Coldinghame, et MARGARETE GRAY ejus sponse,—illam partem fundi sui jacen. e regione monasterii sui ex parte australi (inter *lie* Court-burne ex occidentali et australi, vallum D. Joannis Lun et alterius hortuli ex orientali, semitam tunc ducentem ad *lie* Law ex boreali), in baronia et territorio de Coldinghame, vic. Beruik: —TENEND. dictis Jac. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Jac. quibuscunque, de dicto monast.:—PROVIDENDO quod, si dictus Jo. aut ejus successores in dicto monast. residentiam facerent seu familiam alerent, dictus Jac. astringeretur ad conficiend. polentam dicti commendatarii, etiam polentam Fratrum tam tunc ibi residentium quam (si qui forent) ibidem recessurorum, tam levi pretio quam aliorum polentam pro tempore conficere contingeret, et hoc quidem ordine et tempore ante alios quoscunque; nec liceret dict. partem fundi alienare nisi consensu dict. commendatarii &c.:—REDDEND. annuatim 3 sol. 4 den., et 1 gallinam in augmentationem rentalis; et duplicando firmam in introitu heredum; et si in solutione deficerent infra 8 dies post quemque terminum, hec carta irrita esset: —cum precepto sasine directo Georgio Gray:—Apud monast. de Coldinghame, 20 Dec. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 386.

2482. Apud Halyrudehous, 16 Dec.

REX &c., confirmavit cartam quondam Georgii Hepburne, thesaurarii Moraviensis ac vicarii perpetui ecclesie parochialis de Invernes,—[qua,—cum conseusu (quond.) Patricii episc. Moravien. commendatariique perpetui de Scona, et canonicorum Moravien.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI ROS burgensi de Invernes, et MARGARETE WAUS ejus sponse,—mansum dicte vicarie, tunc penitus vastum, extenden. ad 2 rodas terrarum, infra burgum de Invernes in via ecclesie (inter mansum capellani S. Crucis ecclesie de Invernes ad austrum, et aquam de Nys ad occidentem), acram terre in campo nuncupato *the Schipland* (inter terram capellani S. Michaelis in dicta ecclesia, terras heredum quondam Rob. Waus, viam nuncupatam *the Scaget* [sive *Scappet*], et fossam de Schipland per quam itur ad *lie* Cars), croftam terre in villa et terris de Essie (inter torrentem de Essie qui currit inter terras de E. et Ballerobert ad austrum, et capellam de E. ad occidentem):—TENEND. dictis Joanni et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. et assignatis quibuscunque, de dicto vicario: —REDDEND. pro dicto manso 6 sol. firme antique et 8 den. augmentationis, et edificando aulam et cameram cum aliis domibus necessariis pro receptione dicti vicarii cum servitoribus, cum ei in dicto burgo apud dictam ecclesiam placeret remanere, sumptibus dicti vicarii; pro dicta acra inveniendo panem et vinum ad ministrationem divinorum in dict. ecclesia annuatim prout solitum fuit, si contingeret dictam ecclesiam in pristinum statum restitui, et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; pro dicta crofta 13 solidos 4 den. firme antique, et 8 den. augmentationis; et duplicando dictos 24 sol. in introitu heredum; et prestando personalem presentiam per ipsos et inhabitatores dict. terrarum in quolibet itinere justiciario regalitatis de Spynie, modo requisiti essent:—cum precepto sasine directo Jacobo Cokburne et Joanni Clerk in Invernes:—TEST. (apud Sconam) And. Moncreif, Davide Cuming, Jacobo Cokburne; (apud ecclesiam cathedralem Moravien.) Dominis Jacobo Sibbald, Jac. Terras, Alexandro Sinclare, capellanis dicte ecclesie, Jacobo Gibsoun burgensi de Elgin:—Apud ecclesiam cathedralem Moravien. et Sconam, 15 et 23 Apr. 1563]:—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret rationabilibus manso et glebe ministro dicte ecclesie reservandis secundum tenorem acti parliamenti:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 412.

2483. Apud Halyrudehous, 18 Dec.

REX &c., dedit literas legitimationis ROBERTO WOD bastardo, filio naturali M. Alexandri W. de Grange. xxxiv. 324.

2484. Apud Halyrudehous, 31 Dec. REX &c., confirmavit cartam Joannis Wallace de Craigie, filii et heredis quondam Joannis W. de C.,—[qua,—cum consensu Hugonis Wallace de Carnell, Joannis W. de Dundonald et M. Michaelis W. de Wausfuird, curatorum suorum, pro eorum interesse,—pro perimpletione partis contractus de data apud Edinburgh et Air, 12 et 18 Dec. 1575,—vendidit JACOBO COMITI DE MORTOUN dom. de Dalkeith &c., regenti Scotie, heredibus ejus masc. et tallie in ejus nova infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis,—40 marcatas terrarum antiqui extentus de Thuirstoun, Wodhall et Wadalie (viz. 20 libratas de Thuirstoun et Wodhall in proprietate, 10 marcatas de Wadalie in tenandria), in baronia et vic. de Ranfrew per annexationem :—TENEND. de rege tanquam principe et senescallo Scotie :—cum precepto sasine directo Andree Hume de Law :—TEST. Wil. Wallace servo dicti Jo. W. de C., Mich. W. et Wil. W. filiis dicti M. Mich., Hugone W. patruo et Tho. W. fratre dicti Jo. W. de D., Wil. Wallace in Tarbert :—Apud Edinburgh et Air, 24 et 28 Dec. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 331.

2485. Apud Halyrudhous, 9 Jan. REX &c., concessit ARCHIBALDO DOWGLAS de Pettindreich, heredibus ejus et assignat.,—terras de Massindeu, Bogsyde, Cardellis, vallem *lie* Hauch de Monbeanis, Nethir et Ovir Monbeanis, Pottinser, cum firmis, tenentibus &c., vic. Abirdene, Banfe, Elgin et Forres; cum annuis redditibus burgi de Elgin et baronie de Abirchirdoure et ubicunque infra regnum suum;—que et qui fuerunt Fratrum Predicatorum de Elgin, et regi devenerunt per generalem ordinem penes terras et redditus Fratrum *lie Freris* :—INSUPER rex voluit quod unica sasina apud Bogsyde capienda pro omnibus staret:—REDDEND. unum den. albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 330.

2486. Apud Halyrudehous, 10 Jan. REX &c., confirmavit cartam factam per Allanum Stewart commendatarium perpetuum Crucis-regalis, et ejusdem conventum, —[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt GILBERTO COMITI DE CASSILLIS dom. Kennedie, et Domine MARGARETE LYOUN ejus sponse,—10 librat. terrarum antiqui extentus de Drumgirloch, cum molendino de D., terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis, 8 marcat. de Balchristie, 4 marcat. *lie* Manes de Corsragwell cum molendino cenobii *lie Abbaymylne* de C., terris molendinariis, astrictis multuris et sequelis ejusdem, cum silva de C., vivario, *lie warde*, ac prato *lie Abbaymedo*, 6 marcatas de Eister Dunhene, 4 marcatas de Mochrumhill, 9 marcatas de Brounstoun, 6 marcat. de Westir Dunhene, 6 marcat. de Achnach, 4 marcat. de Balkynney, 50 solidat. de Cragoch, Carnistoun et Knokin, cum carbonario earundem vocat. carbonarium de Halhallowlie, marcatam de Knokbrek apud ecclesiam de Stratoun, 40 solidat. de Makgounstoun, 10 sol. de Maltmanstoun, ant. ext., cum piscaria introitus et oris aque de Gervane, in regalitate de Corsraguell, balliatu de Carrik, vic. Air :—TENEND. dictis Gilb. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Gilb. quibuscunque, de dicto monast. :—REDDEND. pro Drumgirloch 124 bollas farine avenatice, 36 bol. ordei, 2 duodenas et 2 capones, pro Balchristine 56 bol. farine et 22 bol. ordei, pro *lie* Manis &c. 52 bol. farine, 20 bol. ordei, 12 capones, pro Eister Dunhene 22 bollas farine, 12 bol. ordei, 2 bollas frumenti, 12 capones, pro Mochrumhill 80 bollas avenarum *lie horscorne* (vel pro qualibet bolla farine 6 sol. 8 den., pro bolla ordei et frumenti 8 sol., pro capone 8 den.), pro Brounstoun 9 lib., pro Westir Dunhene 6 libras, pro Auchnauchtis 6 lib., pro Balkynney 4 lib., pro Cragoch &c. 12 lib., pro Knokbrek 3 lib. 6 sol. 8 den., cum 12 caponibus, pro Maltmanstoun 3 libras, et 4 capones, pro Makgounstoun 4 lib., et 4 capones (vel pro quolibet capone 12 den.), pro dicta piscaria 3 duodenas salmonum salsorum, tanquam integram firmam pro dictis terris et earum decimis (nunquam a firmis separatis) solvi

solitam, necnon 20 sol. in augmentationem rentalis; et duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Quintino Mure in Killikie:—TEST. Quintino Mure in Killikie, Tho. Nasmyth, Jo. M'Cre, Alexandro Kessane notario publico, servis dicti comitis:—Apud dictum monast., 7 Dec. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 369.

2487. Apud Halyrudehous, 13 Jan. REX &c., confirmavit cartam quondam Domini Joannis Murray, vicarii perpetui ecclesie parochialis de Dalgathie,—[qua,—cum consensu Jacobi commendatarii monasterii Divi Columbe insule de Ymonia, et conventus ejusdem,—pro gratitudinibus &c., necnon pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit HENRICO STEWART fratri germano dicti Jacobi, heredibus ejus et assignatis,—glebam seu croftam ecclesiasticam de Dalgathie (per Wil. Wilsoun occupatam), in parochia de D., vic. Fyff:—REDDEND. annuatim dicto vicario 20 bollas victualium, viz. 13 bollas farine avenatice et 7 bollas ordei (pretium bolle communibus annis 6 sol. 8 den.), et duos batos farine (pretium 10 den.) in augmentationem rentalis; necnon duplum feudifirme in introitu heredum et assignatorum:—Apud dicti vicarii mansionem de Dalgathie, 6 Aug. 1559]:—RESERVATIS sufficiente gleba et manso extra dict. terras ministro seu lectori apud dict. ecclesiam:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 326.

2488. Apud Halyrudhous, 13 Jan. REX &c., confirmavit cartam factam per M. Robertum Dowglas prepositum collegii de Linclowden, et ejusdem prebendarios,—[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt JOANNI M'NAICHT de Kilquhonnedie, heredibus ejus et assignatis,—molendinum granarium baronie sue de Corsmichell cum ejus multuris, *lie knaifschip* et *bannok* (exceptis astrictis multuris dicte baronie, quas ejusdem tenentes dicto collegio persolvere tenti sunt), ac terras seu croftam molendinariam ejusdem, in dicta baronia, senesc. Kirkcudbrycht:—REDDEND. annuatim dicto collegio 13 sol. 4 den.; necnon molendo grana tenentium et possessorum dicte baronie ibi crescentia, libera ab omni multura sed capiendo *lie knaifschip* et *bannok* more solito; necnon reparando dict. molendinum et ejus aqueductum cum *lie mildame* quoties opus esset (proviso quod dicti tenentes &c. suis laboribus et sumptibus asportarent molares *lie milnestanis* et alios lapides et ligna et omnem aliam materiam structilem); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Joanni Neilsoun de Barrincailze:—TEST. Jo. Broune in Mollens, D. Joanne Brice vicario de Drumfreis, D. Wil. Edyar, capellanis:—Apud dictum collegium, 26 Maii 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 333.

2489. Apud Halyrudehous, 13 Jan. REX &c., confirmavit cartam factam per Alex. commendatarium de Kilwynnyng, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis in reparationem loci sui persolutis,—cum consensu (quondam) Alexandri com. de Glencarne dom. Kilmawris &c., patris ac legitimi administratoris dicti commendatarii, et Willelmi Cunynghame de Caprintoun euconimi et coadjutoris sui, pro eorum interesse,—ad feudifirmam dimiserunt JACOBO CUNYNGHAME tutori de Craganis ac camerario dicti monast., heredibus ejus et assignatis,—13 solidat. 4 den. terrarum de Bogsyde antiqui extentus (antea per Gilb. Swan occupatas), in parochia de Beith, regalitate de Kilwynnyng, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—REDDEND. dicto monasterio 13 sol. 4 den. firme antique, et 12 den. augmentationis; et duplicando feudifirmam in introitu novorum intrantium quorumcunque; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monasterium, cum servitiis in dicti monast. curiis justiciarie et camerarie debitis cum contingerent; cum multuris molendinis dicti monast., et aliis devoriis et servitiis in magno rentali contentis:—cum precepto sasine directo Hugoni Montgomerie:—TEST. Jo. Cunynghame de Glengarnok, Hugone Cunynghame de Watterstoun, Hugone C. ejus filio, Tho. Esac nuncio:—Apud Glasgow et Kilwynnyng, 22 et 23 Sept. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 371.

2490. Apud Halyrudehous, 15 Jan. REX &c., confirmavit WILLELMO MONCREIF, filio et heredi apparenti quond. Willelmi M. junioris, apparentis de eodem, cartam factam per Jac. priorem et commendatarium perpetuum de Pettinwene, et ejusdem conventum,—[qua,—quia Edmondus Moncreif, filius et heres quondam M. Joannis M., feudifirmarius terrarum &c. subscript., perpendens quod ad dictarum terrarum protectionem non solum industria et cura continua opus esset sed etiam magnis impensis, ultra quam sibi esset possibile, singulis annis tribuendis, dictas terras &c. ad remanentiam resignaverat per instrumentum sub signeto et subscriptione Joannis Corsaw notarii publici,—considerantes diligentiam dicti (quondam) Willelmi ejusque predecessorum de Moncreif antehac adhibitam in dict. terrarum commodum,—pro dictarum terrarum defensione a violentia fluminis de Erna, et pro dictorum Wil. &c. sumptibus et laboribus in hoc prestitis et prestandis, ac pro summa pecunie persoluta, ac pro obsequiis &c., ad feudifirmam dimiserunt dicto Willelmo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Westir Rynd cum earum piscariis et passagio super flumen de Erne vocato *lie ferrie*, in dominio regalitatis de Pettinweme, vic. Fyff, per annexationem ;—que 20 marcas annuatim solvere consueverant, et pro dicta summa dicto M. Joanni assedate erant pro 19 annis, et postea ad 21 marc. augmentate erant pro hereditario infeofamento :—REDDEND. dicto monast. 21 marc. feudifirme antique, et 68 marcas augmentationis ; cum servitiis tempore belli debitis et consuet. ; ac tres sectas ad tria placita capitalia dicti monast. ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; et si in solutione deficerent per tres terminos continuos, caderent a jure :—cum precepto sasine directo Davidi Tullie apparenti portionario de Kynmonth :—TEST. Wil. Moncreif filio Joannis M. in Kasche, Hugone Moncreif in Kirkintullo, Jo. Cossar servitore dicti prioris :—Apud dictum monast., 25 Jan. 1573]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 322.

2491. Apud Halyruidhous, 15 Jan. REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO STEWART bastardo, filio naturali quondam Nigelli S. in Inwermaik. xxxiv. 385.

2492. Apud Halyrudhous, 16 Jan. REX &c., confirmavit cartam Willelmi Levinax de Calie,—[qua concessit MARGARETE GORDOUN conjugi sue, in vitali redditu, et heredibus inter eam et se legitime procreatis quibuscunque hereditarie,—6 marcat. terrarum antiqui extentus de Dursdowe, marcatam nuncupat. *lie* Lytle Barley, cum tenentibus &c., in parochia de Girtoun, senesc. Kirkcudbrycht :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Joanni M'Cairrollie in Barle :—TEST. Wil. M'Clellan de Nethir-third, Harberto M. ejus filio, And. Levenax de Pluntoun, Rob. M'Clellan de Glenschinnoch, Alex. Levenax :—Apud Calye, 4 Jan. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 358.

2493. Apud Halyrudhous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam Roberti olim episc. Dunkelden.,—[qua,—quia 3 annis elapsis nihil proficuorum episcopatus sui pre ingratitudine tenentium habere poterat,—pro 100 lib. persolutis, et aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit THOME WALLENDYNE, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras et molendinum de Drumboy, cum multuris et *lie suckin* omnium terrarum suarum consuet. (per dictum Thomam possessas), in baronia de Dunkelden, vic. Perth :—REDDEND. dicto episc. 4 libras firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis ; et molendo omnia genera granorum dicti episc. in dicto molendino, cum requisiti essent, libera multuris ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum ; ac prestando tres sectas ad tres curias capitales dicte baronie, et ad alias curias dicti episc. cum premoniti essent ; et essent dicto episc. fideles, prestarentque servitia debit. et consueta, homagium et fidelitatem ; necnon pratum de Drumboy, silvas et nemora dicti episc. ad dictas terras adjacen., pro posse custodiendo ; nec liceret invitos removere minime tenentes ; et si equitarent et pedestres irent contra dictum episcopum (regia autoritate excepta), vel in deforciamento

officiarii dicti episcopi, sive arrestationum fractione, crimine forisfacturam deserviendo, deprehenderentur, perderent hereditatem; nec liceret dictas terras &c. sive earum partem alienare sine licentia dicti episc., quam per 2 menses expectarent; et primum locum venditionis dicto episcopo offerrent; et si unus terminus curreret in alium feudifirma non soluta, culpa dict. Tho. &c., firma non soluta duplicaretur; et si duo termini currerent in tertium, perderent hanc locationem; et tenerentur obtinere confirmationem a papa quamcito possent:—PRETEREA dictus episc. voluit quod tenentes astricti in multuris et *lie suckin* dicto molendino, deferrent illuc lapides molares cum opus foret:—cum precepto sasine directo Roberto Creichtoun filio Willelmi C. de Drylaw:—TEST. Davide Creichtoun, Rob. Weche, Geo. Horne, M. Jo. Bartane:—cum subscriptionibus et sigillo capituli Dunkelden.:—Apud oppidum Edinburgi, 29 Aug. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 332.

2494. Apud Halyrudehous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam Joannis Murray de Lochlin,—[qua,—contemplatione antiquitatis domus et familie de Lochlyn, et ut eedem cum terris infrascriptis manere possent cum dicti Jo. proximis agnatis cognominis de Murray et arma eorum gerentibus, ac pro perimpletione contractus initi apud Perth, 13 Mar. 1574,—vendidit PATRICIO MURRAY de Tibbermure, et heredibus ejus masc. quibuscunque absque reversione,—terras de Eister Lochlyn et Tullibanquhair, in senesc. de Stratherne, vic. Perth:—TENEND. de rege in feudifirma:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jo., et libero tenemento de Eister Lochlyn Margarete Balfoure sponse sue:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Murray filio et herede apparente dicti Pat., Geo. Murray ejus servo, Jac. Wricht scriba, Malc. Bower notario publico:—cum subscriptione notarii de mandato dicti Jo. M. de L.:—Apud burgum de Perth, 27 Mar. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 338.

2495. Apud Halyrudehous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam Roberti episc. Dunkeldensis pro tempore,—[qua, cum consensu capituli Dunkeldensis,—pro ingentibus ac sibi imprimis necessariis auxiliis impensis, et pro libertatis ecclesie sue tuitione impendendis, et pro pecuniarum summis persolutis,—ad feudifirmam dimisit M. ROBERTO CRICHTOUN, advocato regis et regine[1],—terras de Drummalie cum lacu ejusdem, in dominio Dunkelden., vic. Perth:—TENEND. dicto M. Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, M. Jacobo Crichtoun de Cranstoun-Riddell et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Patricio C. de Lugtoun et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Eduardo dom. Crichtoun de Sanquhar et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., heredibus et assignatis dicti M. Rob. quibuscunque, de dicto episc.:—SOLVEND. 5 lib. tanquam firmas consuet., 30 sol. pro gressumis et aliis devoriis, et 10 sol. cum petra cere in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia infra dict. dominium; et si tres termini concurrerent solutione minime facta, hec locatio expiraret; et molerent grana super dict. terris crescentia ad dicti episc. molendinum de Mylnetoun de Concragy, solvendo astrictam multuram prout tenentes terrarum de Cluny et Concragy:—cum precepto sasine directo Andree Blair de Ardblair:—TEST. Davide Crichtoun servitore dicti M. Rob. Crichtoun, Georgio Horne servitore dicti episcopi:—Apud Edinburgh, 28 Jan. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 342.

2496. Apud Halyrudhous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam M. Roberti Herbertsoun, capellani capellanie apostolorum Petri et Pauli infra bassam ecclesiam metropolitanam Glasguensem fundate per quondam M. Tho. Forsyth canonicum Rossen.,—[qua,—cum consensu Jacobi Hammyltoun presidentis capituli Glasguen., et aliorum canonicorum ejusdem, patronorum dicte capellanie, ac Jacobi archiepisc. Glasguen.,—ad feudifirmam dimisit ARCHIBALDO HARBERTSOUN fratri suo,

[1] In introductory clause styled "advocatus regis."

heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —tenementum ruinosum in civitate Glasguen. prope crucem foralem (inter tenementum quond. Arch. Wilsoun et terras vicariorum chori Glasguen.):—REDDEND. dicto capellano 6 marcas 6 sol. 8 den. firme antique, et 2 sol. augmentationis, cum annuis redditibus et firma burgali debitis; et si duo termini currerent in tertium insoluti, hec infeodatio nullius esset roboris:—INSUPER dictus Arch. obligavit se ad debursandum in melioratione dicti tenementi 40 lib. infra unum annum:—TEST. D. Davide Androsoun vicario chori Glasguen., Walt. Gray, Pat. Myllar notario publico:—Apud civitatem Glasguen., 5 Jun. 1560]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 346.

2497. Apud Halyrudhous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam M. Roberti Herbertsoun, capellani &c. (*ut in carta* 2496), —[qua,—cum consensu M. Jacobi Hammyltoun subdecani Glasguen. ac per absentiam decani in capitulo presidentis, et nonnullorum aliorum canonicorum ejusdem, patronorum dicte capellanie, ac Jacobi archiepiscopi Glasguen.,—ad feudifirmam dimisit JOANNI HERBERTSOUN, filio suo,—tenementum cum horto in civitate Glasguensi in via Ratonum (inter terras abbatis et conventus de Pasleto, capellanie S. Thome martyris, et Jo. Stobo civis Glasguen.):—TENEND. dicto Jo. H. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Willelmo H. fratri dicti Rob., heredibus ejus et assignatis, de dicto capellano:—REDDEND. 3 libras firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; cum 5 marc. annuatim hospitali Divi Nicolai; et si detinerent dictos annuos redditus insolutos usque ad tertium terminum inclusive, hec infeodatio expiraret:—cum precepto sasine directo Joanni Mure:—TEST. Jac. Vilsoun, Walt. Gray, F. Jac. Baxter, D. Wil. Craufurd:—Apud civitatem Glasguen., 10 Jan. 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 347.

2498. Apud Halyrudehous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam quondam M. Roberti Denestoun, rectoris de Dysert uniusque prebendariorum ecclesie collegiate de Kirkheuch prope civitatem S. Andree, —[qua, cum consensu prepositi et prebendariorum dicte ecclesie, ad feudifirmam dimisit M. GEORGIO HALKET consanguineo suo, heredibus ejus et assignatis,—tenementum vastum dicte prebende spectans prope burgum de Dysert ex parte boreali ecclesie ejusdem, cum horto ei adjacente (inter terras heredum quond. Pat. Wilsoun, terras Tho. Williamesoun, terras heredum quond. Arch. Gourlaw, cemiterium, terras Jo. Groit, et viam regiam ad carbonarium de Dysert);—quod antea per multos annos nihil persolverat:—REDDEND. annuatim dicto prebendario 40 den.:—cum precepto sasine directo Joanni Grotto:—TEST. Jo. Young scriba, Nigello Layng, Jac. Bellenden, Matheo Barre:—Apud Edinburgh, 24 Mar. 1566]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 350.

2499. Apud Halyrudehous, 20 Jan. REX &c., confirmavit cartam Joannis Balcanquell, capellani capellanie perpetue altaris Sacri Sanguinis intra ecclesiam parochialem burgi de Kirkcaldie,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, aliisque gratitudinibus &c.,—cum consensu ballivorum senatusconsultus majorisque partis communitatis burgi de Kirkcaldie, patronorum dicte capellanie,—ad feudifirmam dimisit JOANNI HACHEID burgensi de Kirkcaldie, heredibus ejus et assignatis,—tenementum (jam ruinosum et non nisi magnis expensis reparabile, quas dictus Jo. B., ad extremam inopiam redactus et viribus senectute non valens, etiamque oculis captus, ex se sufficere nequivit) cum ejus horto in dicto burgo, in regalitate de Dunfermeling (juxta terras domini de Balwerie):—SOLVEND. annuatim dicto capellano 4 lib.; et si duo termini exirent in tertium insoluti, amitterent hanc feudifirmam; et responderent ballivis, concilio et magistratibus dicti burgi more solito in omnibus; neque alienarent dict. tenementum neque aliquam ejus partem sine consensu ballivorum majoris partis et concilii et communitatis dicti burgi, et dicti patroni haberent primam oblationem ejusdem; et dicti Jo. &c. sustentarent dictum tenementum sicut tunc se habuit ad minus; neque onerarent

dict. ballivos &c. pro warrantizatione, nihil obstante dicto eorum consensu :—TEST. Jo. Dougall, Tho. Pret, Wil. . . . . :—Apud dict. burgum, 8 Feb. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 351.

2500. Apud Halyrudehous, 20 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum Abirdonen.,—pro pecuniarum summis persolutis, ac gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO FORBES de Petslego, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Fingask cum molendino ejusdem, terris molendinariis et astricta multura consueta, in schira seu baronia sua de Daviot, vic. Abirdene :—TENEND. de dicto episcopo; absque prejudicio litere ballivatus Georgio comiti de Huntlie concesse :—REDDEND. annuatim pro dictis terris 13 lib. 6 sol. 8 den., 2 celdras farine et brasii per medium, pro gressuma 53 sol. 4 den., 2 martas, 4 mutones, 4 bollas avenarum, 4 duodenas caponum; pro molendino &c. 40 sol., 1 porcum pastum, 12 capones, 30 gallinas domesticas, 2 bol. brasii vocat. *dry-multure-malt*, pro bondagiis et servitiis 6 sol. 8 den.; cum servitiis antea consuetis, et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando dict. 18 libras 13 sol. in introitu heredum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud villam ecclesiasticam de Daviot; et tenentes in exercitibus regiis sufficienter armati ballivo dicti episc. principali juxta morem patrie servirent; necnon quilibet heres sive assignatus in introitu juramentum fidelitatis prestaret; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini in tertium currerent, hec infeodatio nullius esset roboris :—SALVIS regi et regine servitiis consuet. :—TEST. M. Nicolao Hay civilista Abirdonen., M. Jo. Chalmer, Pat. Chalmer, M. Jac. Clerk, notariis publicis :—Apud Canoniam Abirdonensem, 11 Dec. 1559, consecrationis dicti episc. anno 13]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 392.

2501. Apud Halyrudehous, 22 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Roberti Levingstoun de Litill Airdis,—[qua vendidit ALEXANDRO LEVINGSTOUN in Cultonaspik, in vitali redditu, et THOME LEVINGSTOUN ejus filio naturali et MARGARETE LEVINGSTOUN ejus sponse in conjuncta infeodatione, eorum heredibus et assignatis, hereditarie,—22 solidatas terrarum de Cultonaspik (exceptis molendino, multuris et insula molendini *lie* Mylne-ile earundem), in senesc. Kirkcudbricht :—REDDEND. regi servitium warde &c. :—cum precepto sasine :—TEST. Patricio Moscrop filio et herede M. Joannis M. advocati, Tho. Johnestoun, Tho. Blair, M. Jo. Moscrop advocato :—Apud Edinburgh, 16 Jan. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 328.

2502. Apud Halyrudehous, 31 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua, cum consensu decani, saltem presidentis, et canonicorum capituli Abirdonen.,—pro summa pecunie per Wil. Setoun de Meldrum persoluta, necnon pro gratitudinibus &c. in fideli consilio et auxilio sibi et ecclesie sue in illo tempore calamitoso,—ad feudifirmam dimisit JOANNI SETOUN, filio secundario dicti Wil. S.,—terras de Pittynnoun, cum *lie* Quhytmyre, Brounhillis et Grenefurde vulgo nuncupat., terras ville de Lumfurde cum prato, in schira sua de Dawyot, parochia ejusdem, vic. Abirdene ;—quas dictus episc. dicto Wil. S. hereditarie concesserat; et quas dictus Wil. S., pro servitio sibi impenso ac pro pecunie summis sibi solutis, in favorem dicti Jo. resignavit :—TENEND. dicto Joanni et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus propinquioribus et assignatis quibuscunque, de dicto episc. ; cum potestate molendina construendi et habendi, cum astrictis multuris dictarum terrarum :—REDDEND. annuatim pro Pittynnoun &c. 5 marc. monete, 2 chaldras 2 bollas brasii cum bato cuilibet bolle ejusdem, 2 chald. 2 bol. farine, 16 capones, 3 duodenas pultrearum cum 4 pultreis, 6 sol. 8 den. pro bondagio, 3 sol. 4 den. pro servitiis consuetis, 13 sol. 4 den. pro gressuma, et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis ; pro Lumfurde pro firma et gressuma 5 lib. 4 sol., 3 chald.

brasii et farine per medium, cum bato cuilibet bol. brasii, duodenam caponum, 32 gallinas domesticas, 6 sol. 8 den. pro bondagio cum servitiis consuetis, et 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla brasii et farine, 8 den. pro quolibet capone, 4 sol. pro qualibet duodena pultrearum seu gallinarum); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud villam ecclesiasticam de Dawyot; et tenentes dict. terrarum in exercitibus regiis ballivo dicti episcopi principali servirent armati juxta morem patrie; necnon quilibet heres et assignatus fidelitatis juramentum prestaret; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Symoni Elphinstoun:—TEST. Gilberto Menzeis de Cowlie, Pat. Leith de Harthill, M. Alex. Setoun cancellario Abirdonen., Alex. Paip:—Apud civitatem Abirdonen., 11 Oct. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 335.

2503. Apud Halyrudehous, 31 Jan. REX &c., confirmavit cartam factam per Marcum abbatem seu commendatarium de Newbottill, et ejusdem conventum,—[qua,—pro summa pecunie persoluta in reparationem sui monasterii et persolutionem taxarum, ac pro servitio sibi impenso,—ad feudifirmam dimiserunt JOANNI KIRKPATRIK (servitori suo), heredibus ejus et assignatis,—assedationem *lie maling* terrarum de Eister Monkrig (per quondam Wil. Lowrie burgensem de Hadingtoun occupat.), cum decimis garbalibis inclusis (jacen. *lie rinrig* cum terris per Thomam Hendirsoun burgensem de Edinburgh occupatis, inter terras de West-Manes de Barfurde, prout via foralis ad Hadingtoun jacebat, per Jac. Hammiltoun de Sammelstoun occupatas ex orientali, Westir Monkrig per Ric. Edyare occupat. ex occidentali, Morhame ex australi, *lie* Maynnis-landis per Jac. Adamesoun burgen. de Edinburgh occupatas, et Cutleris-croft per Jac. Wilkie occupatas, ex boreali), in baronia sua de Barfurde, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh; extenden. in rentali suo ad 4 libras 10 sol., cum 6 pultreis:—REDDEND. annuatim dicto monast. 4 lib. 17 sol., cum 6 pultreis aut 6 den. pro qualibet; et duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia baronie de Newbottill:—cum precepto sasine directo Jacobo Liddell et Roberto Reid:—Apud dictum monasterium, 16 Feb. 1558]:—INSUPER voluit quod hec confirmatio tanti esset roboris ac si concessa esset ante resignationem dicti Jo. et infeofamentum inde sequens JOANNI KARKETTILL burgen. de Hadingtoun et JONETE LOWRIE ejus sponse:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 356.

2504. Apud Halyrudehous, 31 Jan. REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum Dunkelden.,—pro pecunie summis per Georgium Stewart de Arnetuly persolutis, ad feudifirmam dimisit JOANNI STEWART filio et apparenti heredi dicti Geo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras silve de Ledpettie, prius incultas (viz. *begynnand at the west end of the Mekle-hauch presentlie occupyit be James Wallanty, and thairfra up the burn mid bra, and fra that directlie up to the heid of Knokdarroch, and fra that to the gait abone the heid of Knokdarroch on the eist, and thairfra as the said gait passis west the hill directlie to the dykis of Cragilto on the north, the dykis of Cragilto and Rothmell to the wod of Dowallie on the west, and the watter of Tay on the south partis*), cum decimis garbalibus rectorie earundem, in baronia Dunkeldensi, vic. Perth:—REDDEND. annuatim dicto episc. 40 sol.; necnon duplicando dictam summam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tres curias capitales dicte baronie; et si in solutione deficerent per tres terminos concurrentes, caderent a jure:—cum precepto sasine directo Joanni Fogo et Waltero Makcondoquhy:—TEST. (apud Parthum) Tho. Stewart de Grantuly, Alex. Stewart de Kers, Jo. Murray de Lochlane, Rob. Purves portionario Scone, Edw. Pattoun filio legi-

timo dicti episc., Jo. Fogo servo dicti Tho. Stewart, Malc. Bower notario publico; (apud Dunkelden) Tho. Lindesay, Adamo Lindesay, Wil. Ker:—Apud Parthum et Dunkelden, 15 et 29 Apr. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 405.

2505. Apud Halyrudehous, 31 Jan.
REX &c., confirmavit cartam factam per Patricium dom. Gray liberetenementarium, et Pat. magistrum de Gray ejus filium et heredem apparentem, feodatarium, terrarum subscript.,—[qua vendiderunt JOANNI DOMINO GLAMMIS cancellario, heredibus [1] ejus et assignatis,—pro renunciatione tituli ei competentis tanquam uni heredum linee quondam Domine Eliz. Gray ad terras et dominium de Gray in quodam contractu specificat.,—binam partem terrarum dominicalium *lie* Manis de Huntlie, tertiam partem de Langfergund, terras de Litiltoun et Lowrenstoun, vic. Perth;—et in speciale varantum earundem, terras et baroniam de Foulis, cum annexis, molendinis, tenentibus &c., vic. Perth:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. Gilb. Gray preposito de Foulis, Alex. Gray, M. Geo. Abirnethie, Rob. Lyoun:—Apud Bruchtie, 12 Jan. 1575]:—INSUPER voluit quod dicte terre, cum legitime essent redempte, in unionem dominio de Gray reverterent:—TEST. 12. 3. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 406.

2506. Apud Halyrudehous, 31 Jan.
REX &c., dedit literas legitimationis JACOBO, ARCHIBALDO, GEORGIO ET WILLELMO DOUGLASIS, bastardis, filiis naturalibus Jacobi com. de Mortoun dom. de Dalkeith regentis Scotie; et voluit quod, si omnes absque legit. heredibus de corporibus vel legitima dispositione facta decederent, Archibaldus com. Angusie dom. Douglas et Abirnethie &c., heredes ejus masc. et tallie in nova infeodatione comitatus Angusie, et assignati, essent eis heredes. xxxiv. 435.

2507. Apud Halyrudehous, 1 Feb.
REX &c., concessit JOANNI BLAIR de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras dominicales de Ryisholme, terras de Flaskwod, *lie* North et South Blais, cum tenentibus &c., in balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas Joannes Hammiltoun de Ryisholme resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 423.

2508. Apud Halyrudehous, 3 Feb.
REX &c., confimavit cartam Jacobi Edmonstoun de Ballingtone,—[qua,—pro perimpletione partis matrimonialis contractus initi inter se et Arch. Edmonstoun portionarium de Spittaltoun, de data apud Ballingtone, 22 Aug. 1573,—vendidi MARJORIE EDMONSTOUN filie sue, et dicto ARCHIBALDO EDMONSTOUN ejus conjugi,—20 marcatas terrarum de Buchquhoppill, et 6 marcatas de Cessintullie alias Ballingtone nuncupatas, cum earum principali mansione, in senesc. de Menteith, vic. Perth:—TENEND. dictis Marjorie et Archibaldo eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus legitime inter ipsos procreandis, quibus deficientibus, heredibus de corpore dicte Mar. procreandis, quibus def., dicto Arch., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de rege in feodifirma:—RESERVATIS libero tenemento dicto Jac., et rationabili tertia Barbare Moschat conjugi sue cum contingeret:—TEST. Jac. Muschat de Tolgarthe, Wil. Edmonstoun, Davide Hume tutore de Argateis, Hen. Schaw de Cambusmoir, Joanne Moresoun notario publico, Andrea Menteith:—Apud Callingtoyis, 13 Jun. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 364.

2509. Apud Halyrudehous, 5 Feb.
REX &c., concessit MICHAELI SYM aurifabro, heredibus ejus et assignatis—terram quondam Jacobi Cokky aurifabri burgen. de Edinburgh, in dicto burgo infra tenementum quond. Joannis Henrysoun ex boreali parte vie regie;—que regi devenit ratione eschaete, quia dictus Jac. convictus et morti justificatus fuit pro nonnullis criminibus proditorii et lese majestatis:—

[1] In introductory clause, "heredibus masc. et tallie in ejus novo infeofamento contentis."

TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 337.[1]

2510. Apud Halyrudhous, 5 Feb.
REX &c., confirmavit cartam M. Patricii Dowglas, thesaurarii Moravien.,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, aliisque gratitudinibus &c.,—cum consensu Georgii episcopi Moravien., ac decani et capituli Moravien.,—ad feudifirmam dimisit WILLELMO DOWGLAS de Quhittinghame, nepoti suo ex fratre, heredibus ejus et assignatis,—terras de Ballormy cum decimis garbalibus inclusis (que a solo nunquam separate fuerunt sed semper eisdem collocari consueverunt), in regalitate de Spynie, vic. Elgin et Fores:—REDDEND. annuatim dicto thesaurario 3 celdras ordei, vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla, et 13 sol. 4 den. in augmentationem rentalis, in toto 25 marc.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Willelmo Gaderare burgensi de Elgin:—TEST. M. Arch. Dowglas rectore de Glasgu, Roberto Mure servitore dicti Wil. D., Pat. Cokburne incola collegii de Elgin, Joanne Craufurd, Michaele Furde, Dominis Alex. Sinclare, Alexandro Dowglas, Jac. Terves, capellanis ecclesie cathedralis Moravien.:—Apud Elgin, 20 Jun. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 345.

2511. Apud Edinburgh, 5 Feb.
REX &c., concessit ballivis, consulibus et communitati BURGI DE RANFREW, et eorum successoribus,—terras, tenementa, edificia, capellas, domos, hortos et annuos redditus quoscunque ad capellanias, ecclesias et altaragia subscript. infra libertatem dicti burgi fundat. spectantes, viz. altaragium Dive Marie spectans D. Willelmo Jaksoun, altaragium Divi Christopheri olim per quondam D. Tho. Robesoun possessum, altaragia Divorum Niniani et Andree et altaragium S. Crucis olim per quond. D. Matheum Knox possessa, altaragium Divi Bartholomei per D. Hen. Hall possessum, capellanias et altaragia Divi Thome olim per quond. D. Rob. Oistlar, et aliud Divi Thome per D. Davidem Neill possess., capellaniam Dive Marie olim per quond. D. Tho. Robesoun possessam, cum *lie obeit-silvir* annuatim ad 40 sol. extenden., necnon capellam vocatam *Oure-Ladie-chapell* infra dictum burgum, cum ejus fundo et cemiterio:—PRETEREA rex dictas terras &c. univit in unum corpus, FUNDATIO REGIA HOSPITALITATIS DE RANFREW appelland.; et reservavit capellanis, qui ante religionis alterationem provisi erant, usumfructum durante eorum vita:—PROVISO quod dicti ballivi &c., super fundum ubi dicta Marie capella situata erat, hospitale pro 10 personis pauperibus edificarent, et quod annuos redditus ad dictas capellanias pertinentes, cum 3 rodis seu particatis terrarum dicte capelle Marie spectantibus, in 10 equales partes dividerent, unicuique dict. personarum unam partem, et hoc ante 1 Aug. 1576; et quod loco alicujus dict. personarum decedentis aliam personam intra 40 dies collocarent, in quo si deficerent, licitum esset archiepiscopo Glasguensi quamvis personam magis idoneam collocare; et dicti ballivi &c. annuatim in scaccario computum distributionis et expensarum redderent;—jure aliquorum patronorum laicorum, si qui essent, minime prejudicato:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 355.

2512. Apud Halyrudehous, 6 Feb.
REX &c., concessit JOANNI CUNYNGHAME filio et heredi apparenti Joannis C. de Drumquhassill, et ELIZABETH BOYD ejus sponse,—terras de Killermond, Blairfod, dimedietatem terrarum dominicalium *lie* Manis de Drumquhassill, antiqui extentus, in comitatu de Levinax, vic. Striviling;—quas dictus Jo. senior resignavit (viz. Killermond et Blairford in principali, ceteras in warranto terrarum de Parkstoun et Portnellen in dicto comitatu) in favorem dictorum Jo. junioris et Eliz., secundum tenorem contractus matrimonialis initi inter Rob. dom. de Boyd et Eliz. ejus filiam ab una, et dictos Jo. seniorem et juniorem ab altera partibus:—TENEND. dictis Jo. juni-

[1] This charter contains the following names of adjoining owners:—Hugh Broun, Andrew Henrisoun, umquhile Jas. Barroun, Alex. Achesoun.

ori et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Joannis junioris quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 336.

2513. Apud Halyrudehous, 8 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi Anstruther feodatarii de eodem,—[qua,—quia virtute contractus matrimonialis inter patrem suum Jo. A. de eodem, quondam Margaretam Clapen ejus sponsam, matrem dicti Jac., ac dictum Jac. eorum filium et heredem apparentem ab una, et Tho. Scot de Abbotishall et Jeannam S. ejus filiam, tunc sponsam dicti Jac., ab altera partibus initi de data 27 Oct. 1571, dictus Jo. cum consensu dicte Marg. infeodaverat dictum Jac. in feodo terrarum baronie et ville de Anster, cum earum manerie, molendinis et piscationibus (reservatis dicto Joanni libero tenemento, et dicte Marg. terris ei in conjuncta infeodatione spectantibus, viz. 40 acris terre arabilis maneriei ac terrarum de Anstruther, necnon 4 celdris victualium annui redditus molendini de A., bina parte ordei et tertia parte farine avenatice, cum rationabili tertia omnium dict. terrarum, ac cum novo hospitio seu mansione in dicta villa de A. per dictum Jac. et conjugem suam occupat., sponse dicti Jo. post ejus decessum pro ejus vita, exceptis terris dictis Jac. et Jean. virtute dicti contractus concessis),—cum consensu dictorum Joannis et Jeanne, vendidit Domine MARGARETE LERMONTH filie domini de Dersy, tunc sponse dicti Jo., in vitali redditu,—in contentationem quarumcunque tertiarum &c., —terras de *lie Schaddis* ex parte occidentali *lie lone* (inter terras per Tho. Wilsoun, Alex. Broun,. . . . Robesoun et Henricum Horne occupatas, torrentem Petri Borthuik, terras per Davidem Mure occupatas, et *lie* Auldhous per Margaretam Anstruther occupat.), necnon aliud *lie Schad* nuncupatum *the West-croft* (inter dict. *lie* Auldhous-latche, et aqueductum et villam), terras nuncupat. *the Eist-croft*, cum 3 acris terre arabilis jacen. ex orientali parte horrei nuncupati Mitchelsonis-barne (inter viam *lie peth* nuncupatam, terras per Jo. Wod et Rob. Alexander occupat., et hortos ville de Anstruther), in baronia de Anstruther, vic. Fyff:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Roberto Clapen:—TEST. Pat. Lermonth de Darsie, Georgio Lermonth de Balcomy, Joanne Betoun de Balfoure, Rob. Strang in Kilrynnie, Willelmo Symsoun in Anstruther, Rob. Anstruther:—Apud Anstruther, 14 Nov. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 349.

2514. Apud Halyrudehous, 13 Feb.

REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. commendatarium designatum de Dunfermeling ac precipuum S. Andree archidiaconum (commissionem habentem ad assedandum et ad feudifirmam dimittendum terras &c. dicti monast. de Georgio principali commendatario ejusdem durante ejus absentia extra regnum), et D. Jo. Angus perpetuum elemozinarium dicti monasterii, conventumque ejusdem,—[qua, pro summa pecunie aliisque benemeritis sibi persolutis in reparationem sacelli Dive Katherine, ad feudifirmam dimiserunt (quondam) ANTHONIO RUTHIRFURDE—terras et acras arabiles ad elemozinariam suam spectantes, jacentes circa et prope burgum de Dunfermeling, in regalitate ejusdem, vic. Fyff, viz. 2 acras ad finem orientalem ville inferioris dicti burgi nuncupatas Yliotis-hill (inter terras heredum quondam Ade Stewart, terras pertinentes ad insulam domini de Rossyth tunc in manibus D. Alex. Wolwod, et terras Jo. Adesoun), 3 acras in *lie* Hawbalk (inter terras heredum quond. Davidis Boithuall, terras vocatas *lie* Breriehill et Mylnehillis, terras Eliz. Stewart, et *lie Toun-grene*), 3 acras ex boreali parte dicti burgi (inter terras Dive Katherine, terras communitatis dicti burgi, et *lie* Pilmyre), acram ibidem (inter terras Divi Niniani, terras heredum quondam Gulielmi Fargussoun, et *lie* Pilmyre), acram in *lie* Grantis-bank (inter terras M. Georgii Crichtoun et *lie* Pilmure), ½ acram in *lie* Grantis-bank (juxta terras Gulielmi Smyth):—TENEND. dicto Anth. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus vel assignatis dicti Anthonii quibuscunque:—

REDDEND. dicto elemozinario 25 bollas 1 firlotam brasii, vel 8 sol. pro unaquaque bolla, in toto 10 libras 4 sol., pro antiqua firma, et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum 12 pultreis; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum; et cum aliis servitiis ac devoriis debit. et consuet.; et si unus terminus in alium aut duo termini in tertium venirent insoluti feudifirmariorum culpa, amitterent hanc locationem:—INSUPER dicti commendatarius &c. voluerunt quod unica sasina pro omnibus staret, pro qua dicti feudifirmarii persolverent ballivis et sarjandis dicti monast. 6 sol. 8 den.:—cum precepto sasine directo Alano Cultis:—Apud dictum monasterium, 20 Mar. 1565]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15.

xxxiv. 381.

2515. Apud Halyrudhous, 14 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi episcopi Abirdonen.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum Abirdonen.,—pro pecuniarum summis sibi persolutis, et pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit ROBERTO WATSOUN, et CATHARINE SANGSTAR ejus sponse,—sextam partem ville et terrarum de Tulligrig, cum pastura et focalibus consuetis (per dictos Rob. et Catharinam occupat.), in schira Abirdonensi, vic. Abirdene:—TENEND. dictis Rob. et Catharine eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, quamdiu dicta Catharina in viduitate permaneret, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Rob. et assignatis quibuscunque, de dicto episc.:—REDDEND. annuatim 17 sol. 9½ den., sextam partem celdre ordei, 5 bollarum ordei cum bato cuilibet bolle nomine aride multure, celdre farine, 2 martarum, 2 mutonum, 4 bollarum avenarum cum pabulo, 2 capones, 4 pultreas, 10 den. pro bondagio, 3 sol. 7 den. pro gressuma, cum servitiis consuetis, et 12 den. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia apud palatium dicti episc.; et tenentes in exercitibus regiis ballivo dicti episcopi principali servirent armati juxta morem patrie; necnon quilibet heres sive assignatus in introitu fidelitatis juramentum prestaret; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris:—SALVIS regiis servitiis consuetis:—TEST. And. Ban, Tho. Watsoun, And. Aitkin:—Apud civitatem Abirdonen., 22 Jul. 1559, consecrationis dicti episc. anno 13]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 452.

2516. Apud Halyrudehous, 16 Feb.

REX &c., confirmavit cartam factam per Joannem commendatarium perpetuum de Abirbrothok, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt JOANNI CARNEGY de Setoun, et KATHERINE FOTHERINGHAME ejus sponse,—terras de Lathame in Corstoun, cum earum decimis garbalibus, in baronia sua de Dunnichtin, regalitate de Abirbrothok, vic. Forfar;—que fuerunt Roberti Hammiltoun, fratris quondam Mathei H. de Mylneburne, in feudifirma; et quas dictus Robertus in favorem dictorum Jo. Carnegy et Kath. resignavit:—TENEND. dictis Jo. C. et Kath. in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis de corpore dicti Jo. procreatis et assignatis, quibus deficientibus, Jacobo C. fratri dicti Jo., et heredibus masculis ejus de corpore procreandis, quibus def., heredibus et assignatis dicti Jacobi quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. 13 sol. 4 den. firme antique, et 8 den. augmentationis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Carnconan aut alibi; et 13 sol. 4 den. in introitu heredum vel assignatorum:—cum precepto sasine directo Joanni Halis:—TEST. Lodovico Hammiltoun decano de Dunbar, Andrea Hammiltoun de Goislintoun milite, Jac. Hammiltoun de Ruchbank, M. Alex. Forest:—Apud dictum monast., 12 Jan. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 373.

2517. Apud Halyrudhous, 18 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Archibaldi Hammyltoun, vicarii perpetui ecclesie parochialis de Curmannok,—[qua,—cum consensu Joannis archiepiscopi Sancti Andree abbatisque de Pasleto, et conventus de

Pasleto, rectorum et patronorum dicte ecclesie,—pro summa pecunie et aliis gratitudinibus sibi impensis,—ad feudifirmam dimisit M. JACOBO HAMMYLTOUN in Peill, et ELIZABETH CRAUFURD ejus sponse,—2 marcatas terrarum ecclesiasticarum dicte vicarie nuncupatas Catgill, antiqui extentus, dictis Jacobo et Eliz. assedatas (inter terras de Kittoksyde, Maxfeild, Philpshill et Overtoun de Curmannok), in baronia de Curmannok, vic. Lanerk :—TENEND. dictis Jac. et Eliz. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jac. et assignatis quibuscunque, de dicto vicario :—REDDEND. 10 marcas pro firma et aliis devoriis consuet., et 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Allano Hammyltoun in Bogtoun :—PROVISO quod ista carta non extenderetur ad mansum et locum dicti vicarii :—TEST. Archibaldo Hammyltoun, Rob. Fary, M. Alex. Forest :—Apud Hammyltoun et monast. de Pasleto, 1 et 2 Sept. 1557]:—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret rationabili manso cum 4 acris terrarum ministro dicte ecclesie reservandis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 343.

2518. Apud Halierudehous, 20 Feb.

REX &c., confirmavit cartam D. Gilberti Duf, capellani Dive Katherine infra ecclesiam parochialem de Invernes,—[qua, ob magnas pecuniarum summas persolutas,—cum consensu prepositi, ballivorum, consulum et communitatis burgi de Invernes, patronorum dicte capellanie, necnon (quondam) Patricii episcopi Moravien. pro ejus interesse,—ad feudifirmam dimisit WILLELMO CUMING, burgensi de Invernes, —terras de Bucht, ex occidentali parte aque de Nys, in regalitate de Spynie, vic. Invernes :—TENEND. dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Wil. et assignatis quibuscunque, de dicto capellano :—REDDEND. 10 marcas firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando dict. 10 marc. 3 sol. 4 den. in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Invernes :—TEST. Jac. Patersoun preposito de Invernes, Alex. Patersoun juniore burgensi ibidem, Jo. . . . . alias Fraser portionario de Moneak, Gilb. Patersoun, Jo. P., filiis Alexandri P. senioris burgen. de Invernes, Magistris Jac. Strathauchin rectore de Balhelwie, Archibaldo Lindesay rectore de Kingussy, Andrea Moncreif :—Apud Invernes, 18 Apr. 1566, et apud Spynie per dictum episc. sigillat. 11 Apr. 1567]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 532.

2519. Apud Halyrudehous, 22 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Willelmi Tullow de Craignestoun,—[qua, pro pecuniarum summis sibi et prolibus suis persolutis, concessit ALEXANDRO TULLOW, filio suo et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Craignestoun, viz. *lie* Manis de Craignestoun, terras de Nethirsait, Inchegray et Odmonstoun, cum tenentibus &c., vic. Kincardin :—TENEND. dicto Alex. et heredibus ejus legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Alex. quibuscunque, de rege: —RESERVATIS libero tenemento dict. *lie* Manis dicto Willelmo, et rationabili tertia earundem versus umbram Jonete Strathauchin sponse sue cum contingeret :—cum precepto sasine directo Andree Tullow :—TEST. Jo. Strathauchin de Dillewardis, Jacobo Mane, Jo. Jolie, Rob. Myle notario publico :—Apud Craignestoun, 2 Jul. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 353.

2520. Apud Halyrudhous, 24 Feb.

REX &c., confirmavit cartam quondam M. Joannis Makquhin, capellani altaris Sancti Niniani olim situati infra ecclesiam parochialem de Pasleto,—[qua,—cum licentia prioris et conventus monasterii Pasleti, patroni dicti altaris,—pro pecuniarum summis et aliis gratitudinibus sibi prestitis, ad feudifirmam dimisit THOME INGLIS burgensi de Pasleto, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tenementum sive domum vocatam Sanct-Ninianis-hous, cum pecia horti ejusdem, in vinella vocata

Wattir-raw burgi de Pasleto (juxta aquam de Cart);—quod tenementum prius spectabat predecessoribus dicti Tho.:—REDDEND. annuatim dicto capellano 12 solidos, et 16 den. in augmentationem rentalis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Roberto Alschindoure clerico burgen. dicti burgi:—TEST. Rob. Alschindour, Wil. A., Geo. A., fratribus:—Apud Paslay, 12 Jan. 1571]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 344.

2521. Apud Halyrudehous, 24 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi Melvile de Halhill,—[qua concessit CRISTINE BOSUALL conjugi sue, in vitali redditu,—dimedietatem terrarum de Eister Cullessie vocat. Halhill, et molendinorum ejusdem, cum dimed. terrarum de Murefeild, cum domibus, edificiis et hortis (exceptis turre, fortalicio, pomeriis, hortis de Halhill), in senesc. et vic. de Fyff:—REDDEND. regi pro dimedietate de Halhill 4 marc., cum 6 bollis avenarum et duodena pultrearum, pro dimed. de Murefeild 11 sol. 8 den., tanquam dimed. firmarum feudifirmariarum, devoriarum et pultrearum in carta dicto Jac. et predecessoribus suis desuper confecta contentarum:—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Meldrum juniore dom. de Segy, Archibaldo Fraser, Tho. Mylis, Alex. Fairlie:—Apud Edinburgh, 20 Feb. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 367.

2522. Apud Halieruidhous, 26 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Grisillidis Squiar, feudifirmarie decimesexte partis de Fruquhy,—[qua, cum consensu Roberti Hendirsoun sponsi sui, vendidit JOANNI COWPER alias *callit Johnne abone the gaitt*, heredibus ejus sive assignatis quibuscunque, et MARGARETE BALFOUR relicte Andree Burrell portionarii de Fruquhy, et heredibus sive assignatis inter eam et dictum And. procreatis, respective *half and half*,—suam decimamsextam partem terrarum de Freuquhy, in senesc. et vic. de Fyff:—TENEND. de rege in feudifirma; cum libera pastura eorum bobus super *lie* Lawmondis de Faulkland accordante antiquo usui:—SOLVEND. annuatim 20 sol. monete, 2 bollas 3 firlotas $3\frac{3}{4}$ peccas ordei, 3 bollas 1 firlotam 2 pec. avenarum, dimedietatem anseris, 3 pultrias:—TEST. Davide Betoun de Creoch senescallo de Fyff, Andrea Greiff ejus scriba curie, Nic. Ymrie, Tho. Fairny, Jo. Robertsoun, dicte curie officiariis, Jo. Burrell et Wil. Cowper portionariis de Fruquhy:—cum subscriptionibus dictorum Gris. et Rob. ductis ad calamum per notarium, et sigillo Joannis Avarie de Kilquhis, deputati senescalli de Fyff:—In curia capitali dicti senescalli in palatio de Faulkland, 22 Apr. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 143.

2523. Apud Halyrudehous, 29 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Guthrie de Balnabricht,—[qua vendidit JACOBO GUTHRIE burgensi Edinburgi, et CRISTINE BARRON ejus sponse,—solarem mediam occidentalis medie, et umbralem tertiam partem orientalis medie, terrarum de Balnabricht ex meridionali parte petre earundem, necnon molendinum earundem cum terris molendinariis, multuris et sequelis, in dominio de Brechin, vic. Forfar:—TENEND. dictis Jacobo et Cris. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, quibus deficientibus, dicti Jac. heredibus et assignatis quibuscunque, de rege in feudifirma:—REDDEND. annuatim 11 marc. 8 sol. 11 den.; necnon servitium forensicum tempore belli cum reliquis tenentibus dicti dominii:—SALVO vitali redditu, post mortem dicti Jo., dicte umbralis tertie orientalis medie Eliz. Ochtirlony sponse sue:—TEST. M. Jo. Guthrie, Davide G., filiis dicti Jo., Davide Lyell notario:—Apud Balnabricht, 19 Feb. 1572]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 348.

2524. Apud Palatium S. Crucis, 29 Feb.

REX &c., dedit literas legitimationis DUNCANO M'KYNNAIR in Dunkeld, bastardo, filio naturali quondam D. Joannis M. vicarii de Lanye. xxxiv. 368.

2525. Apud Halyrudehous, 1 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Patricii Chene de Essilmont,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis de data apud Petsindie et Meginche, 4 Nov. 1575,

—vendidit Domine HELENE BRUCE sponse sue affuture, tunc in ejus viduitate, in vitali redditu.,—in contentationem ejus tertie tam majoris quam minoris, &c.,—baroniam suam, viz. *lie* Manis de Essilmonth cum turre, fortalicio, loco, manerie ejusdem, terras de Craigheid, Auldmylne, Carnehill, Corstane, Wollaw, cum dimedietate de Ovir Forthre, cum *lie Murefaldis*, molendino et astrictis multuris, ac terris de Chapeltoun ad dict. baroniam spectan., et custumis, canis, areagiis, careagiis, tenentibus &c., in dominio de Essilmonth, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo M. Francisco Chene:—TEST. Joanne Charteris de Kinfawnis, Geo. C. ejus filio et apparente herede, Magistris Gilberto et Francisco Chenis, Jacobo Hepburne de Furde burgen. de Perth, Patricio Chene seniore et juniore servitoribus dicti dom. de Essilmonth, Tho. Rettray, Andrea Bowie notario publico :—Apud burgum de Perth, 7 Nov. 1575] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 352.

2526. Apud Halyrudhous, 1 Mar. REX &c., confirmavit cartam Willelmi Dwgude de Auchinhufe,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis inter se et Rob. Dwgude filium suum et heredem apparentem ex una, et Alex. Forbes de Petslego pro ipso et Joneta F. filia quondam Willelmi F. de P. fratris germani dicti Alex. ex altera partibus, pro matrimonio inter dictos Rob. et Jon. solempnizando, de data apud Abirdene, 4 Jul. 1575, necnon pro pecuniarum summis per dictum Alex. dotis causa persolutis,—concessit dicte JONETE FORBES, in ejus virginitate, in vitali redditu,—villam et terras de Warthill (excepto molendino de Auchinhuif, multuris et proficuis ejusdem), in baronia de Auchinhuif, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Patricio Forbes de Pittillachie :—TEST. M. Rob. Lummisden de Clovay, Jo. Forbes in Sonehunnie, Patricio Forbes de Pittillachie, Wil. Forbes in Melgoun, M. Wil. Davidsoun, M. Tho. Malesoun et M. Joanne Kennedye notariis publicis :—Apud Abirdene, 14 Sept. 1575] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 359.

2527. Apud Halyruidhous, 1 Mar. REX &c., dedit literas legitimationis JOANNI FORBES bastardo, filio naturali quondam M. Arthuri F. ; et voluit quod, si dictus Jo. absque legit. heredibus de corpore procreatis vel dispositione de hereditatibus facta decederet, Alex. Forbes de Petslego et ejus heredes essent heredes dicti Jo. xxxiv. 362.

2528. Apud Halyrudehous, 1 Mar. REX &c., confirmavit cartam Alexandri Forbes de Petslego,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Wil. magistrum Mariscalli (vocat. *Master of Merschell*) initi apud Edinburgh, . . . Mar. 1574,—vendidit BARBARE KEITH conjugi sue, sorori germane dicti Wil., in vitali redditu,—terras de Ladeisfurde, Wodheid, Bulgnie-Ovir, Middill et Neddir Bulgnie, Uttermair, molendinum de Ardquhane et Bulgnie, in baronia de Petslego ; terras de Melgun, molendina granorum et fullonum ejusdem, terras de Half-Dawach et Bog, in dominio de Cromar, baronia de Kynnaldie, vic. Abirdene ;—in recompensatione pro terris de Lethinty cum manerio et molendino, villa et terris de Mekle Warders cum molendino et terris molendinariis, vic. Abirdene, in quibus dictus Alex. dictam Barb. in ejus virginitate infeodavit de se tenendis in alba firma, et quas dicta Barb. renunciavit :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Alexandro Keith de Glakreauch :—TEST. Rob. Keith de Canterland, Jac. K. ejus filio, Alex. Forbes de Gellane, Hen. Wardlaw scriba :—Apud Edinburgh, 12 Mar. 1574] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 395.

2529. Apud Halyrudehous, 1 Mar. REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. commendatarium perpetuum de Dunfermeling, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, et aliis auxiliis &c., confirmaverunt et quitteclamaverunt JOANNI DOMINO GLAMMIS, cancellario Scotie,—terras de Fotheris et Schanwall alias Tentismuris, cum piscariis de Drumlaw, Johnissandis, Puylknow et Lindoischot, et aliis piscariis quibuscunque tam salmonum quam alborum piscium dict.

terris spectan., in regalitate de Dunfermeling, vic. Fyff;—quas idem Jo. resignavit: —TENEND. dicto Jo. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, M. Thome Lyoun ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto monast. :—REDDEND. jura et servitia debita et consueta, cum 40 sol. solvi solitis :—PRETEREA dicti Rob. &c. voluerunt quod, quandocunque dicte terre &c. in eorum manibus ratione warde aut nonintroitus devenirent, dicti Jo. et heredes eas possiderent durante dict. warda &c., pro annua solutione 20 librarum:—cum precepto sasine :—Apud dictum monasterium, 23 Maii 1575]:—TEST. *ut in carta* 2505.

xxxiv. 407.

2530. Apud Dalkeith, 13 Mar.

REX &c., concessit ELIZABETH SANDELANDIS, sponse Joannis Bosuall nepotis et heredis apparentis D. Davidis B. de Glasmounth militis, in vitali redditu,—dimedietatem terrarum de Glasmountht, in baronia de G., vic. Fyff;—et dicto JOANNI BOSUALL, heredibus ejus et assignatis,—baroniam de Glasmounth, per unionem ab antiquo terras subscriptas continentem, viz. dict. dimed. terrarum de G., terras de Cragingat, Balglelie Eister et Westir, Balmuto, dimed. de Balgragie, cum dimed. pendiculorum vocat. Balgonie et Bowhill, dimed. de Straruthie, dimed. de Muretoun, dimed. de Dundonald, cum dimedio de Southmest Spittell, *lie pendicle* earundem existen., dimed. de Cartmoir, Pitkennie, Capildra et Balbathie, terras de Lochgelleis, cum turribus, fortaliciis, molendinis, multuris, lacubus, piscationibus, pomariis, hortis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum, beneficiorum et capellaniarum earundem, vic. Fyff; —quas dimedietates de Balgragie, Muretoun, Pitkennie et Balbathie cum pertinen. idem Jo., ceteras dictus Dav., resignaverunt; et quas omnes rex, pro servitio dictorum Dav. et Jo., de novo incorporavit in liberam baroniam de Glasmounth, et voluit quod unica sasina apud villam de G. capienda pro omnibus staret:—REDDEND. jura et servitia debit. et consueta, ac tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Fyff, ac tres sectas ad tria placita capitalia constabularie de Kingorne: —RESERVATIS libero tenemento de Balmuto cum turre et fortalicio, Craigingat, Balglelie-Eister, dimedietatis de Dundonald, Southmest Spittell, Cartmoir, Capildra et Straruthie, et terrarum de Lochgelleis Eister et Westir, dicto Dav.; et, per consensum dicti Dav., 3 celdris victualium de terris de Eister Balglelie dicte Eliz. pro ejus vita:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 379.

2531. Apud Dalkeith, 14 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Duncani Dawsoun burgen. de Striviling,—[qua vendidit MARIOTE DAWSOUN filie sue, et JACOBO OSWALD ejus sponso, burgensi dicti burgi,—quartam et decimamsextam partes terrarum de Eister Row, in senescallatu de Menteith, vic. Perth:—TENEND. dictis Mar. et Jac. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, seniori heredum fem. absque divisione, de rege in feudifirma :—TEST. Jo. Grahame de Ballindorrane, Wil. G. ejus filio et apparente herede, Jo. Burdoun apparente de Auchingarrych, Jac. Kincaid, *Schir Robert Drummond of Carnok knycht*:—Apud Striviling, 13 Dec. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 360.

2532. Apud Dalkeith, 14 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Andree Simsoun, vicarii perpetui ecclesie parochialis de Boltoun,—[qua,—cum consensu Roberti tunc commendatarii S. Crucis, et conventus ejusdem, patronorum dicte vicarie,—pro 60 lib. ad reparationem dicte ecclesie et ejus ornamentorum per Anglos devastat. persolutis, ad feudifirmam dimisit LAURENTIO COKBURNE de Kirkland, et HELENE SINCLARE ejus conjugi, eorumque alteri diutius viventi in vitali redditu, et JOANNI COKBURNE eorum filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, ejus legitimis et propinquioribus heredibus masc. quibuscunque, quibus def., seniori heredum fem. absque divisione, hereditarie, —terras ecclesiasticas et glebam *lie* Kirkland de Boltoun, cum prato, domibus, edi-

ficiis, hortis, et duas acras infra *lie* Manis de Boltoun *lie* Vicaris-aikeris nuncupatas, manso suo proxime adjacentes (per dictos Laurentium et Hel. occupat.), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto vicario 8 marcas firme antique, et 20 solidos augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. Andrea Wallange incola ville de Leith, Jo. Aytoun, Joanne Cunynghame, D. Jo. Beir capellano, Thoma Sinclare notario :—Apud burgum de Edinburgh, 16 Jan. 1553] :—NECNON cartam factam per quondam Eliz. priorissam de Hadingtoun, et ejusdem conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt Laurentio Cokburne in Kirkland de Boltoun, et Helene Sinclare ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et Joanni C. eorum filio et heredi apparenti, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—bovatam terre (per dictos Laur. et Helenam occupatam) inter terras suas de Bagby et terras de Blans, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto monast. 20 sol. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—TEST. Georgio Bauld, Wil. Hepburne, Rob. Evingtoun, Jo. Bauld, M. Wil. Waldtersone notario publico :—cum subscriptionibus dictarum Eliz. &c. per notarium :—Apud dictum monast., 28 Apr. 1558] :—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret ministris apud ecclesiam de Boltoun servientibus et residentibus penes mansum et acras eis reservand. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 390.

2533. Apud Dalkeith, 17 Mar.[1]

REX &c., confirmavit cartam Jacobi Jhonstoun de Elphinstoun,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter se et Jonetam Melvile sponsam suam ex una, et Jac. J. filium suum legitimum maximum natu inter se et dictam Jon. procreatum, ac Jo. Melvile de Raith et Jo. J. fratrem germanum dicti Jac. patris curatores dicti Jac. filii pro eorum interesse, ex alia, necnon Rob. J. similiter suum filium legit. inter se et dictam Jon. procreatum, cum consensu Jacobi Melvile de Halhill et M. Adami Jhonstoun prepositi de Crichtoun curatorum dicti Roberti pro eorum interesse, ex tertia partibus, de data apud Edinburgh, . . . 1570,—concessit dicto ROBERTO JHONSTOUN—terras de Lewchy, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—pro renunciatione saline in villa de Prestoun-pannis (inter veterem salinam per Alex. Oube (Cube?) occupatam, et salis patellam olim per Alex. Reid occupat.), in dominio de Newbottill, dictis constab. et vic., in favorem Joannis J, ejus fratris germani :—TENEND. dicto Rob. et heredibus masculis ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus masc. quibuscunque, quibus def., dicto Jac. patri et heredibus suis quibuscunque reversuras, de dicto Jacobo patre :—REDDEND. unum den. albe firme :—cum precepto sasine directo Willelmo Achesoun et Thome Thomesoun : —TEST. Joanne Jhonstoun, M. Adamo J., fratribus, Wil. Melvile, Jo. Kneland, Gilb. Watsoun :—Apud Elphingstoun, 4 Maii 1576 (*sic*)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 469.

2534. Apud Dalkeith, 18 Mar.

REX &c., concessit RICARDO MOWAT, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 20 librarum de terris et baronia de Glenbervie et Barres, villa et terris de Barres, Ovir et Nethir Kynninmonth, Tannoquhy, Boigjardane, Brigfurde et Inchebrek, in dicta baronia, vic. Kyncardin, vel de aliquibus aliis terris pertinentibus domino de Glenbervie;—qui pertinuit priorisse et conventui loci de Senis super *the Burrowmure* prope burgum de Edinburgh, et regi devenit ob alterationem religionis et defectionem priorissarum et monialium talium locorum, per privilegia corone et ordinem penes loca et redditus monialium :—REDDEND. unum den. nomine albe firme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 363.

2535. Apud Edinburgh, 20 Mar.

REX &c.,—quia in curia vic. de Banff per

[1] Dated an. reg. 8. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xliii. fol.

Jo. Mortimer vicecomitem deputatum tenta, 3 Nov. 1575, Geo. Ogilwie de Dunlugus obtinuit decretum adversus Alex. Ogilwie de Boyne pro 17994 lib. 17 sol. 8 den., et 5 marc. pro expensis litis; et Geo. Pyper marus dicti vic., de precepto Roberti com. de Buchane vicecomitis principalis de Banff, bona dicti Alex. apud villas et terras de Bochcragy, Culfyne, Cohath, maneriem de Craig de Boyne, quesivit et non invenit; et 23 Feb. 1575, coram Wil. Duncansoun vicecomite deputato de Banff (in domo Marjorie Gartulie in burgo de Banff, ubi curie dicti vic. tente sunt post occiduum tecti pretorii dicti burgi), comparente dicto Alex. per Jac. Hay procuratorem, appreciate fuerunt[1] terre de *thaynedome* de Boyne cum molendino et piscationibus, de rege tente (viz. annue firme et multure extendentes ad 460 bollas 2 firlotas victualium, pretium bolle 13 sol. 4 den., *lie malis* terrarum et albarum piscationum ad 255 lib. 13 sol. 4 den.), terre de Culfin, Auchannaseis et Ordingis in foresta de Boyne, de comitibus de Huntlie tente (viz. Auchannaseis ad 88 bol. victualium, Culfyn et Ordingis ad 26 libras 13 sol. 4 den.), terre et molendinum de Regallis in baronia de Mumbray, de abbatibus de Abirbrothok tente (ad 6 lib. 13 sol. 4 den.), terre templarie de Strathaway, de dominis S. Joannis de Torphichin tente (ad 40 sol.), in toto extendentes annuatim ad 668 lib., pro 13626 lib. 13 sol. 4 den. in partem solutionis dict. summarum;—igitur concessit dicto GEORGIO OGILWIE, heredibus ejus et assignatis,—dictas terras &c. de *thaynedome* de Boyne, vic. Banff:—RESERVATO vitali redditu Domine Cristine Keith, domine vitalis redditus ejusdem:—et voluit rex quod dictus Alexander, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas, pro quibus dict. terre appreciate sunt, persolverent infra septennium:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 526.

2536. Apud Halicrudehous, 22 Mar. REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Donaldum abbatem de Cupro, et conventum ejusdem,—[qua, pro summa pecuniaria persoluta, ad feudifirmam dimiserunt ANDREE CAMPBELL in Chapeltoun, et JONETE TURNEBULL ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitalibus redditibus, et JACOBO CAMPBELL eorum filio hereditarie, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus ejus masc. et assignatis ejusdem cognominis quibuscunque,—tertias partes terrarum de Chapeltoun (per dictum Andream occupatas), infra terras sive dominium de Cupro, vic. Perth:—REDDEND. dicto monast. 5 lib. tanquam firmam antiquam, 20 sol. pro gressuma, 10 sol. in augmentationem rentalis, 2 bollas avenarum ad equorum pabulum, 12 pultreas, cum ceteris ariagiis, cariagiis et vecturis tam glebarum et casei quam aliarum rerum consuetis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; et duplicando dict. 6 libras 10 sol. in introitu heredum et assignatorum; multurasque astrictas et debitas reddendo feudifirmario molendini de Blaklaw, et salarium justum feudifirmario cimbe de Ileif; et interessent cum dictis abbate et conventu, sive eorum commissariis familie, in exercitibus regalibus armati sumptibus propriis; et dictis abbati et conventui expensis dictorum abbatis et conventus servirent; et si in solutione deficerent infra quadraginta dies post unumquemque terminum, liceret dictis abbati &c. bona distringere pro debitis, cum 10 sol. pro dampno et interesse convento:—TEST. Jacobo Hering de Glascloyne, Jacobo Hering de Westir Gormok, Willelmo Blair de Balgillo, Joanne Blair ejus filio et herede apparente, Colino Campbell de Crunan, Joanne Robesoun notario publico:—Apud dictum monasterium, 10 Maii 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis &c.* xxxiv. 445.

---

[1] Names of assize:—David Bruce in Craigmylne, John Guthrie in Auchindarie, Wil. Sym in Dittachie, Wil. Mair in Carinandro, John Walker in Blairmaid, Gilbert Mair in Avaldis, John Hill in Brintyairdis, Tho. Mair in Sauchinbusk, And. Schandie in Petger, John Mair *ibid.*, Tho. Jak in Corskie, Wil. Jak *ibid.*, John Turnoure *ibid.*, Tho. Hill in Downie, And. Schand *ibid.*, Robert Moresoun in Cannomylne, Patrick Schand in Downie, Geo. Duff in Hiltoun, Jas. Wat in Toidhoillis, James Gellie in Bleschennachie, Tho. Turnoure in Dallachie.

2537. Apud Halierudehous, 23 Mar.
REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Michaelem commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem conventum, —[qua ad feudifirmam dimiserunt (quond.) THOME SCOT de Haning (tenenti sibi per regem cum consensu Jacobi comitis Moravie domini Abirnethie &c. regentis presentato), heredibus ejus et assignatis,—villam et terras de Eleistoun, in dominio de Melrosland, vic. Roxburgh;—que fuerunt Jacobi olim comitis de Bothwell, de dicto monasterio tente in feudifirma, et ob ejus forisfacturam regi devenerunt:—REDDEND. dicto monast. 3 celdras ordei et 3 celdras farine avenatice mensure loci de Melros (extenden. ad 13 peccas qualibet bolla), 60 pultreas (aut 8 sol. pro qualibet bolla ordei, 6 sol. 8 den. pro bolla farine, 6 den. pro pultrea), tanquam antiquas firmas, necnon 20 sol. in augmentationem rentalis, in toto 37 libras 14 sol.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia dominii de Melros, cum aliis servitiis debit. et consuet.:—cum precepto sasine directo Alexandro Chisholme;—Apud dictum monast., 3 Apr. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 470.

2538. Apud Dalkeith, 24 Mar.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi com. de Mortoun dom. de Dalkeith &c., regentis Scotie,—[qua,—pro perimpletione partis contractus initi inter Arch. com. Angusie dom. Dowglas et Abirnethie &c., cum consensu dicti Jac. et . . . . . ejus curatorum pro eorum interesse, ab una, et Arch. Dowglas filium naturalem dicti Jac., cum consensu Joannis Dowglas in Glaspin et Jacobi Millare scribe ejus curatorum pro eorum interesse, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 6 Jun. 1575,—vendidit dicto ARCHIBALDO COMITI ANGUSIE, et heredibus ejus masc. et tallie in ejus nova infeodatione comitatus Angusie contentis, et assignatis,—locum et terras de Catslake cum turre et fortalicio, loca et terras de Eistir et Westir Montberneger, incorporatas in unam tenandriam de Catslak, cum pendicula nuncupata Schuttingleyis, in dominio de Ettrik-forrest, vic. Selkirk;—in excambium (cum nonnullis aliis terris et decimis per dictum Arch. D., et dictum com. de Mortoun ejus nomine, juxta tenorem dicti contractus dicto com. Angusie dispositis) pro tertia parte terrarum de Duffous cum tenentibus &c., terris de Pettindreych, Cauldcoittis, Darlie, Lewynnishauch et dimedietate de Surestoun, cum molendino de Pettindreich, vic. Elgin:—REDDEND. regi 211 libras 3 sol. 4 den. nomine feudifirme; necnon duplicando dictam feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—cum precepto sasine:—TEST. Georgio Auchinlek de Balmanno, M. Joanne Provand preposito de Abirnethie, Alexandro Jardan, servitoribus dicti Jacobi comitis de Mortoun, Jacobo Myllar notario:—Apud Dalkeyth, 8 Jun. 1575]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 6. 5. 15. xxxiv. 449.

ANNO DOMINI 1576. ANNO REGNI 9.

2539. Apud Dalkeith, 25 Mar.
REX &c., confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit M. JOANNI SCHARP advocato, heredibus ejus et assignatis,—terras et *lie* Manis de Houstoun cum molendino earundem, vic. Edinburgh;—quas idem Jo. personaliter resignavit:—TENEND. in feudifirma ut antea:—cum magno sigillo, et secreto sigillo ex eo quod dictus Jo. custos magni sigilli sub cancellario extitit, appositis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 370.

2540. Apud Dalkeith, 27 Mar.
REX &c., confirmavit et, pro bono servitio, quitteclamavit DAVIDI PRESTOUN de Craigmillar, et ELIZABETH LAUDER ejus conjugi,—terras et baroniam de Prestoun, cum manerie, domibus, edificiis, hortis, pomariis, silvis, piscationibus, molendinis, carbonibus, carbonariis, columbis, jacen. super aqua de Esk, vic. Edinburgh;—quas idem Dav. et ejus curatores resignaverunt, pro perimpletione contractus matrimonialis initi inter dictum Dav. et ejus

curatores ab una, et Rob. Lauder de Bas et dictam Eliz. ejus filiam ab altera partibus: —TENEND. dictis Dav. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter ipsos legit. procreandis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masc. et tallie dicti Davidis quibuscunque; absque ruptura unionis terrarum de Aldinstoun, Langhald et Swynhoip, in dominio de Lauderdaill, vic. Beruik, dicte baronie de Prestoun:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 403.

2541. Apud Halyrudehous, 27 Mar. REX &c., confirmavit cartam factam per Issobellam Craufurde, filiam et unam heredum seniorem natu quondam Joannis C. de Giffertland, cum consensu Joannis Craufurde in Volstone ejus sponsi pro ejus interesse,—[qua,—pro perimpletione clausule contractus initi apud Craufurdland, 14 Dec. 1567,—vendidit JOANNI CRAUFURDE de Craufurdland, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis,—dimedietatem terrarum dominicalium de Giffertland, extenden. ad 30 solidatas, cum mansione, manerie, pomariis, hortis de G., dimed. molendini de G., astricte multure ejusdem, dimed. 2 marcatarum de Uthermure extenden. ad 1 marcat. antiqui extentus, sibi in proprietate pertinentes, superioritatem 2½ marcatarum de Birkheid, in parochia de Dalry, ballia de Cunynghame, vic. Air:—TENEND. de Jacobo domino de Cunynghame tanquam principe et senescallo Scotie:—cum precepto sasine:—TEST. M. Andrea Hay rectore de Ranfrew, Geo. Campbell de Stevinstoun, Jo. Mure et Ric. Harbertsoun notariis:—Apud Craufurdland, 29 Sept. 1568]:—NECNON cartam factam per Margaretam Craufurde, filiam et unam heredum dicti Jo. C. de Giffertland, cum consensu Thome Craufurde ejus conjugis pro ejus interesse,—[qua,—pro perimpletione clausule contractus initi apud Dalgarvan, 4 Dec. 1567,—vendidit Joanni Craufurde de Craufurdland—dimedietatem dict. terrarum dominicalium, extenden. ad 30 solidatas, dimed. dict. molendini et astricte multure, dimed. dictarum 2 marcatarum de Uthermure:—TENEND. dicto Jo. C. de C. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Jo. quibuscunque, de rege tanquam principe et senescallo Scotie:—cum precepto sasine:—TEST. Willelmo Craufurde filio Willelmi C. de Wolstoun, Rankino Davidsoun ministro in Galstoun, Jo. Mure burgen. de Irwin, notariis publicis:—cum subscriptione notarii nomine dicte Marg.:—Apud Crafurdeland, 10 Aug. 1568]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 414.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI FORSYITH in Millegin, et KATHERINE WILSOUN ejus sponse,—2 bovatas terrarum de *lie* Eister-pleuch de Millegin (per dictum Dav. occupatas), in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—TENEND. dictis Dav. et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus (et assignatis) dicti Dav. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 30 sol. 6 den. firme antique, 16 den. firme annue (pro gressuma), 20 den. augmentationis, 2 firlotas farine custumalis (vel 40 den.), 2 firl. avenarum custumalium (vel 20 den.), dimedium vervecis (vel 30 den.), 2 capones (vel 12 den.), 2 pultreas (vel 8 den.), dimed. anseris (vel 5 den.), 2 cariagias inter Strathilay et Kinlos dummodo requisiti sunt, cum servitio debit. et consuet. (vel 30 den.); et cum multura &c. (*ut in carta* 2614); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik:—TEST. Adamo Dundas de Knok, Archibaldo Innes, Joanne Paradyce, Jo. Langmure in Millegin, Wil. Langmure, Rob. Bruce:—Apud Edinburgh et Kinlos, 20 et 26 Maii 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 497.

2621. Apud Halierudehous, 24 Dec.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro . . . marcis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt GEORGIO MURRAY in Myllegin, et JONETE SMYTH ejus sponse,—2 bovatas terrarum de Myllegin (per dictum Geo. occupatas), in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—TENEND. dictis Georgio et Jon. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Georgii quibuscunque et assignatis, de dicto monast.:—SOLVEND. 30 sol. 6 den. firme antique, 30 den. augmentationis, 3 sol. 4 den. pro ½ bolla farine, 20 den. pro ½ bolla avene custumalis, 2 sol. 6 den. pro ½ vervece, 5 den. pro ½ ansere, 12 den. pro

2 caponibus, 16 den. pro 4 pultreis, 2 sol. pro 2 *lie cariagiis*, 2 sol. 6 den. pro ceteris servitiis, 16 den. pro annua gressuma, in toto 2 lib. 9 sol. 1 den.; cum astricta multura &c. (*ut in carta* 2614):—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik:—TEST. Jo. Innes de Edingeicht, Arch. Innes, Waltero Innes, Jac. Bruce, Joanne Duncane:—Apud Abirdene et monast. de Kinlos, 24 Jul. et 10 Aug. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 501.

2622. Apud Halierudehous, 24 Dec. REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis sibi persolutis, concesserunt ANDREE HENDIRSOUN, heredibus ejus et assignatis,—2 bovatas terrarum de Knok (per Tho. H. in Knok patrem dicti And. modo occupatas), in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf;—quas Adamus Dundas de Knok, pro magnis pecuniarum summis sibi per dictum And. persolutis, apud Kinlos, 10 Jul. 1571, in favorem dicti Andree resignavit:—TENEND. de dicto monast. in feudifirma:—SOLVEND. 28 sol. 4 den. firme antique, 6 den. augmentationis, 3 sol. 4 den. pro ½ bolla farine, 20 den. pro ½ bol. avenarum custumalium, 30 den. pro ½ vervece, 9 den. pro 1½ caponibus, 8 den. pro 2 pultriis, 30 den. pro servitiis cum *lie cariagiis*, 2 den. *for ane threif of custome stray*, in toto 2 libras 5 den.; cum astricta multura &c. (*ut in carta* 2614):—cum precepto sasine directo Wilhelmo Scherar in Knok:—TEST. Georgio Abircrommy in Kinlos, Davide Duncane ibidem, Davide Hendirsoun in Knok, Tho. Gall in Findorne, Niniano Spens in Newlandis, And. Johnestoun, Jacobo Bruce:—Apud Kinlos, 20 Mar. 1571]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 503.

2623. Apud Halierudehous, 28 Dec. REX &c., concessit WALTERO SCOT burgensi de Dysert, heredibus ejus et assignatis,—terras de Petlour-Westir et Auchnary, in baronia de Strathmeglo, vic. Fyff;—quas Jo. Scot burgen. de Dysert, frater dicti Walt., resignavit:—REDDEND. jura et servitia debita et consueta:—RESERVATO libero tenemento dicto Jo.:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 5. 15. xxxiv. 551.

2624. Apud Halieruidhous, 29 Dec. REX &c., dedit literas legitimationis LAURENTIO URQUHARD, filio naturali quondam Jacobi U. burgensis de Fores; et voluit quod, si dictus Laur. absque legit. heredibus de corpore procreatis vel legitima dispositione de hereditatibus facta decederet, Alex. U. decanus Rossen. ejus frater, et heredes ejus quicunque, dicto Laurentio succederent. xxxiv. 438.

2625. Apud Halieruidhous, 30 Dec. REX &c., dedit literas remissionis HENRICO DWTHIE Scoto, tunc burgensi de Hanburgh, pro tempore ejus vite,—pro arte et parte interfectionis Joannis Wychtoun, per eum in propria defensione existentem, invasum pro nece per dictum Jo. et alios ejus complices sub nocte infra ejus cubiculum apud ecclesiam de Fedderesso, in mense Jun. 1563 commisse. xxxiv. 441.

2626. Apud Halierudehous, 31 Dec. REX &c., confirmavit cartam Roberti Wethirspwne, canonici Abirdonen. et prebendarii de Kincardin Oneill,—[qua,—cum consensu Willelmi episc. Abirdonen., decani et canonicorum ejusdem,—pro pecuniarum summis persolutis, et aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit PETRO BOYD, et ELIZABETH FORBES ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et THOME BOYD eorum filio secundario,—croftam terre de Kincardin Oneill nuncupatam *the Personis-croft* (inter Cragtoun de Kincardin et Borroustonn ex parte orientali, communem viam regiam versus austrum, torrentem ville de Kincardin versus occidentem, terras dicte ville de Cragtoun versus boream), cum domibus et edificiis super solo mansionis rectorie de Kincardin, necnon cum solo dicte mansionis et camera ex parte australi camere lapidee rectoris de Kincardin, per Jac. Toucht occupat. (loco et horto dicti prebendarii infra clausuram earundem exceptis), cum potestate lucrandi cespites, focalia, turbaria, lutum, limum, calcem, aquam et cetera necessaria pro dictis

edificiis &c. manutenendis, necnon congregandi fimum et letamen antedicti loci sui annuatim pro dict. crofta melioranda, cum communi pastura 4 vaccarum cum earum fetibus, 2 equorum, 20 ovium, cum animalibus ville de Kincardin per totam communiam ejusdem more solito, demptis *lie Telit-riggis* et *Hame-girs* (proviso quod dicte oves et vacce nocte acquiescerent in bovilibus et ovilibus tenentium dicte ville cum eorum animalibus), vic. Abirdene:—TENEND. dictis Pet. et Eliz. *ut supra*, dicto Tho. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Roberto B. filio primogenito dictorum Petri et Eliz., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto rectore de Kincardin Oneill:—REDDEND. annuatim 9 bollas ordei (vel 8 sol. 4 den. pro qualibet bolla) apud villam ecclesiasticam de Kincardin, cum 5 sol. pro dicta camera, et 20 den. in augmentationem rentalis; et si duo termini currerent in tertium solutione non facta, hæc carta nullius esset roboris; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon faciendo tres sectas ad tria placita capitalia dicti rectoris; necnon quicunque heres in primo introitu juramentum fidelitatis prestando ad manutenend. orthodoxam et catholicam fidem pro posse; ac faciendo astrictam multuram molendino de Kincardin consuetam:—TEST. Jo. Wethirspwne, Wil. Fergus, Alex. Wethirspwne:—Apud Lythquho et Abirdene, 3 Oct. 1564]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Petri, dispensavit cum sasina ante confirmationem suscepta, et cum constitutionibus penes locationem feudifirmarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 505.

2627. Apud Halierudehous, 3 Jan.

REX &c.,—quia super omnia ex officio tentus est ad amplectendum cultum Dei, et quia se decuit providere ut scole et literarum studia erigerentur et pauperes sustentarentur,—cum consensu secreti concilii, concessit ballivis, consulibus et communitati BURGI DE PASLAY, et eorum successoribus,—omnia altaragia, capellarum terras et mansum subscript., firmas, annuos redditus, proficua et devoria earundem, annuos redditus, pittantias, *lie obit-silver* ac devoria communia infradicta, jacen. in burgo, parochia et libertate de Paslay, viz. altaragium Divorum Mirini et Columbe, altaragium Divi Niniani, altaragium Dive Marie Virginis, altaragium Divi Nicolai, altaragium Divi Petri, altaragium Dive Katherine, altaragium Dive Anne, capellam Divi Rochi, 7 particatas *lie ruidis* ant eocirca dicte capelle pertinen. et adjacen., cum pittantiis, *lie obit-silver* seu communibus que antea per monachos de Paslay levari consueverunt:—TENEND. cum potestate proficua ad sustentationem unius scole grammaticalis, et magistri seu preceptoris pro puerorum et juventutis dicti burgi ac patrie adjacentis instructione, applicandi, ac 40 marcas 4 pueris pauperibus intra dict. burgum natis et in scola remanentibus annuatim durantibus 5 annis solvendi, viz. unicuique 10 marc.:—INSUPER rex incorporavit dict. altaragia &c. in unum corpus, FUNDATIONEM REGIAM SCOLE GRAMMATICALIS DE PASLAY nuncupand.:—PRETEREA voluit quod prebendariis seu capellanis ante religionis alterationem provisis usus fructuum durantibus eorum vitis reservaretur:—PROVISO quod si dicti ballivi &c. dictos annuos redditus &c. ad dict. effectum minime applicarent, hec infeodatio rescinderetur:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 567.

2628. Apud Halierudehous, 10 Jan.

REX &c., concessit et quitteclamavit ARCHIBALDO DOUGLAS apparenti de Quhittinghame, heredibus ejus et assignatis,—terras de Nethir-Monynet (per Rob. Lyle possessas), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt dicti Rob., tente de quondam Jacobo olim com. de Boithuile; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jacobi:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 462.

2629. Apud Halyrudhous, 10 Jan.

REX &c., concessit et quitteclamavit JOANNI THOMESOUN, heredibus ejus et assignatis,—terras de Gorlawbankis, Dryden alias Schirefleis, terram cotagiam in Benestoun, in dominio de Hailis, constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt dicti Joannis, tente de quondam Jacobo olim

com. de Boithuile; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 464.

2630. Apud Halierudehous, 16 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per Davidem commendatarium perpetuum de Dryburgh, et conventum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ANDREE HUME filio quondam Gavini H., heredibus ejus et assignatis,—7 rudas terrarum arabilium intra libertatem burgi de Dunbar in *lie* Nethir Burrowdailis (inter Oure-Lady-landis ex occidentali et Sanct-Patrikis-land ex orientali partibus), cum annuo redditu 6 sol. 8 den. de tenemento quond. Jo. Nesbit, et 5 sol. de tenemento Joannis Falconar, in dicto burgo; extendentes in rentali suo ad 26 sol. 8 den.:—REDDEND. annuatim dicto monast. 30 sol.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum aut assignatorum; et si in solutione feudifirme per tres terminos deficerent, sic quod duo termini in tertium currerent solutione minime facta, hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Joanni Storie et Patricio Auchincraw:—TEST. Davide Hume, Jacobo Erskin:—Apud dictum monasterium, 18 Dec. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 511.

2631. Apud Halierudehous, 16 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum Dunkeldensium,—pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit JACOBO SANDERSOUN de Litilhauch, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—silvas, nemora et arbores de Litilhauch, ac loca ubi antea arbores crescebant, necnon montes, rupes et colles infra limites specificatos in carta dicti Jac. S. de terris de Litilhauch per predecessorem dicti episcopi concessa reservatos (*boundit betuix Clagintagart in the north-west part, the stryp of Polnageddis* in ingressu aque de Taia *on the eist, the watter of Tay on the south part, and the Craig of Barnis on the north-eist part*), cum decimis garbalibus, vulgo *the teindschaves*, dict. terrarum inclusis, quia dicte terre inculte fuerunt prius, in baronia Dunkelden., vic. Perth:—REDDEND. annuatim dicto episc. 3 sol. 4 den.:—cum precepto sasine directo Davidi Bennoth et Willelmo Ker:—TEST. M. Joanne Hwtoun de Mukkart, Wil. Hutoun in Barmonye, Davide Bennoth in Dunkeld, Wil. Merschell scutifero, Edw. Patoun:—Apud civitatem Dunkelden., 16 Maii 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 516.

2632. Apud Halierudehous, 17 Jan.

REX &c., confirmavit cartam quondam Patricii episc. Moravien. ac commendatarii perpetui de Scona,—[qua,—cum consensu capituli Moravien.,—pro magna pecunie summa persoluta, et aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit GEORGIO OGILVY de Mylntoun—terras de Auchquhannany, Litill Cantuly, cum brasina de Keith et crofta ejusdem vocata alias Craigdufcroft, in baronia de Keith, regalitate de Spynie, vic. Banf:—TENEND. dicto Georgio et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreatis et assignatis quibuscunque, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Geo. quibuscunque arma et cognomen de Ogilvy gerentibus reversuras, de dicto episcopo:—REDDEND. 17 lib. firme antique, 27 sol. pro $1\frac{1}{8}$ martis, 10 sol. pro $2\frac{1}{2}$ mutonibus, 2 sol. 11 den. pro $2\frac{1}{2}$ agnis, 15 sol. pro $3\frac{1}{2}$ duodenis caponum (pretium caponis 6 den.), 8 den. pro auca, 16 sol. pro 4 bollis avenarum, 53 sol. 4 den. pro 8 bol. aride multure, in toto 23 libras 4 sol. 11 den., 3 lib. 6 sol. 8 den. pro gressuma, et 13 sol. 4 den. in augmentationem rentalis, in toto 27 libras 4 sol. 11 den.; et duplicando dictam summam in introitu heredum et assignatorum; necnon prestando sectam et personalem presentiam ad tres curias capitales apud Spynie, et in quolibet itinere justiciarie dicte regalitatis:—INSUPER dictus Pat. voluit quod unica sasina apud Auchquhennany capienda pro omnibus staret:—TEST. M. Hen. Lummisden rectore de Kinkell, D. Jac. Douglas, Florentino Hume, Jac. Ogilvy de Cullard, Wil. Ogilvy, Jac. Ogilvy, Magistris Hugone Craggy, Willelmo Wysman, Jo. Gibsoun, notariis publicis:—Apud Elgin in loco capitulari Moravien., 11 Apr. 1545]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 518.

2633. Apud Halierudehous, 18 Jan. REX &c., confirmavit (1) cartam factam per quondam Gavinum commendatarium de Kilwynnyng, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem monasterii sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt MARGARETE HAMMILTOUN filie quondam Joannis H. de Brumehill, in vitali redditu, et GAVINO HAMMILTOUN filio dicte Marg., heredibus ejus et assignatis,—tenementa cum mansione, domibus, hortis, terris in cauda eorundem, prope crucem in burgo de Irwing ex boreali latere vie regie (per Jo. Bennis inhabitata), in ballia de Cunynghame, vic. Air :—Reddend. dicto monast. 20 sol. firme antique, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu novorum intrantium :—cum precepto sasine directo Roberto Hammiltoun de Dasarf juniori :—Test. Rob. Hammiltoun de Dasarf juniore, M. Jac. Hammiltoun, Wil. Watsoun :—Apud Kilwynning, 26 Jun. 1559]:—(2) aliam cartam eorundem Gavini &c.,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt dicto Gavino Hammiltoun—silvam interiorem (*the Innerwod*) et New-park de Kilwynnyng (limitando ad orientem aque de Garnok, cum terris de Wodend ex boreali, cum silva exteriore ex occidentali, spectante Roberto Hammiltoun de Dasarf juniori, et descendendo a porta antique silve ad dictam aquam ex australi, limitan. cum terris occupatis per Mirabellam Montgomerie, Wil. Millar, Jonetam Bunche, Jo. Millar et Jonetam Walker), ac pratum nuncupatum Swandan-medow, pratum D. Willelmi Wod, *lie* Round-medow, Dalglen-medow, pratum nuncupat. *lie* Reid-boig, 8 acras terrarum nuncupat. the Byre-flat (per dictam Mirabellam occupatas), cum *lie* Mekle-ward alias Bog-ward (per eandem occupat.), pratum nuncupatum *the Priour-medow* et *Personis-fald* (occupatum per Jo. Weiche seniorem), *lie* Mekle-medow alias Braid-medow (occupatum per Alex. Boyd, Pat. Patrik, Wil. Bar, Jo. Wilsoun, Jasperum Speir, Jo. Braidschaw), 9 acras nuncupat. Kilrig alias Oxinward (occupat. per Jo. Stevin, Matheum Smyth filium quond. Laurentii S. et Jonete Lochrig, Margaretam Lyn ejus sponsam, Jo. Thome), cum decimis omnium dict. terrarum ab eisdem nunquam separatis, molendinum de Synacre-myln, cum 4 acris terrarum adjacen. et astrictis multuris consuetis (occupat. per Rob. Duncane molitorem qui prefuit dicto molendino, et tenentes multuras dicto commendatario solventes), molendinum de Craigmylne cum terris adjacen. et astrictis multuris (occupat. per And. Millar), cum integris decimis dict. terrarum que ab eis nunquam separari solebant, in parochia et regalitate de Kilwynnyng, balliatu de Cunynghame, vic. Air :—Tenend. dicto Gav. H. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto monasterio :—Reddend. annuatim pro silva et pratis (usque ad Reid-bog) 50 sol., pro ceteris 25 lib. 6 sol. 8 den. (computando 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla farine, hordei et tritici), et 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, in toto 28 lib. 3 sol. 4 den.; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum :—Proviso quod hoc infeofamentum non cederet in damnum cuiquam tenentium et possessorum aut habenti *lie kyndnes*, et eorum successoribus, quin possiderent dict. terras &c., dummodo solverent dicto Gav. H. firmas quemadmodum de presenti, cum gratitudinibus *lie entres* pro introitu intrantium reddi solitis :—cum precepto sasine directo Roberto Hammiltoun de Dalserf juniori :—Insuper dicti commendatarius &c. voluerunt quod unica sasina apud Innerwod capienda pro omnibus staret :—Test. Jo. Hammiltoun de Cander, Gavino Hammiltoun, Joanne Hammiltoun de Auchintiber, Rob. Raiis notario :—Apud dictum monast., 10 Oct. 1566]:—(3) aliam cartam eorundem Gavini &c.,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt Gavino Hammiltoun de Roploch—19 solidatas 4 den. terrarum novi extentus de Quhithirst (per Jo. Henry occupat.), 3 sol. 6 den. antiqui extentus de Ovir Quhithirst (occupat. per Thomam Braidschaw, Alanum Petcon et Laurentium Petcon colonos), 20 den. ant. ext. de Brigend-Eister (occupat. per M. Arch. Hammiltoun, Jonetam Arnot

sponsam Alexandri Cowper, Thomam Osec seniorem), 24 sol. ant. ext. de Ovir-hill de Beith, cum decimis earundem que ab eis nunquam separari solebant (occupatas per Jo. Dunnismure seniorem, Jo. D. et Tho. D. ejus filios), 13 sol. 4 den. novi extentus de Bogsyde in parochia de Beith (per Gilb. Swan occupatas), 2 sol. 8 den. ant. ext. dicti Bogsyde (per Jo. Mure et And. Roger occupat.), 8 sol. 4 den. novi extentus dicti Bogsyde (per Rob. Cochrane, Math. Dunlop et Jonetam Tiber ejus sponsam occupat.), 11 sol. 8 den. novi extentus dicti Bogsyde per Math. Connell occupatas), 4 sol. 2 den. dicti Bogsyd novi extentus (per Matheum Dunlop occupatas), in parochia predicta, parochia et regalitate de Kilwynnyng, balliatu de Cunynghame, vic. Air:—Tenend. *ut in carta* (2) *supra*:—Reddend. annuatim 4 lib. 8 sol. 8 den., et 3 sol. 4 den. augmentationis, cum ceteris devoriis et servitiis debitis et consuetis in magno rentali dicti monasterii specificatis; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum:—cum precepto sasine directo Joanni Hammiltoun de Auchintiber:—Preterea dicti commendatarius &c. voluerunt quod unica sasina apud Brigend-Eister et Ovirhill de Beith capienda pro omnibus staret:—Test. Jo. Hammiltoun filio quond. Archibaldi H. de Roploch, Roberto Hammiltoun camerario de Kilwynnyng, Pat. H. in Ovir Dalsarf ejus fratre, Wil. Hammiltoun de Torschaw:—Apud monast. de Kilwynning, 27 Sept. 1563]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 513.

2634. Apud Edinburgh, 22 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per Alex. commendatarium de Coldinghame, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt THOME KADY, et ELIZABETH (HUME) ejus sponse,—terram cotagiam (per dictum Tho. occupatam) in villa de Coldinghame (inter cottagias domini de Buttirdene, et torrentem ex australi), 2 sulcos terre arabilis, vulgo *twa buttis of land* (per eundem Tho. occupatos), in *lie* Boganegrene (inter terras Wil. Pietie et Rob. Hude):—Tenend. dictis Tho. et Elizabeth eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque, de dicto monasterio:—Reddend. 13 sol. 4 den., 1 gallinam et 12 *lie day-warkis*, tanquam firmam antiquam, et 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Georgio Gray:—Test. Adamo Trumbill, Andrea Lamb, And. Wedderat, famulis dicti commendatarii, And. Levinax de Pluntoun:—Apud dictum monast., 4 Jul. 1576]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 510.

2635. Apud Halierudehous, 24 Jan.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Tho. Blair apparentem de Balthyok, et Jonetam Blair ejus sponsam,—[qua,—pro perimpletione contractus initi inter quond. Tho. B. de Balthiok et Alex. B. olim tutorem de Balmyle, de data apud Balthyok, 11 Jul. 1562,—concesserunt dicto ALEXANDRO BLAIR, in vitali redditu,—annuum redditum 4 celdrarum victualium, medie partis farine avenatice et medie partis ordei, infra burgum de Dundie seu Perth deliberand., et ann. red. 6 lib. 8 sol., cum annua pensione 12 anserum et 24 volucrum *lie pultrie*, de terris de Potento sibi in conjuncta infeodatione pertinentibus, in baronia de Megill,[1] vic. Perth:—Tenend. de rege:—cum precepto sasine directo Willelmo Blair filio legitimo Alexandri B. de Balthiok:—Test. Wil. Blair fratre germano Alexandri B. de Balthiok, Jo. Rynd juniore lanio burgen. de Perth, Jac. Wricht scriba, Malc. Bowar notario publico:—cum subscriptione notarii de mandato dictorum Tho. et Jon.:—Apud Godynnis, 5 Apr. 1574]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 443.

2636. Apud Halieruidhous, 28 Jan.

REX &c., confirmavit cartam quondam Thome Menzeis de Petfoddellis,—[qua, cum consensu Gilberti M. filii sui senioris

[1] The introductory clause has "in baronia de Balmyle."

et heredis apparentis,—pro perimpletione partis contractus matrimonialis inter se, dictum Gilb., et Geo. M. filium dicti Gilb. ex una, et Alex. Forbes de Petslego ex altera partibus, registrati in libris vic. de Abirdene, de data 20 Apr. 1571,—concessit VIOLETE FORBES filie naturali et legitime dicti Alex., in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras suas de Findoun, cum molendino, multuris, sequelis, piscariis et privilegiis earundem, in baronia de Fyndoun, vic. Kincardin; terras suas de Eister Petfiddellis (per Davidem Craig occupatas), in baronia de P., vic. Abirdene; cum jurisdictione et officio ballivatus dict. terrarum :—TENEND. de rege :—cum clausula warrantizationis, signanter ad manus Willelmi com. Mariscalli, ejus heredum et assignatorum, et Bessete Menzes :—RESERVATIS dicto Tho., heredibus suis et assignatis, piscariis salmonum piscium super aqua de Dee dict. terris adjacentibus; necnon libero tenemento dicto Tho. (excepta annua solutione 20 librarum de dict. terris de Eister Petfiddellis) :—TEST. Jo. Chaynen de Straloch, M. Rob. Lumisden de Clowayth, Pat. Menzes de Ferriehill, M. Rob. Lummisdene juniore, M. Tho. Menzeis de Durne, And. King, M. Joanne Kennedie, notariis publicis :—Apud Abirdene, 9 Jun. 1571] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 135.

2637. Apud Halieruidhous, 28 Jan.

REX &c., confirmavit cartam Georgii Gordoune de Lesmoir,—[qua, propter varias gratitudines sibi per Alex. Forbes de Petslego impensas, concessit ALEXANDRO GORDOUN filio suo et heredi apparenti, et MARIOTE FORBES ejus sponse,—terras de Gorrache, dimedietatem de Cragheid, molendinum de Balmad, cum terris molendinariis, multuris et sequelis, vic. Abirdene :—TENEND. dictis Alex. et Mar. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus masculis inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque, de regina :—TEST. Willelmo Forbes de Tolquhone, Jac. Gordoun de Loachy, Magistris Duncano Forbes de Monymusk, Rob. Lummisdane de Clowayth, Wil. Gordoun de Dulpers, Jo. Robertsoun :—Apud Lesmoir, 29 Jun. 1561] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 137.

2638. Apud Edinburgh, 30 Jan.

REX &c., confirmavit cartam M. Alexandri Dick, prepositi ecclesie cathedralis Orchaden.,—[qua,—cum consensu Adami episc. Orchaden. et Zetlandie, et capituli ejusdem,—pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit WILLELMO GUDE burgensi de Kirkwall, et MARIOTE CUMING ejus sponse,—partem borealem tenementi in oppido Kirkqualie, cum clausura et horto (per dictum Wil. et alios tenentes inhabitatam), inter australem partem dicti tenementi occupatam per Eliz. Scapa et infeodatam Willelmo Fergussoun et Katherine Hammiltoun ejus conjugi ex australi, *lie* Strynd seu Watter-venell et terram regiam castro de Kirkwall pertinentem ex boreali, cemiterium et viam regiam seu plateam ex orientali, mare appellatum *lie* Oyse ex occidentali) :—TENEND. dictis Wil. Gude et Mariote eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Wil. G. quibuscunque, de dicto preposito :—REDDEND. annuatim 10 sol., et 40 den. augmentationis; cum debito servitio consueto :—cum precepto sasine :—TEST. Wil. Hendirsoun, Cuthberto Hendirsoun, M. Wil. Persone, Magno Mowet :—Apud Kirkwall, 7 Maii 1571] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 517.

2639. Apud Halierudehous, 31 Jan.

REX &c., confirmavit cartam M. Jacobi Thornetoun, precentoris Moravien.,—[qua,—cum consensu (quondam) Patricii episc. Moravien., decanique et capituli ejusdem,—pro pecunie summis persolutis, ad feudifirmam dimisit JHERONIMO SPENS de Ovir Manbenis, et KATHERINE MASOUN[1] ejus sponse,—terras ecclesiasticas et glebam ecclesie parochialis de Alves, cum earum domibus, edificiis, hortis et nemore *lie* Cuthill, in regalitate de Spynie, comitatu

[1] The introductory clause has *Mowet*.

Moravie, vic. Elgin et Fores :—TENEND. dictis Jher. et Kath. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jher. quibuscunque, de dicto precentore :—REDDEND. 5 libras firme antique, et 30 den. augmentationis ; ac tres sectas ad tria placita capitalia dicte regalitatis ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Jacobo Innes de Drany :—TEST. D. Jac. Spens vicario de Alves, Mich. Feurd, Jo. Chalmer, servitoribus dicti Jac. T., D. Jo. Johnnestoun notario publico, D. Nic. Tulloch vicario de Ruwen :—Apud Elgin, 16 Aug. 1567] :—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret rationabilibus manso et glebe ministro dicte ecclesie reservandis : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 468.

2640. Apud Halieruidhous, 6 Feb.

REX &c., concessit JACOBO DOWGLAS, filio naturali Jacobi com. de Mortoun dom. Dalkeith regentis Scotie (jam per Georgium episcopum Moravien. examinato &c.), durante ejus vita,—prioratum de Pluscardin, cum ejus dignitatibus et patrimonio ;—qui fuit Alexandri Seytoun allegati prioris de P., filii Georgii dom. S.; et domini concilii 16 Jan. 1576, ad instantiam M. Davidis Borthuik de Lochhill advocati regis, decreverunt dictum Alex. omnia ejus beneficia amisisse, quia nondum subvenerat disciplline vere ecclesie et participaverat sacramentorum ejusdem, neque ad episcopum, superintendentem vel commissarium diocesis aut provincie venerat assensum adhibendo, nec articulos vere et Cristiane religionis in parliamenti actis contentos subscripserat et juramentum pro agnoscenda autoritate regis prestiterat, et testimonium desuper non deportaverat, nec tempore designato die quodam Dominico sermonis seu precum publicarum tempore in ecclesia dicti prioratus se presentaverat dictumque testimonium et confessionem legerat ac de novo dictum juramentum juxta ordinem acti parliamenti fecerat ;—et rex mandavit dicto episc. quatenus dicto Jac., tunc commendatario de Pluscardin, institutionem et possessionem haberi faceret. xxxiv. 451.

2641. Apud Halierudehous, 7 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Adami Wauchop de Caikmure,—[qua, pro observatione cujusdam obligationis, concessit D. JOANNI EDMESTOUN de eodem militi, et Domine AGNETI KER ejus sponse,—terras de Litil-Blakburn, nuper sibi appreciatas ratione nonintroitus, vic. Beruik :—TENEND. dictis Jo. et Ag. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine directo Joanni Diksoun :—TEST. Davide Edmestoun de Wowmet, Arch. E. ejus fratre, Rob. Wauchop filio dicti Adami, M. Thoma Aitkin notario publico :—Apud Caikmure, 27 Jan. 1566 (1576 ?)] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 525.

2642. Apud Halyrudhous, 8 Feb.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Mich. commendatarium perpetuum de Melros, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem monasterii sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO CARMICHAELL fratri germano Joannis C. de Medoflat, heredibus ejus et assignatis,—20 solidat. terrarum de Darnehunce (per dictum Wil. occupatas), in dominio suo de Kylismure, vic. Aire :—REDDEND. dicto monasterio 20 sol. firme antique (gressumis &c. computatis), et 5 sol. augmentationis ; cum aliis servitiis dicto monast. et ejus ballivis debit. et consuet. ; et duplum feudifirme commendatario ac simplum conventui in introitu heredum ; et si in solutione per tres terminos concurrentes deficerent, hoc infeofamentum annullaretur :—cum precepto sasine directo Quintigerno Carmichaell et Alexandro Balfour : —Apud monast. de Melros, 30 Maii 1565] : —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 453.

2643. Apud Halierudehous, 10 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Joannis com. de Montrois domini Grahame &c.,—[qua vendidit Domine JEANNE DRUMMOND comitisse de Montrois, sponse sue, in vitali redditu,—in contentationem ejus tertie vel conjuncte infeodationis,—terras et baroniam de Auld Montrois, cum turre,

fortalicio, molendinis, multuris, piscariis salmonum in aqua de Southesk, tenentibus &c., advocatione beneficiorum et capellaniarum earundem, vic. Forfar; terras de Wardroptoun, vic. Kincardin; terras de Westir Craigannat et Lacharchar, in baronia de Dundaf, vic. Striviling:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Jac. Drummond de Cardnyis, M. Wil. Schaw camerario de Dunblane, Andrea Grahame servo dicti comitis, Tho. Gaw notario publico:—Apud Kincardin, 14 Jan. 1576]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 632.

2644. Apud Halierudehous, 12 Feb.
REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro 500 marcis pro relevamine suo ad manus creditorum persolutis, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt THOME INNES in Eccles.—villam et terris de Pethnik, per dictum Tho. et quondam Alex. Innes ejus patrem occupat. (*as Sanct Mulrubus stryp rynis in the burne of Clerkis-sette, ascendand up the Howden merchand with the landis of Clerkis-sait, and siclike fra that up as it merches with the Braid-gait of Auchinhove at the West-fauld-heid of Pethnik, direct discendand throw the mos betuix Auchinhove and Pethnik to the Chapmannis-croce, and fra the said croce to Kempis-myre as it rynnis in the burne of Pethnik in the north syde, and with the New-tak callit Auld Pethnik alias Rouchcont*), in baronia sua de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—TENEND. dicto Tho. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Tho. quibuscunque, cognomen et arma de Innes gerentibus, et assignatis, de dicto monast.; cum communi pastura infra montes de Auldmore, Kilbadie et Gallowhill:—REDDEND. 6 lib. 13 sol. 4 den., et 11 sol. pro *lie* (*rin-*) *mart-silver*, pro firma antiqua, 20 sol. pro multuris, 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, in toto 8 libras 11 sol., cum 2 anseribus, 8 caponibus, 16 pultreis, et servitiis et devoriis debitis et consuetis; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud Strathilay, ac personalem presentiam per ipsos et tenentes et occupatores dict. terrarum in quolibet itinere justiciarie dicte regalitatis; et si unus terminus curreret in alium insolutus, hec infeodatio caderet in commissum; et si duo termini currerent in tertium et tertius in quartum solutione minime facta (dictis Tho. &c. debite requisitis), dicte terre dicto monast. reverterentur:—TEST. M. Edw. Bruce de Kennet, Arch. Innes, D. Jo. Andirsoun canonico Orchaden., Rob. Reid in Kynlos, And. Pattoun, Tho. Lesk:—Apud dictum monast., 1 Sept. 1559]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 5. 15. xxxiv. 522.

2645. Apud Halierudehous, 14 Feb.
REX &c., confirmavit cartam Andree Fullartoun de Carltoun,—[qua, pro perimpletione cujusdam contractus,—cum consensu Joannis F. fratris sui germani et apparentis heredis, pro ejus interesse,—vendidit WILLELMO MAKCLELLANE filio et heredi apparenti Thome M. de Auchinlene, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—dimediam suam partem 3 marcatarum terrarum de Auchlene, cum dimedietate loci, mansionis, hortorum, pomeriorum ejusdem, jacen. in *lie rindaill*, antiqui extentus, in parochia de Kirkcormok, senesc. Kirkcudbricht:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine:—TEST. Wil. Fullartoun, Jo. Fullartoun, Geo. Moffet, Davide Makgie, Tho. Makclellane de Belge:—Apud Boge (Borge?), 14 Jun. 1575]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 527.

2646. Apud Halyrudehous, 15 Feb.
REX &c., confirmavit cartam Alexandri Brodie de eodem,—[qua vendidit ALEXANDRO HAY directori cancellarie regis, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Brodie (viz. terras dominicales de Brody, Feddane, Murehall, Quhitmyre et Dyke, cum molendinis granorum et fullonum, terris molendinariis, multuris, sequelis, domibus, edificiis, hortis, pomariis), vic. Elgin et Fores:—TENEND. de rege:—RESERVATIS libero tenemento dicto Alex. B., et rationabili tertia cuicunque conjugi sue quam post decessum Margarete Hay tunc sponse sue maritaret:—PROVISO quod liceret

dicto Alex. B. aliquam partem dict. terrarum &c. de qua dicta Marg. infeodata non est, vel annuum redditum de eis, sub reversione continente summam 1000 librarum alienare; quam reversionem dictus Alex. B. et ejus heredes dicto Alex. H. dare tenti fuerunt: —cum precepto sasine :—TEST. Joanne Hay de Lochloy, Alexandro Hay de Fynesfield, Petro Hewat scriba signeti regii, And. Ker, Jo. Steinsoun:—Apud Edinburgh, 14 Feb. 1576]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 5.

xxxiv. 448.

2647. Apud Halyrudhous, 15 Feb. REX &c., confirmavit cartam Willelmi Cuming burgensis de Invernes,—[qua,—absque prejudicio assedationis vitalis redditus per se Joanni Ros burgen. de Narne et (quondam) Issobelle Cuming ejus sponse, eorumque subtenentibus et assignatis non majoris dignitatis quam ipsi fuerunt, terrarum subscript. concesse,—vendidit PATRICIO ROS, filio dictorum Jo. et Is.,—terras nuncupatas Bellis-landis, cum domibus, edificiis, et crofta nuncupata Bellisaiker, in villa de Aulderne prope cimiterium ecclesie ejusdem, necnon terras nuncupatas Belgeamms-landis alias Smiddie-landis cum toftis et croftis, infra villagium de Alderne prope cimiterium ejusdem, vic. Narne :—TENEND. dicto Pat. et heredibus ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Hugoni R. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Angusio R. fratri germano ejusdem, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., legitimis et propinquioribus heredibus dicti Pat. quibuscunque et assignatis, arma et cognomen de Ros gerentibus, de regina :—REDDEND. 12 sotularios equinos ex ferro factos, nomine albe firme duplicate :—cum precepto sasine directo Davidi Gibsoun burgen. de Narne: —TEST. Jasparto Waus de Lochislyne, Alex. Corbet ejus servitore, D. Gilb. Duf, Alex. Sinclare, D. Jo. Gibsoun rectore de Unthank notario publico:—Apud Invernes, 29 Aug. 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 467.

2648. Apud Halierudehous, 18 Feb. REX &c., confirmavit cartam quondam M. Alexandri Campbell, decani Moraviensis,—[qua,—cum consensu (quondam) Patricii episc. Moravien. commendatariique perpetui de Scona, et canonicorum Moravien.,—pro magna summa pecuniaria persoluta, et pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit JOANNI HAY de Park et Lochloy —terras de Fynesfeild, in baronia et parochia de Aulderne, regalitate de Spynie, vic. Narne :—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. dicti Jo. et assignatis quibuscunque, arma et cognomen de Hay gerentibus, de dicto decano:—REDDEND. 3 lib. 6 sol. 8 den. firme antique, cum quarta parte marte, 2 bollis aride multure, 2 bol. avenarum custumalium, 2 equis tempore autumni ad vehendum et colligendum decimas garbales parochiarum de Aulderne et Narne, et 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis; et duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum :—RESERVANDO dicto decano et successoribus suis hortum cum horreo pro collectione, constructione, triturationе et excussione dict. decimarum garbalium cum eas colligi contingeret:—TEST. Dominis Jac. Terras, Wil. Douglas, Joanne Gibsoun, notariis publicis: —Apud ecclesiam cathedralem Moravien., 8 Nov. 1558 :—carta per dictum episc. subscripta apud Edinburgh, 9 Dec. 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 520.

2649. Apud Halierudehous, 18 Feb. REX &c., confirmavit cartam Alexandri Dunbar de Bothhill,—[qua vendidit ELIZABETH HAY sponse sue future, filie legitime Joannis H. de Lochloy,—villam et terras de Petquhin (per Geo. Chisholme tenentem occupatas), in parochia de Aulderne, vic. Narne :—TENEND. dicte Eliz. in vitali redditu, et heredibus inter dictos Alex. et Eliz. legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de rege per servitium warde :—cum precepto sasine directo Joanni Lawfreis in Lochloy :—TEST. Davide Hay fratre germano Joannis H. de Lochloy, Jo. Lawfreis in Lochloy, Jo. Reacht ibidem, Wil. Hay notario publico:—Apud Insocht, 21 Jan. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 521.

2650. Apud Halyrudhous, 19 Feb.
REX &c., confirmavit cartam Willelmi episc. Abirdonen.,—[qua,—cum consensu decani et canonicorum Abirdonen.,—pro pecuniarum summis persolutis, ac pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit DAVIDI CHEYNE (in Tulligreg), et ELIZABETH MELDRUM ejus sponse,—intermediam tertiam partem (*lie Middlethrid-pairt*) terrarum et ville de Tulligreg (per dictos Dav. et Eliz. occupat.), in schira sua Abirdonen., vic. Abirdene :—Tenend. dictis Dav. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Davidis et assignatis quibuscunque, de dicto episc. ; absque prejudicio litere ballivatus episcopatus Abirdonen., Georgio com. de Huntlie domino Gordoun et Badyenoch et ejus heredibus concesse :—Reddend. in firma 35 sol. 7 den., 7 bollas ordei cum bato cuilibet bolle, tertiam partem celdre farine, tertiam partem 2 martarum, tertiam partem 2 mutonum, tertiam partem 4 bollarum avenarum cum pabulo, 4 capones, 8 pultreas, 20 den. pro bondagiis, 7 sol. 1½ den. pro gressuma, cum servitiis consuetis, et 2 sol. in augmentationem rentalis ; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et faciendo tres sectas ad tria placita capitalia infra palatium Abirdonen. ; et tenentes dict. terrarum in exercitibus regiis ballivo dicti episcopi principali servirent armati juxta morem patrie et suas facultates ; necnon quilibet heres in introitu fidelitatis juramentum prestaret ; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus curreret in alium, summam non solutam duplicarent ; et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris :—Test. M. Tho. Stewart, Tho. Maneris, Jo. Setoun :—Apud civitatem Abirdonen., 22 Maii 1559, consecrationis dicti episc. anno 13]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 450.

2651. Apud Halierudehous, 21 Feb.
REX &c., concessit JACOBO DOUGLAS filio et heredi apparenti Willelmi D. de Caveris, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Caveris, cum tenentibus &c., advocatione ecclesie de Spittallroull et capellanie de Carlaverik, viz. villam de Caveris cum terris, castro, manerio et molendino, duas terras dominicales vocat. Cott et Eschebank, terras de Trowis, Elflesche, Yarlsyde et terras dominicales earundem, Cavilling, Langsyde, Blakbull, Synglie, Stainishope, Pencrise, 20 solidat. terrarum in Collefurde, terras de Driloch, Murelaw, Elrechill et Dennum-manys, cum advocatione dictarum ecclesie et capellanie, in proprietate, cum officio vicecomitis de Roxburgh cum ejus feodis &c. ; necnon terras et villam de Dennum cum earum molendino, Dennummysdene, Balyehag, Stobbis, Dennum-manis nuncupat. Todhoillis, Litill Roulwod cum turre ejusdem, Foularis-landis, *lie* Helme et Middill, cum molendino granorum et molendino fullonum, terras de Fewhalroull cum molendino, Quhitrik, Caversmure, Gyislandis, Tillelee, Caldcleuch, 20 sol. terrarum nuncupat. Johnne-the-lairdislandis, in tenandria, vic. Roxburgh ;—quas dictus Wil. apud Jedburgh in favorem dicti Jac. resignavit :—Reservatis vitali redditu dicto Wil., et rationabili tertia ejus sponse cum contingeret :—Tenend. cum libera forrestaria : — Reddend. annuatim pro terris &c. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Roxburgh, ac wardam &c. ; pro dicto officio servitium ejusdem consuet. :—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 524.

2652. Apud Halierudehous, 24 Feb.
REX &c., confirmavit cartam factam per consanguineum suum Franciscum commendatarium perpetuum de Calco, et ejusdem conventum,—[qua,—cum consensu (quondam) Joannis Bellenden de Auchnoull militis, administratoris monasterii sui,—pro pecuniarum summis persolutis, et aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt DAVIDI CULLACE filio legitimo Roberti C. de Balnamone, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—marcatam terrarum de Blairnauchning (per Jo. Lene occupat.), marcat. de Wodheid (per Jonetam Ker relictam Richardi Arclis occupat.), 20 solidat. in Carngour (*sive* Craigoure), 6 sol. 8 den. nuncupat. Cattlasar (per Jac. Fairschirvice occupat.), 6 sol. 8 den. de terris dominicalibus (per Geo. Broun occupat.), 4 solidatas 5 den. earundem (per Margaretam

Hucheoun et Joannem Hucheoun occupat.), extenden. in rentali suo ad 4 lib. 17 sol. monete, 12 bollas farine et 4 bol. brasii, ac molendinum de Lesmahago, molendinum de Mylntoun nuncupat., cum terris molendinariis, astrictis et aliis multuris et *lie suckin* ejusdem, extenden. ad 6 celdras 4 bol. farine avenatice et 12 bol. brasii, necnon peciam terre vocat. *lie* Steppis extenden. ad 8 acras aut eocirca, *lie* Arbarbray et *lie* Lintrig ad 2 acras aut eocirca, cum quodam horto continente dimediam acram aut eocirca (per Geo. Broun occupat.), hortum sub horreo dicti monasterii (per Jonetam Weir occupat.), horreum et hortum horrei de Lesmahago, hortum continentem ½ acram (per Gilbertum Davies occupatum), hortum continen. 1 acram (per Nic. Fairschirvice occupat.), hortum vocat. *lie Kailyaird* (per Eliz. Weir occupat.), viridarium de Lesmahago (per Margaretam Weir, Eliz. Weir, Gilb. Davies, Jonetam Weir et Jo. Tailyefeir occupat.) cum domibus et hortis ejusdem, extenden. ad 3 acras aut eocirca, et hortum continen. 1 acram (per Geo. Tailyefeir occupat.), que pecie &c. per predecessores dictorum Franc. &c. occupate fuerunt et in rentali non continebantur, vic. Lanerk :—REDDEND. annuatim dicto monasterio pro Blairauchning et Wodheid 41 sol., et 16 bol. farine et brasii, pro Carngour &c. 56 sol., pro dicto molendino dict. farinam et brasium, aut 7 sol. pro qualibet bolla, pro dictis peciis &c. 24 sol., ac 10 sol. in augmentationem rentalis, in toto 51 lib. 7 sol.; ac duplicando feudifirmam pecunie in introitu heredum et assignatorum :—cum precepto sasine directo Willelmo Weir de Auchinferdaill :—TEST. M. Roberto Wilkie regente in collegio Divi Leonardini, Joanne Aitkin servitore dicti commendatarii, Jo. Grahame, Thoma Reid, servitoribus dicti administratoris, Wil. Douglas camerario de Calco, Tho. Trottar :—Apud dictum monast., 31 Mar. 1576]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 133.

2653. Apud Halierudehous, 24 Feb.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Gordoun de Petlurg,—[qua vendidit GILBERTO MENZEIS de Cowlie filio et heredi apparenti Thome M. de Petfoddellis, heredibus ejus et assignatis,—villam et terras de Gilkeamstoun, cum molendino, terris molendinariis et astrictis multuris, vic. Abirdene :—TENEND. de rege :—RESERVATA rationabili tertia Jonete Ogilvy matri dicti Jo. :—cum precepto sasine :—TEST. Joanne Gordoun de Avachie, M. Wil. Davidsoun, Geo. Ogilvy, Jac. Gordoun, Alex. Bruce, M. Thoma Malysoun, M. Jo. Kennedye notario publico :—Apud Abirdene, 22 Apr. 1574]: —TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiii. 141.

2654. Apud Halyrudhous, 27 Feb.

REX &c., concessit et quitteclamavit JOANNI QUHYTLAW, heredibus ejus et assignatis,—terras vocatas Hoggis-landis in Lintoun, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—que fuerunt . . . Hog in Lintoun, tente de quondam Jacobo olim comite de Bothuile; et regi devenerunt ob forisfacturam dicti Jac. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 463.

2655. Apud Halyrudhous, 27 Feb.

REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO SEYTOUN, filio bastardo naturali quondam Joannis S. de Disblair. xxxiv. 491.

2656. Apud Halierudehous, 2 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi Innes de Monbenis,—[qua vendidit WILLELMO SINCLARE de Dunbaith, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villas et terras de Nethir Monbenis et Brwmetoun, in baronia de Monbenis, vic. Elgin et Fores: —TENEND. de rege, superiore earundem virtute acti parliamenti confecti super terris olim prioribus Fratrum et priorissis monacharum spectantibus, in feudifirma :—REDDEND. 21 marcas firme antique, et 3 marc. in augmentationem rentalis olim Fratrum Predicatorum de Elgin, per quos dicte ville &c. in feudifirma locate fuerunt quondam Alexandro Innes de eodem, patri dicti Jac.: —cum precepto sasine directo Joanni Annand burgen. de Elgin :—TEST. Patricio Cokburne in collegio Moravien., Edw. C. ejus filio, Jo. Annand preposito burgi de Elgin, Walt. Innes in Watterscot :—Apud burgum de Elgin, 11 Jul. 1574]:—TEST. *ut in carta* 2675. xxxiv. 477.

2657. Apud Dalkeith, 4 Mar.

REX &c., confirmavit cartam Alexandri Hay directoris cancellarie sue,—[qua vendidit MARGARETE HAY sponse Alexandri Brodie de eodem, in vitali redditu, et GEORGIO BRODIE eorum filio legitimo, heredibusque masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus masc. inter dictos Alex. B. et Marg. legitime procreatis, quibus def., dicto Alex. B. et heredibus ejus masc. quibuscunque, arma et cognomen de Brodie gerentibus, et assignatis,—terras et baroniam de Brodie &c. (*ut in carta* 2646):—TENEND. de rege:—RESERVATIS (*ut in carta* 2646):—PROVISO quod quandocunque dictus Geo. ad etatem 21 annorum perveniret, et dictam Margaretam ad extradonandum ejus vitalem redditum requireret, dicta Marg. dictas terras &c. extradonaret, exceptis villa et terris de Dyk cum terris ecclesiasticis earundem; et, si dictus Alex. B. ante dictam Marg. decederet priusquam dictus Geo. vel ejus heredes ad dict. etatem pervenissent, dicta Marg. dictum Geo. vel ejus heredes in minore etate existentes ad eorum perfectam etatem honeste secundum statum familie de Brodie sustineret:—cum precepto sasine:—TEST. Alexandro Hay de Fynesfeild, Alex. Hay burgen. de Abirdene, Arch. Prymrois servitore dicti directoris cancellarie, Petro Hewat notario publico:—Apud Edinburgh, 4 Mar. 1576]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 529.

2658. Apud Edinburgh, 4 Mar.

REX concessit JACOBO BANNATYNE juniori, heredibus ejus et assignatis,—12 marcatas terrarum de Ardroskedillis (tunc extenden. annuatim ad 200 marc.), 8 marcat. de Atrix (ad 100 marcas), 5 marcatas de Glenmoir (ad 50 marc.), 6 marcat. de Kilbryde (ad 50 marc.), 7½ marcat. de Kilmacolmok (ad 400 marc.), 3 marcat. de Cames (ad 100 marcas), vic. Bute; marcatam de Bannatyne-yairdis (ad 6 marc.), marcat. de Cromedareis (ad 40 marc.), marcat. de Dalreoch cum *lie* Bogsyde (ad 20 marc.), vic. Aire;—que fuerunt Niniani Bannatyne de Cames; et reperte sunt in nonintroitu fuisse per 60 annos a decessu quondam Niniani B. de C. (qui obiit Sept. 1515 aut eocirca), nonintroitu earundem dicto Jac. donato; et appreciate fuerunt, viz. terre in Bute 17 Aug. 1576, terre in vic. de Air 20 Aug. 1576 (comparentibus Willelmo Reid et Jehanna Craufurd ejus matre per Rob. Campbell clavigerum eorum procuratorem), pro firmis per dict. spatium, et pro feodo Jacobi Lyndsay clavigeri, vicecomitis in hac parte:—et voluit rex quod dictus Nin., heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque summas, pro quibus dicte terre appreciate fuerunt, persolverent infra septennium:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 535.[1]

2659. Apud Dalkeith, 7 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. commendatarium perpetuum de Dunfermeling, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt JACOBO RICHARDSOUN filio naturali M. Roberti R. prioris de Sanct-Marie-Yle, et ELIZABETH DOUGLAS ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, necnon JACOBO RICHARDSOUN eorum filio primogenito in feodo,—terras de Inveresk (viz. 2 bovatas per Jo. Douglas, 3 bov. olim per Jonetam Adamesoun et tunc per Davidem Hill ejus filium, 4 bov. per Alex. Cokburne, 6 bov. olim per Cristinam Thomesoun et tunc per Wil. Johnestoun ejus filium, 4 bov. per Edw. Merchanstoun, 4 bov. per Jo. Achesoun, 2 bov. olim per Harbertum Maxwell et tunc per Jo. Douglas, 8 bov. per

[1] Names of Bute assize:—Jas. Spens bailie of Rothsay, Donald Spens of Westir Cames, John Makgilnow bailie of Rothsay, John M'Neill in Drumnollag, Joh. Craufurd and Jas. Campbell burgesses of Rothesay, Alex. Bannatyne of Skarrell, Finlay M'Neill of Kilmichaell, Joh. M'Thomas in Iding, Alex. M'Weirrartie in Idingman (Idingmoir?), Peter Spens in Nethir Ardroskedillis, Gilbert called Gilchreist Dow M'Leving in Ovir Ardroskedillis, Fiulay M'Gowin in Drumcly, John Roy M'Gowin *ibid.*, Thomas Mwdie burgess of Rothissay. Names of Ayr assize:—David Fullertoun of Corsbie, Wil. F. his brother, John Fullertoun in Corsbie, Joh. Vilsoun *ibid.*, John Vallace of Monktounhall, William Watsoun, Rob. Blair, Donald Spens of Westir Cames, Alex. Bannatyne of Skarrell, John M'Neill in Dunnawling, Adam Vallace in Corsbie, John Legate *ibid.*, Joh. Legat junior, Joh. Legate in Tounheid, John Dowok.

Jo. Frog occupat.), terras de Monktounhall (viz. 2 bov. per Tho. Finlay et And. Reidpeth, 1 bov. per Tho. Mwdy, 2 bov. olim per Jonetam Dalgleische et tunc per Wil. Younger, 2 bov. per Alex. Cruik, 2 bov. olim per Patricium Cranstoun et tunc per Wil. C. ejus filium, 2 bov. olim per Wil. Hill et tunc per Alex. H. ejus filium, 2 bov. olim per Wil. Duncane et tunc per Tho. D. ejus filium, 3 bov. per Tho. Hill occupat.), villam et terras de Smetoun cum messuagio et fortalicio super eisdem noviter edificato, terras de Cauldcottis, carbonarium de Wallyfuird, carbonarium de Wowmet, cum eorum carbonibus, cum loco, manerie et fortalicio de Pinkie, domibus, hortis et pomeriis ejusdem, in dominio de Mussilburghschire, regalitate de Dunfermeling, vic. Edinburgh;—quas dicti Jac. senior et Eliz. resignaverunt; et quas dictus commendatarius, autoritate sibi per Geo. usufructuarium de Dunfermeling pro tempore concessa, necnon plenum jus in manibus suis habens (ob extinctionem juris dicti usufructuarii similiter ac si mortuus esset), dictis personis de novo dedit; et ratificavit omnia infeofamenta facta dictis Rob. R., Jac. seniori et Eliz., necnon infeofamenta per eos facta antiquis tenentibus dictarum terrarum aut quibuscunque aliis; necnon, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit eisdem personis—decimas garbales terrarum et ville de Smetoun, quas tenore presentium cum dictis terris inclusit, extendentes in rentali suo ad 20 lib.; et omnes dict. terras &c. incorporavit in unam tenandriam de Smetoun:—Tenend. dictis Jac. seniori et Eliz. *ut supra*, dicto Jac. juniori et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masc. de corpore dicti Jac. senioris legitime procreatis, quibus def., Roberto R. fratri dicti Jac. senioris, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus def., seniori heredum fem. dict. Jac. senioris et Rob. successive de corporibus legitime procreandarum absque divisione, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus dicti M. Rob. reversuras, de dicto monast. in feudifirma:—Reddend. annuatim pro Inveresk 52 lib. 12 sol., 24 bollas 3 firlotas tritici, 33 capones, pro Monktounhall 21 lib. 9 sol. 8 den., 10 bol. tritici, 16 capones, pro Smetoun 42 lib. 19 sol., 1 celdram 4 bol. tritici, 32 capones, pro decimis garbalibus earundem 20 lib., et 20 sol. augmentationis, pro Cauldcottis 8 lib. 8 sol., 12 capones, pro carbonario de Wowmat 9 lib. 6 sol. 8 den. (vel 16 sol. 8 den. pro qualibet bolla tritici, 12 den. pro quolibet capone), pro Pinkie 40 sol., pro carbonario de Wallyfuird octavum onus carbonum, sumptibus deductis, necnon 6 libras in augmentationem rentalis; necnon tres sectas ad tria placita capitalia in pretorio de Mussilburghschire aut alibi infra dictam regalitatem:—Proviso quod liceret dictis commendatario &c. in dict. manerie et fortalicio de Pinkie commorari propriis sumptibus:—cum precepto sasine:—absque prejudicio contractus initi 10 Maii 1573, registrati in libris dominorum concilii 25 Mar. 1574:—Apud monast. de Dunfermeling, 1 Mar. 1576]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 459.

2660. Apud Dalkeith, 10 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per Davidem Lundie, filium legitimum quondam Walteri Lundy de eodem, et Margaretam Johnestoun ejus conjugem,—[qua,—pro perimpletione contractus initi apud Dundie, 9 Jun. 1576,—vendiderunt ROBERTO COMITI DE BUCHANE dom. de Ochterhous &c., et CRISTINE STEWART COMITISSE DE BUCHANE ejus conjugi,—terras suas de Bonytoun de Ouchterhous, binam partem de Tulleclusche, vic. Forfar:—Tenend. dictis Rob. et Cristine eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masculis inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, eorum seniori heredi fem. absque divisione, quibus def., heredibus et assignatis dicti Rob. quibuscunque, de rege:—cum precepto sasine directo Jacobo Smyth:—Test. Jac. Stewart de Ryland, Wil. Cuming in Melros, Rob. Douglas, M. Davide Scrymgeour, Alexandro Wedderburne notario publico:—Apud Bonytoun, 11 Jun. 1576]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 460.

2661. Apud Halieruidhous, 13 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per

M. Robertum Dowglas prepositum ecclesie collegiate de Lynclowden, ac prebendarios ejusdem,—[qua ad feudifirmam dimiserunt JOANNI JARDANE filio (quondam) Joannis J. de Apilgirth, heredibus ejus et assignatis,—5 marcatas terrarum antiqui extentus de Garrantoun, in baronia de Crocemichaell, senesc. Kirkcudbrycht:—REDDEND. dictis preposito &c. 5 marc. pro firmis et gressumis, 5 sol. de *lie lammes maill*, et 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis, cum 3 bollis farine avenatice mensure de Nyth aride multure, et arreagiis et careagiis et ceteris servitiis debit. et consuetis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Joanni Garrand:—TEST. D. Wil. Edyar sacellano, Davide Welsche, Joanne Brounfeild, servitoribus dicti prepositi:—Apud Lynclowden, 20 Mar. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 562.

2662. Apud Halierudehous, 14 Mar. REX &c., confirmavit cartam Ricardi Weir, vicarii ecclesie parochialis de Kirkurde,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit JACOBO DOWGLAS, filio naturali Jacobi com. de Mortoun dom. de Dalkeith regentis Scotie,—terras suas ecclesiasticas de Kirkurde, cum domibus, edificiis, hortis, pomeriis, pratis (per se et Hugonem Cokburne fratrem Jacobi C. de Scraling militis et ejus subtenentes occupatas), in parochia de K., vic. Peblis:—RESERVATIS ministro, lectori seu pastori dicte ecclesie sufficiente mansione et gleba:—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Archibaldo Dowglas de Pettindreich et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio D. eorum fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. eorum fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto comiti et heredibus ejus masc. et tallie in ejus nova infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis, de dicto vicario:—REDDEND. annuatim dicto vicario 5 marcas; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Hectori Douglas in Spittelhauch:—TEST. Georgio Auchinlek de Balmanno, Alex. Lawsoun ejus servo, Geo. Dowglas filio naturali dicti Hectoris, Jo. Forsythe scriba signeti regii, Hen. Bickartoun ejus servo:—Apud Halierudehous, 17 Feb. 1576]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 528.

2663. Apud Halierudehous, 16 Mar. REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et conventum ejusdem,—[qua,—pro magnis pecuniarum summis persolutis in reparationem monasterii ac palatii de Kinlos, et ejusdem defensionem,—concesserunt HIERONIMO TROUPE—octavam partem ville et terrarum de Cowtfauld (per dictum Hier. occupatam), cum domibus et edificiis, in baronia et regalitate de Kinlos, vic. Elgin et Fores;—quam Jo. Reid de Aikinheid in favorem dicti Hier. resignavit:—TENEND. dicto Hier. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Hier. et assignatis quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. annuatim 6 firlotas farine, 10 firl. ordei, 2 bollas frumenti, 1 bollam avenarum equorum, 4½ capones, 4½ pultrias, 2 anseres, 20 solidos monete, 6 sol. *lie ryn-mart-silver* (vel pro qualibet bolla farine et ordei 6 sol. 8 den., pro bolla frumenti 10 sol., pro bolla avenarum 3 sol. 4 den., pro ansere 10 den., pro capone 8 den., pro pultrea 4 den.), 4 sol. 1½ den. pro arreagiis, carreagiis et aliis debitis servitiis, et 2 sol. 3 den. in augmentationem rentalis, secundum ratam feudifirme in carta dicti Jo. R.; et duplicando dict. 4 lib. 8 sol. 6½ den. in introitu heredum et assignatorum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Kinlos, et sectam et personalem presentiam per ipsos et inhabitatores dict. terrarum in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis:—cum precepto sasine directo Jheronimo Spens de Monbenis:—TEST. Adamo Bruce, Adamo Dundas, M. Andrea Eldar notario publico:—Apud Balnamone, 17 Apr. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 479.

2664. Apud Halierudehous, 16 Mar. REX &c., confirmavit cartam M. Thome Archibald, rectoris de Cardros ac canonici Glasguen.,—[qua, cum consensu decani,

presidentis et canonicorum Glasguen., ad feudifirmam dimisit GEORGIO HUCHESOUN filio Thome H. burgen. de Glasgow, heredibus ejus et assignatis,—peciam terre vaste minime unquam edificate, cum ejus horto, infra territorium civitatis Glasguen. (inter tenementum quondam Wil. Striviling, mansum prebende seu rectorie de Erskirk, et torrentem de Malindinor):—Reddend. dicto rectori 10 sol. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; cum hospitalitate reservata dicto rectori et ejus successoribus in eodem manso dum in civitate Glasguen. remanerent; et duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Archibaldo Herbertsoun:—Test. Geo. Herbertsoun, Jo. Clune, D. Wil. Herbertsoun, Jo. Pacok:—Apud Glasgow, 6 Apr. 1575]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 572.

2665. Apud Monast. S. Crucis, 16 Mar. REX &c., confirmavit cartam D. Joannis Martene, vicarii perpetui ecclesiarum parochialium de Gelstoun et Longcastell,—[qua,—cum consensu prioris et conventus Candidecase, patronorum de Gelstoun, et regis Jac. VI., patroni de Longcastell, et gubernatoris Scotie pro ejus interesse,—pro 300 marcis persolutis, ad feudifirmam dimisit M. PATRICIO WAUS de Barnebarroch, collegii justitie regis consiliario,—glebam suam seu terram ecclesiasticam de Gelstoun, extendentem ad $2\frac{1}{2}$ marcat. antiqui extentus, in parochia de G., senesc. Kirkcudbricht; glebam suam seu terram ecclesiasticam de Longcastell, extenden. ad 1 marcat. ant. ext., in parochia de L., vic. Wigtoun; cum decimis earundem inclusis et incorporatis:—Tenend. dicto Patricio et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus ejus dominis de Barnebarroch et assignatis quibuscunque, de vicario de Gelstoun et vicario et Longcastell respective:—Reddend. annuatim pro gleba de Gelstoun 5 marc., et 6 sol. 8 den. augmentationis, pro gleba de Longcastell 5 marc., et 6 sol. 8 den. augmentationis:—cum precepto sasine directo Patricio Makcrerie in Balteir:—Test. Tho. Kennedy magistro de Cassillis, D. Wil. Waus lectore apud ecclesiam de Longcastell, Geo. Mure servitore domestico dicti Pat., M. Gulielmo Makgowyn commissario Wigtonie:—Apud Barnebarroch, 18 Sept. 1576]:—Proviso quod hec confirmatio nullum damnum rationabili mansioni et glebe usui ministerii inferret:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 619.

2666. Apud Halierudehous, 20 Mar. REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Jo. abbatem de Lundoris, et ejusdem conventum,—[qua, pro servitio sibi impenso, necnon pro 200 marc. persolutis, ad feudifirmam dimiserunt HENRICO ORME de Mugdrum, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Haltounhill, cum *lie* Murie-riggis et *lie* Craigend, cum toftis et croftis (per subtenentes dicti Henrici occupatas), in regalitate de Lundoris, vic. Fyff:—Reddend. annuatim 14 lib. 8 sol. 8 den., viz. pro Haltounhill et Murie-riggis 8 lib. 6 sol. 8 den. firme antique et 3 sol. 4 den. augmentationis, 4 sol. pro pecunia porcorum, 4 marcas pro gressumis, 14 sol. pro *lie cane foulis*, viz. 12 caponibus et 12 gallinis, 26 sol. 8 den. pro 4 bollis aride multure, viz. 2 bol. ordei et 2 bol. farine avenatice, pro Craigend 20 sol. firme antique et 8 den. augmentationis; cum tribus sectis ad tria placita capitalia curie de Newburgh; et comparendo ad curias justiciarie et camerarie dicti monast. per ipsos, essonios aut procuratores, dum requisiti essent; et duplicando feodifirmam in introitu heredum; et si firme remanerent insolute a duobus terminis in tertium, vel terre alienarentur sine consensu dict. abbatis &c., hec carta nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Stephano Orme et Henrico Young:—Test. Stephano Orme burgen. Novi burgi, Jac. Philpe de Ormestoun, M. Rob. Patersoun Verbi Dei ministro de Creich et Flisk, Hen. Lyell:—Apud monast. de Lundoris, 10 Feb. 1564]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 605.

2667. Apud Halierudehous, 22 Mar. REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt servitori suo JOANNI WILSOUN in Fortre,

et KATHERINE INNES ejus conjugi,—4 bovatas terrarum in Nethir Fortre, 1 bovatam in Ovir F., et eorum partem de Auldtoun (per dictos Joannem et Kath. occupatas), in baronia sua de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—TENEND. dictis Jo. et Kath. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus propinquioribus legit. dicti Jo. et assignatis quibuscunque, de dicto monast.; cum communi pastura ad Sleayernhill *to the merche stanis of Craigleitche, Quhythill, Nethir and Ovir Fulwod*:—SOLVEND. 41 sol. 8 den. firme antique, et 40 den. augmentationis, 5 sol. 7½ den. pro 3 firlotis 1½ peccis farine custumalis, 2 sol. 10 den. pro 3 firlotis 1½ peccis avene custumalis, 2 sol. 3½ den. pro *lie rin-mart-silver*, 4 sol. 2 den. pro ⅚ vervecis, 20 den. pro 3⅓ caponibus, 2 sol. ½ den. pro 6⅔ pultreis, 8½ den. pro ⅚ anseris, 6 sol. 8 den. pro servitiis, 5 sol. pro 5 *lie lang cariagiis*, 3 sol. 1½ den. pro gressuma, in toto 3 lib. 19 sol. 1½ den., cum 5 *lie cariagiis* inter Strathilay et Kinlos si requirerentur; cum multura &c. (*ut in carta* 2614):—cum precepto sasine directo Waltero Innes:—TEST. Rob. Collais de Bannomwne, Adamo Dundas de Knok, Arch. Innes portionario de Myllegin, Petro Neill in Fortre, Jo. Neill ibidem:—Apud burgum de Abirdene et monast. de Kinlos, 13 et 16 Jul. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 514.

2668. Apud Halyrudhous, 22 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Pat. episc. Moravien. commendatariumque perpetuum de Scona, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt ALEXANDRO INGLIS filio et heredi quondam Patricii I. in Byris, heredibus ejus masc. et assignatis quibuscunque,—terras de Byris, earum nemora, silvas, piscarias (per dictum Alex. tenentem vitalem earundem possessas), in dominio et regalitate de Scona, vic. Perth;—quas Wil. magister de Ruthven (tunc dom. Ruthven) in favorem dicti Alex. resignavit:—TENEND. de dicto monasterio in feudifirma:—REDDEND. 13 lib. 10 sol., et 24 pultreas, tanquam firmam antiquam, 54 sol. pro gressuma quinquennali, et 3 lib. 7 sol. 6 den. in augmentationem rentalis, in toto 19 lib. 11 sol. 6 den., viz. commendatario 18 lib. 11 sol. 6 den., conventui 20 sol. ad *lie pittane-silvir*; cum servitiis debitis et consuetis; cum presentiis ad tria placita capitalia dicti monasterii, et in aliis curiis ejusdem dum premuniti essent, et in itinere justiciarie ejusdem (in quo si deficerent, ad solutionem amerciamenti consuetam tenerentur); et interessent cum dictis commendatario &c., et eorum vicem gerentibus, in guerris sive exercitibus regiis, armis bellicis instructi secundum jura et consuetudinem regni pro viribus, propriis sumptibus; necnon dictis commendatario &c., quoties requisiti essent, servirent sumptibus dict. commendatarii &c.; et concurrerent cum aliis tenentibus seu feudifirmariis circa ducturam molarium lapidum, reparationem molendini de Bossindy alias Newmylne, *lie myll-dame* et aqueductus ejusdem; cum astrictione multurarum dicto molendino; necnon duplicando dict. 19 lib. 11 sol. 6 den. in introitu heredum aut assignatorum; et si in solutione deficerent per duos terminos in tertium concurrentes, hec locatio expiraret:—RESERVANDO dictis commendatario &c. potestatem in rupe et juxta aquam de Tay calcem pro usibus propriis fodiendi, et ustrinas vulgo *lyme-killis* pro combustione calcis construendi, sine magno damno dict. terrarum:—cum precepto sasine directo Andree Rattray juniori:—TEST. M. Joanne Dowglas vicario de Galstoun, Alexandro Blair camerario dicti monast., M. Henrico Schaw, Willelmo Lermonth, Joanne Bunche:—Apud dictum monast., 3 Feb. 1563]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 519.

2669. Apud Halyrudhous, 23 Mar.

REX &c., concessit GEORGIO ROLLOK de Duncrub, in vitali redditu, et WALTERO ROLLOK ejus fratri, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—terras de Petmadie, Blaberriehill et Fairnoknowis, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—quas Laurentius dom. Oliphant in favorem dictorum Geo. et Walteri resignavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 466.

ANNO DOMINI 1577. ANNO REGNI 10.

2670. Apud Halierudehous, 26 Mar. REX &c., confirmavit donationem proficuorum terrarum vocat. Monydie-Roger, ville et terrarum earundem, firmarum, decimarum garbalium, parvarum sive minutarum decimarum, canarum custumalium pultrearum *lie cane foulis*, in parochia de Ochtirgane, vic. Perth (que presbyteris cantoribus de Dunkeld pertinuerunt), per se cum consensu quondam Mathei comitis de Levinax dom. Dernlie sui legitimi tutoris et regentis quond. M. Roberto Winrahame dispositam, sub conditione quod eadem ad subsidium pauperis studentis in COLLEGIO DIVI LEONARDI S. ANDREE uniri possent; et eandem unionem, cum possessione proficuorum a decessu dicti Roberti per dictum colleg. acquisita; necnon dict. terras &c. de novo dedit et ad manum mortuam fundavit ad sustentationem dicti studentis, liberas a solutione tertie partis, taxationum aut aliarum impositionum quarumcunque :—REDDEND. preceptor et regentes dicti colleg. servitium communium orationum et supplicationum pro prospero statu regis, et eruditionem et sustentationem dicti studentis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 558.

2671. Apud Halierudehous, 27 Mar. REX &c., concessit ARCHIBALDO DOUGLAS de Pettindreich, filio naturali Jacobi com. de Mortoun dom. Dalkeith &c., regentis Scotie,—villas et terras de Nethir Monbenis et Brumetoun, in baronia de Monbenis, vic. Elgin et Fores;—quas Wil. Sinclare de Dunbaith in favorem dicti Arch. personaliter resignavit :—TENEND. dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo D. ejus fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Geo. D. ejusdem fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. ejusdem fratri et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto comiti et heredibus ejus masc. et tallie contentis in ejus novo infeofamento comitatus de Mortoun, et assignatis :—REDDEND. 24 marc. feudifirme :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 478.

2672. Apud Halierudehous, 27 Mar. REX &c., confirmavit cartam Andree Mowet de Hugoland in Zetland,—[qua vendedit JOANNI MOWET, filio suo natu maximo et heredi apparenti,—9 marcatas ville et terrarum de Usea, 5 marcat. in insula de Uzea, 3 marcatas in Howland, 7 marcat. in villa de Colsta, 3 marcat. in insula de Colsta, 24 marcat. in Ska, 4 marcat. in Howsetter, 4½ marcat. in Oxnesetter, 6 marcatas in Collofirth, 2 marcat. in Wo, 1 marcat. in Quiafirth, 12 marcat. in Leand, 3 marcat. in Hewon, 6 marcat. in Uphous-Kyndland, 2 marcat. in Usweik, 13½ marcat. in Hugoland, ½ marcat. in Clodasetter, 5 marcatas in Sulem, 5 marcat. in Nethirhous in Sulem, 5½ marcat. in Magnasetter, ½ marcat. in Nebon, 4 marcatas in Anifirth, 1 marcat. in Urafirth, 9 marcat. in Awsetter, 3 marcatas in Hagrasetter, 6 uras terrarum in Helliour, ½ marcat. in Widefell in Hildisweik, 12 marcatas in Braweik, 19 marcat. in Hugoland, 10 marcatas in Stenhous, 3 uras in Stenhous vocat. Ustabw, 1 marcat. in Gardishous, 6 marcatas in Frangord, 1 marcat. in Stow, 1 marcat. in Preistis-Howland, 3 marcat. in Urie, 6½ marcat. in Urie, 6 marcat. in Hanawo, 6 marcat. in Tingon, terras suas in parochia de Delting jacentes, 15 marcat. in Cauldbak, 4 marcat. in insula ejusdem vocata Brother-ile, 5 marcatas in Heuch, 3 marcatas in Wo in Ulnafirth, 1 marcat. et 2 uras in Tegon, 2 uras in Wo, 6 marcat. in Westir-stord, terras suas jacen. in parochiis de Aitsting et Sandsting, 8 marcat. in Burrafirth, terras suas in parochia de Wallis, 1½ marcat. in Brabister, 4 marcat. in Ullustay, 2½ marcat. in Siter, terras suas infra parochiam de Tingwall, 3 marcat. in Grenevall, 1 marcat. in Scalloway, 1 marcat. in insula ejusdem vocata Brotherile, 1½ marcatas in Caldcleif, 2 marcat. in Daill, 4 marcat. in Howasetter, 1½ marcat. in How, terras suas in parochia de Yell, 6 marcatas in Ulstay, 2 marcat. in Sandwik, 3½ marcat. in Setter in North Yell, terras suas infra parochiam de Unst, 9 marcat. in Rannego, 1½ marcat. in Wassur in Yell, 8

marcat. in Ordell, 1½ marcat. in Midgairth, 1½ marcatas in Longhous, 3 marcatas in Quhailgairth, 1 marcat. in Upswalt, 2 marcat. in Snaburgh, 3 marcat. in Gardoun, cum *lie quoylandis, outbrekis, tumellis &c., fra the heicht of the hill to the lowest of the eb of the fleting and flowing of the sey*, in dominio et vic. Zetlandie :—TENEND. dicto Joanni et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Malcolmo M. filio secundogenito dicti And., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Patricio M. filio tertiogenito dicti And., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto And., heredibus suis et assignatis quibuscunque absque divisione, secundum modum successionis regni Scotie, non obstantibus legibus et consuetudinibus patrie Orknay et Zetland, de rege; cum *lie wraik, waith, chestre, roithe, ayng, uthall, samyn* :—PRETEREA dictus And. voluit quod unica sasina apud maneriem de Hugoland capienda pro omnibus staret:—REDDEND. *lie scattis* cum ceteris proficuis et devoriis debit. et in antiquo rentali regis contentis, nomine feudifirme:—RESERVATIS libero tenemento dicto And., et libero tenemento dimedietatis dict. terrarum Ursulle Tulloch sponse sue :—cum precepto sasine:—PROVISO quod quandocunque dicto And., aut heredibus ejus masc. arma et cognomen de Mowet gerentibus, et ejus assignatis, placeret dictis Jo. &c. in uno die in ecclesia parochiali S. Magni in Oloberrie persolvere, vel consignare, 5 lib., haberent regressum ad dict. terras :—TEST. Laurentio Bruce de Cultmalundy, M. Davide Makgill de Neisbet advocato senatus concilii, Roberto Cathcart ejus servo, Rob. Yull servo dicti Laurentii, Hen. Wardlaw scriba ac notario publico :—Apud Edinburgh, 15 Mar. 1576]:—PRETEREA,—quia patria de Zetland diversis vicibus invasa erat per Hibernicos, qui magnas pred(ati)ones et homicidias commiserunt defectu domus ubi inhabitantes eorumque bona recipi possent,—concessit dictis Andree, Joanni &c., licentiam domum lapideam fortitudinis super aliqua parte dict. terrarum construere:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 480.

2673. Apud Halyrudhous, 27 Mar.

REX &c., confirmavit et de novo dedit WILLELMO INNES de Candrufe, et CATHARINE M'CANZE ejus sponse,—terras de Candrufe, in comitatu de Ros, vic. Invernes ;—quas idem Wil. personaliter resignavit :—TENEND. dictis Wil. et Cath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Willelmi quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 625.

2674. Apud Halierudehous, 28 Mar.

REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Alex. priorem Vallis S. Andree monasterii de Pluscardin, et conventum ejusdem,—[qua, pro bono servitio, necnon pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt servitori suo JACOBO GIBSOUN, burgensi de Elgin,—terras de Frostersete et Corsleyis, in dominio de Pluscardin, vic. Elgin et Fores :—TENEND. dicto Jac. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, Thome G. ejus fratri germano, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., legit. et propinquioribus heredibus masculis dicti Jac. quibuscunque, quibus def., dicto monast. reversuras, de dicto monast. ;—REDDEND. pro Frostersete 26 sol. 8 den. firme antique, 8 sol. 10½ den. gressume, 4 bollas victualium aride multure, pro Corsleyis 40 sol. firme antique, 13 sol. 4 den. gressume, 2 bol. victualium aride multure, 1 mutonem, 4 hedos, 9 pultreas, 1 bol. avenarum custumalium, 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, in toto 4 lib. 16 sol. cum obulo, cum dictis bollis &c., et 3 equos ad vectionem turbariorum et petariorum de Pluscardin durante vectione eorundem dietim, vel 6 sol. 8 den. pro equo absente, necnon ad portationem unius (oneris) salis, sirporum et tegularum ad dictum monast. ; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud molendina de Elgin, et comparendo ad alias curias dicti monasterii in negotiis arduis per ipsos et tenentes dict. terrarum cum requisiti essent ; et duplicando firmam pecuniariam in introitu heredum ; et si unus terminus in alium et duo in tertium currerent solutione minime facta, et ballivo dicti monast. in namatione pro feudifirmis impedito, hec carta esset in se nulla :—cum precep-

to sasine directo Willelmo Gaderar burgen. de Elgin:—TEST. Math. Armorar, Jo. Ramsay, Geo. Dunbar rectore de Kilmwire, D. Jo. Gibsoun:—Apud monast. de Pluscardin, 18 Jun. 1560]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 571.

2675. Apud Halierudehous, 30 Mar.
REX &c., confirmavit cartam factam per Claudium commendatarium de Pasleto, et ejusdem conventum,—[qua, pro magnis pecuniarum summis, gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO ALGEO, heredibus ejus et assignatis,—terras de Cunyngair alias Broumeholme, cum piscationibus aque de Kart ex utraque parte ejusdem infra bondas dict. terrarum (inter inferiorem wardam suam vocat. Horswarde ex orientali, silvam de Monkischaw et *lie* Brounis-acre ex australi, Wardemedow et Merkisworth ex occidentali, Knok ex boreali), cum decimis garbalibus earundem, et decimis garbalibus terrarum suarum de Markisworth dicto Rob. pertinentium, in regalitate de Pasleto, vic. Ranfrew:—REDDEND. dicto monasterio pro terris 5 bollas hordei (vel 5 sol. 4 den. pro qualibet bolla) tanquam firmam antiquam, pro piscatione 20 den., cum 2 sol. 8 den. augmentationis, pro decimis earundem ½ bollam farine, pro decimis de Markisworth ½ bol. farine avenatice (vel 4 sol. pro dicta bolla), in toto 35 solidos; cum servitio curiarum debito et consueto; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum servitiis debitis et consuetis; nec liceret dict. terras et piscationes neque earum partem alienare (preterquam uxoribus aut legitimis heredibus) absque licentia dict. commendatarii &c.:—cum precepto sasine:—TEST. Davide Hammiltoun de Ovir-Manis de Monktoun, And. Polwarde ministro Verbi Dei Pasleti, Rob. Rais notario Hammiltonei:—Apud Pasletum, 21 Mar. 1576]:—NECNON aliam cartam dictorum Claudii &c.,—[qua, pro magnis pecuniarum summis, gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt Roberto Algeo, heredibus ejus et assignatis,—terras et silvam de Oxschaw, cum arboribus in ea crescentibus, cum stagno adjacente ex parte boreali, cum decimis garbalibus ejusdem, ex boreali parte burgi de Pasleto (inter commune dicti burgi ex boreali, terras burgales ejusdem ex ceteris partibus), in regalitate ejusdem, vic. Ranfrew;—que terre habiture erant libertatem dicti burgi:—TENEND. de dicto monast. in libero burgagio:—REDDEND. annuatim pro terris 6 sol. 8 den., pro decimis 2 sol. 8 den., et 2 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, in toto 12 sol.; cum servitio curiarum debito et consuet.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; nec liceret &c. (*ut supra*):—cum precepto sasine:—TEST. et de data *ut supra*]:—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 5. 18. 15. xxxiv. 476.

2676. Apud Halierudehous, 31 Mar.
REX &c., confirmavit cartam M. Francisci Boithuile, thesaurarii Orchaden.,—[qua,—cum consensu Adami episcopi Orchaden. et Zetlandie, et canonicorum Orchaden.,—pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO ROBERTSOUN burgensi de Kirkwall, et MARIOTE THOMESOUN ejus conjugi,—tenementum cum clausura et horto in oppido Kirkwalie (inter tenementum prepositure Orchadensis ex boreali, cemiterium et plateam dicti oppidi ad orientem, tenementum pertinens succentorie Orchadensi ut assertum est ad austrum, mare vocat. *lie* Oyse ad occidentem):—TENEND. dictis Alex. et Mariote et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Alex. quibuscunque et assignatis, de dicto thesaurario:—REDDEND. 12 sol. tanquam debitum annuum consuetum, et 16 den. augmentationis:—cum precepto sasine directo Archibaldo Chalmer et Joanni Broun de Weyland:—TEST. Davide Scola burgen. de Kirkwall, Willelmo Boithuile de Quhelpsyde, Jacobo Gude, Jo. Fallasdaill burgen. de Kirkwall:—Apud Kirkwall, 15 Jul. 1570]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 634.

2677. Apud Halierudehous, 2 Apr.
REX &c., confirmavit cartam Alexandri Hume, rectoris de Spot et unius prebendariorum ecclesie collegiate de Dunbar,—[qua,—cum consensu decani et capituli dicte ecclesie,—pro labore et servitio coram

dominis concilii in diversis suis actionibus, necnon pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit JACOBO MAKCARTNAY in vitali redditu, et (quondam) ALEXANDRO MAKCARTNAY ejus filio in feodo, heredibus ejus et assignatis,—croftam ex occidentali parte dicte ecclesie colleg. (inter *the Langcroft* ex occidentali, cimiterium dicte ecclesie ex orientali, croftam rectoris de Dunbar ex boreali, croftam decani de Dunbar ex australi), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. annuatim dicto prebendario 10 sol., et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Willelmo Lauder:—TEST. Steph. Brounfeild filio et herede apparente Stephani B. de Grenelawdene, Thoma Makcartnay burgen. de Edinburgh, Tho. Steill servo dicti Alex. Hume, Luca Craik servo dicti Jac.:—Apud Edinburgh, 29 Feb. 1563]:—NECNON cartam Thome Makgill, archipresbyteri de Dunbar,—[qua, cum consensu decani et capituli dicte eccles. colleg., ad feudifirmam dimisit dictis Jacobo Makcartnay in vitali redditu, et Alexandro M. in feodo, heredibus ejus et assignatis,—croftam cum 2 *lie buttis* terrarum ad eam spectantibus (per quond. D. Tho. Achesoun curatum de Dunbar occupatas), apud oppidum de Dunbar;—que tunc pro 10 sol. annuatim assedate sunt:—REDDEND. annuatim dicto archipresbytero 12 sol.; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Thome Hammiltoun de Preistisfeild:—TEST. Wil. Makcartnay burgen. de Edinburgh, Wil. Mureheid, Luca Craik:—Apud Edinburgh, 23 Feb. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 530.

2678. Apud Dalkeith, 15 Apr.

REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO ANDERSOUN et JONETE ANDERSOUN bastardis, filio et filie naturalibus D. Harberti A. vicarii de Keltoun. xxxiv. 502.

2679. Apud Dalkeith, 22 Apr.

REX &c., confirmavit cartam quondam Patricii episc. Moravien. commendatariique perpetui de Scona,—[qua,—cum consensu capituli Moravien.,—pro 80 marcis persolutis in reparationem ecclesie cathedralis Moravien., ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO BRODIE de eodem, et (quond.) MARJORIE DUNBAR ejus sponse,—acras de Dyk, acram *the Stable-aiker* ibidem, brasinam de Dyk cum acra ejusdem, croftam mansi sui de Dyk cum manso et horto ejusdem, et eorum edificiis, cum privilegio brasiandi in eisdem (per Eliz. Berre relictam Alexandri Merschell tenentem occupat.), in regalitate sua de Spynie, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dictis Alexandro Brodie et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus masculis dicti Alexandri quibuscunque, arma et cognomen de Brodie gerentibus, de dicto episcopo:—REDDEND. annuatim pro acris de Dyk 40 solidos, pro *Stable-aiker* 6 sol. 8 den., pro brasina cum ejus acra 24 sol., et duodenam caponum, pro crofta mansi 12 sol., pro firma antiqua, et 6 sol. 8 den. augmentationis; cum presentiis ad tria placita capitalia apud Bischop-myln de Spynie sive alibi infra dict. regalitatem, et in aliis curiis dicti episc. dummodo premoniti essent, et in itinere justiciario apud Spynie-pannis sive alibi infra dict. regalitatem; necnon duplicando dict. 4 lib. 9 sol. 4 den. in introitu heredum:—RESERVANDO dicto episc. hortum et horreum dicti mansi consuet. pro invectione ac laboratione decimarum garbalium parochie de Dyk, cum introitu et exitu per terras ville ecclesiastice de Dyk dicto Alex. pertinentes:—et tenentes interessent cum dicto episc. sive ejus deputatis in guerris sive exercitibus regiis armati secundum consuetudinem patrie juxta valorem dict. terrarum &c., propriis sumptibus; et si non essent tenentes, dicti Alex. &c. per alium idoneum virum dictum servitium facerent; et si duo termini currerent in tertium solutione minime facta, hec locatio expiraret:—cum precepto sasine directo Jacobo Innes de Drany, et Georgio Dunbar:—TEST. D. Henrico Abircrummie priore de Scona, M. Jo. Douglas rectore de Bonnocht Moravien. diocesis, And. Moncreif, Joanne Bunche, Davide Cuming, Jac. Moncreif, Jac. Hepburne burgen. de Perth,

Wil. Leirmonth, M. Hen. Schaw, D. Wil. Douglas notario publico:—Apud monast. de Scona et ecclesiam cathedralem Moravien., 31 Oct. et 19 Nov. 1566]:—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret rationabilibus manso et glebe ministro dicte ecclesie reservandis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 512.

2680. Apud Dalkeith, 24 Apr.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem seu commendatarium perpetuum de Kinlos, et ejusdem conventum, —[qua constituerunt ARCHIBALDUM DOUGLAS de Pettindreich—justiciarium et ballivum hereditarium terrarum baronie et regalitatis de Kinlos, cum silvis, molendinis, piscationibus, infra bondas Moravie, tam proprietatis quam tenandrie;—pro quorum officiorum usu concesserunt ei 100 libras de promptioribus proficuis terrarum suarum, silvarum, piscariarum salmonum cum pertinen., viz. 2 *lie stellis* de Cruikis, *lie* Durstell, *lie stell* aque exterioris, *lie stell* monachorum, cum 3 *lie yairis* vocat. Mekleyair, Middill-yair et Cultyre, *lie fischearhousis, corfhousis*, silvarum de Aswod, Damwod et Westwod, et silvarum de Colliscruikis et *lie wairdis*, cum piscaria salmonum in mari prout fluit et refluit, cum toftis, croftis, moris, arenis, in dictis baronia et regalitate, vic. Elgin et Fores:—TENEND. dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, Jacobo D. ejus fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Georgio D. ejusdem fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. fratri naturali dicti Arch., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo com. de Mortoun dom. de Dalkeith regenti Scotie, heredibus ejus masc. et tallie in ejus nova infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis, de dicto monast.:—REDDEND. administrationem justitie in curiis dicti monast.: —cum precepto sasine directo Georgio Auchinlek de Balmanno:—TEST. Georgio Auchinlek de Balmanno, Jacobo Chene, Davide Futhie, Alex. Fraser, ejus servis, Jo. Hay de Lochloy, Alex. Brodie de eodem, Jo. Cuming apparente de Ernesyde, Wil. Douglas notario publico:—Apud Edinburgh et monasterium de Kinlos, 26 Feb. et 14 Mar. 1576]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 498.

2681. Apud Halierudehous, 24 Apr.

REX &c., confirmavit cartam Gavini Dunbar, archidiaconi Moravien.,—[qua,—cum consensu Georgii episcopi Moravien., decani et canonicorum ejusdem,—pro quadam magna summa pecunie sibi ad reparationem ecclesiarum de Fores et Edinkelye persoluta, ad feudifirmam dimisit JOANNI GIBSOUN rectori de Unthank in vitali redditu, et WILLELMO GIBSOUN ejus filio, consanguineo dicti Gav., hereditarie,—terras et croftas jacentes inter croftas canonicorum Moravien. (unam inter croftam rectorie seu prebende de Croy ad orientem et croftam rectorie de Kynnoir ad occidentem, extenden. a torrente de Tayok ad austrum usque ad Deid Lossy versus boream, aliam inter croftam subdecani ad orientem croftam thesaurarii ad occiden., extenden. a terris de Pannis versus boream ad terras M. Alex. Douglas, tunc per Tho. Myll burgen. de Elgin possessas, ad austrum, tertiam inter croftam seu caudam subdecani ad orien., caudam terre succentoris ad occiden., extendentem a lapideo muro qui circumdedit collegium ecclesie cathedralis Moraviensis versus boream, ad viam regiam ad burgum et a burgo de Elgin ad finem orientalem dicti burgi ad austrum):—TENEND. dicto Joanni *ut supra*, dicto Wil. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Alexandro G. filio ejusdem Jo., et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo G. fratri germano dicti Jo., heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto archidiacono: —REDDEND. 40 sol. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis; et duplicando dict. summam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. Gilberto Kennedie, Joanne Hammiltoun, servitoribus Magistri Thome Hay abbatis de Glenluce, Joanne Dowglas, M. Andrea Young, Joanne Balman notario, Davide Cuming, servitoribus dicti episc.:—Apud Elgin et ecclesiam cathedralem Moraviensem ac palatium de Spynie, 12 et 18 Nov. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 500.

2682. Apud Halyrudhous, 30 Apr.
REX &c., dedit literas legitimationis WALTERO HEREOT bastardo, filio naturali Walteri H. de Ramorgnie. xxxiv. 489.

2683. Apud Halyrudhous, 2 Maii.
REX &c., concessit et (pro bono servitio Walteri Hereot de Ramorgnie et Walteri Hereot ejus filii) quitteclamavit AGNETI AYTOUN filie legitime Roberti Aytoun de Inchedarnie, in ejus pura virginitate, in vitali redditu,—terras de Burnturk, et quarteriam de Glaslie, in baronia de Burnturk, vic. Fyfe;—et dicto WALTERO HEREOT juniori, et heredibus inter eum et dictam Ag. ejus sponsam futuram legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Walt. junioris quibuscunque et assignatis,—terras et baroniam de Burnturk, viz. Burnturk, binam partem de Ballingall, quarteriam de Glaslie, cum tenentibus &c., vic. Fyfe;—quas dictus Walt. senior personaliter resignavit:—REDDEND. annuatim sectam ad quodlibet trium placitorum capitalium vic. de Fyffe, ac wardam &c.:—RESERVATO dicto Waltero seniori libero tenemento dicte bine partis de Ballingall:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 487.

2684. Apud Halyrudhous, 2 Maii.
REX &c., concessit et, pro bono servitio Walteri Heriot de Ramorgnie, quitteclamavit WALTERO HEREOT filio dicti Walt., heredibus ejus et assignatis,—terras de Ramorgnie et Lawfeild, cum earum molendino, in comitatu et vic. de Fyfe;—quas dictus Walt. senior personaliter resignavit:—REDDEND. 22 libras feudifirme:—RESERVATO libero tenemento dicto Walt. seniori et Eliz. Scot ejus sponse:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 488.

2685. Apud Halyrudhous, 2 Maii.
REX &c., confirmavit cartam D. Andree Watter, capellani capellanie fundate apud altaria Omnium Sanctorum et Divorum Thome apostoli et Apollonie virginis in ecclesia collegiata B. Egidii de Edinburgh,—[qua,—cum consensu Joannis Lawsoun filii et heredis quondam Jacobi L. de Hieriggis, patroni dicte capellanie, necnon Joannis Swan burgensis de Edinburgh, curatoris dicti Jo. Lawsoun,—ad feudifirmam dimisit GULIELMO LAWSOUN burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—tertiam partem tenementi sive terre anterioris quond. Tho. Prestoun de Bynning (cujus alie due partes fuerunt heredum quond. M. Ric. Hopper), in dicto burgo ex parte boreali vici regii (inter terram quondam Georgii Eduardsoun tunc Hugonis Broun, et terram quond. Nicolai Boyde tunc heredum quond. Andree Barroun);—que in rentali suo extendit ad 7 marc., sed aliquot annis retrolapsis 8 marc., valuit:—REDDEND. annuatim dicto capellano 7 marcas redditus antiqui, et 3 marc. augmentationis:—TEST. Joanne Smyth, M. Alex. Skene, And. Keith, Dunc. Scharpe, Joanne Ormistoun notario publico:—Apud burgum de Edinburgh, 21 Nov. 1558]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 499.

2686. Apud Edinburgh, 16 Maii.
REX concessit GEORGIO KER in Leyth (filio et heredi quondam Joannis K.), et ejus heredibus,—19 acras terre in baronia de Restalrig (unamquamque redden. annuatim 2 bollas ordei, pretium bolle 33 sol. 4 den.), viz. decem acras apud lie Medowsydeschot de Restalrig (7 acras per Jo. Cokburne, 1½ ac. per Gilb. Blak, 1½ ac. per Wil. Blair occupatas, omnes contigue jacen. inter dict. pratum ex orientali, terras per Jo. Rekey et Jo. Huntar occupatas ex boreali, terras per Davidem Scrogy occupat. ex australi, communem viam ex orientali), 3 acras in *lie* Drum que olim ad dictum Geo. impignorate pertinuerunt (inter communem viam ex boreali, terras per Wil. Forester occupatas ex australi, terras Jo. Logane de Coitfeild ex occidentali, columbarium et lacum de Restalrig ex occidentali), et 6 acras in Cannonflat, per Jo. Mosman scribam occupatas (inter terras quondam Alex. Moris ex orientali, terras M. Joannis Balfour in Leyth ex occidentali, viam regiam a Loganis-croce ad *the orcheart of Restalrig* ex australi, terras per quondam Pat. Jhonestoun occupat. ex boreali), vic. Edinburgh;—que fuerunt Roberti Logane de Restalrig, de rege tente per servitium warde; et (postquam Lodovicus Thornetoun

unus ex officiariis et serjandis vic. de Edinburgh attachiaverat dict. acras, necnon 10 acras occupat. per dictum Joannem Cokburne, Wil. Ferneberne et Rob. Meldrum, jacentes contigue inter rivulum *lie Stripe* ex australi, hortum granarium *lie barneyaird* et communem viam ville de Restalrig ex occidentali, terras per Wil. Forrester occupat. ex australi et boreali, et 6 acras vocat. *the Clay-hillis* per Jacobum Cowpar occupatas, juxta terras de Coitfeildis ex occidentali), dicte 19 acre 7 Maii 1577 (dicto Rob. L. per Jac. Logane procuratorem comparente) appreciate fuerunt [1] pro 1285 libris dicto Geo. debitis (viz. 1280 lib. per eum tanquam assignatum Agnetis Bartane ejus matris obtentis super dictum Rob. pro ipsō et tanquam filium et heredem quond. Roberti L. de Restalrig, pro annuo redditu 80 lib. dicte Agneti debito de villa, terris et baronia de Restalrig, per 16 annos a a festo Penthecotes 1559 ad 23 Jul. 1575, et 5 lib. pro expensis litis), necnon pro 64 libris 5 sol. pro feodo M. Thome Craig vicecomitis deputati de Edinburgh :—et voluit rex quod dictus Rob. Logane, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dictas summas persolverent infra septennium :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 506.

2687. Apud Halyrudhous, 24 Maii.

REX &c., confirmavit cartam factam per Jo. commendatarium perpetuum de Abirbrothok, et conventum ejusdem,—[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt GEORGIO BALFOURE de Tarre, et ALISONE OGILWIE ejus sponse,—terras vocatas *lie Waird* de Abirbrothok (*merchand to the landis callit the Waird-dykis on the eist and sowtheist pairtis, and fra that passand to ane pairt of the said Waird callit the Waird-yet on the south, and fra thyne to the landis of Dammisdaill on the south and southwest, and fra thyne passand ower the watter of Brothok as the proper dyke gangis to the southwest nuik of the landis of Carnie, and the saidis landis of Carnie on the southwest and west pairtis, of the landis of Kirktoun on the northwest pairtis, and fra the Kirktoun richt north to the northeist nuke of Sanct-Wigeand kirk-yaird, fra that furth passand richt eist ower the watter of Brothok as the auld watter-gang passis of the burne callit the Deneburne unto the furde thairof, passand the hie commoun gait fra Abirbrothok to Brechin, and fra the said furde passand southeist as the commoun gait gangis unto the partissing of the gaitis passand betuix Abirbrothok and North-Tarrie, entrand to the propir dyke of the said Waird*), cum decimis earundem inclusis, que nunquam ab eis separari solebant, in regalitate de Abirbrothok, vic. Foirfair :—TENEND. dictis Geo. et Alisone eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Geo. quibuscunque, de dicto monast. :—REDDEND. 10 lib. firme antique, et 13 sol. 8 den. augmentationis ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Arthuro Graingear camerario dicti monast. :—TEST. Pat. Lermont filio legitimo Patricii L. de Darsie, Arthuro Forbes filio Arthuri F. de Reras, Rob. Cuninghame de Eistir Moffet, Jacobo Forret, servis dicti commendatarii :—Apud monasterium de Abirbrothok, 20 Maii 1577] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 509.

2688. Apud Halierudehous, 27 Maii.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi Hammiltoun de Levingstoun,—[qua,—pro perimpletione contractus initi apud Edinburgh, 28 Apr. 1577,—vendidit JACOBO COMITI DE MORTOUN domino de Dalkeith &c. (regenti Scotie), ejusque heredibus tallie in carta ejus comitatus de Mortoun nominatis, et assignatis quibuscunque,

[1] Names of assize (first impannelled on 12 Mar. 1576, when they refused to return a verdict ; and summoned again by John Cadder messenger for 26 Apr. 1577, and for the above day by Geo. Blair messenger, on pain of being put to the horn) :—M. William Balfour in Leyth, And. Vilsoun, Tho. Glen, Wil. Broun baker, M. John Balfour, Jas. Cowpar, Adam Thomesoun, John Kyle, John Uchiltrie senior and junior, Geo. Campbell, John Thomesoun blacksmith, John Waldie, all inhabitants of Leyth.

—officia vicecomitis de Linlithgw et capitanei ac custodie castri de Blaknes, cum eorum terris, annuis redditibus, feodis &c., cum salinis super maris littoribus intra terras de Blaknes:—FACIEND. debitam administrationem in dictis officiis, ac regi servitium debitum; et REDDEND. regi pro dictis salinis unum den. argenti nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Georgio Auchinlek de Balmanno:—TEST. Carolo Drummond de Kingisfeild, Davide Dundas de Preistisinche, Thoma Scot ejus servo, Ric. Congiltoun servitore dicti Jac. H., Nic. Thownis notario publico:—Apud Edinburgh, 30 Apr. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 575.

2689. Apud Halyrudehous, 30 Maii.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro . . . marcis persolutis, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO MURRAY in Millegin, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—6 bovatas terrarum de Millegin (per dictum Wil. occupatas), in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—SOLVEND. annuatim dicto monast. 4 lib. 11 sol. 14 den., 10 sol. pro 6 firlotis farine custumalis, 5 sol. pro 6 firl. avenarum custumalium, 7 sol. 6 den. pro 1½ arietibus, 15 den. pro 1½ anseribus, 2 sol. pro 4 caponibus, 2 sol. 8 den. pro 8 pultriis, 6 sol. pro 6 *lie lang cariagis*, 6 sol. 8 den. pro ceteris servitiis, 4 sol. pro annua gressuma, 4 den. pro uno pondere straminum custumalium, in toto 7 libras 3 sol. 5 den.; cum multura &c. (*ut in carta* 2614):—cum precepto sasine directo Waltero Innes:—TEST. Rob. Bruce in Kinlos, Alexandro Guthrie burgen. de Elgin, Walt. Innes portionario de Millegin, Jo. Paradyce:—Apud Abirdene et monast. de Kinlos, 11 et 20 Jul. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 507.

2690. Apud Calder, 30 Jun.

REX &c., confirmavit cartam Margarete Kincragie, relicte Andree Wentoun,—[qua, cum consensu Alexandri Kincragy de Ebdy, et Issobelle Wentoun sororis et heredis quondam Joannis W.,—pro perimpletione litere obligationis per se et eos facte apud Perth, 4 Jun. 1577, in libris dominorum concilii registrande,—vendidit M. JACOBO MAKGILL de Rankelour-Nethir, clerico rotulorum registri ac concilii regis, et JONETE ADAMESOUN ejus conjugi, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et M. JACOBO MAKGILL eorum filio et heredi apparenti, et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, heredibus masculis dicti Jac. junioris quibuscunque, quibus def., legit. et propinquioribus heredibus ejus fem. absque divisione,—terras de Auld Lundoris, cum cottagiis, brueriis, columbario, in senesc. de Fyff:—REDDEND. annuatim regi 40 lib., 24 bollas avenarum, 32 capones, 64 pultreas, nomine feudifirme; necnon duplum feudifirme in introitu heredum; cum maritagiis cum contingerent; et edificando mansionem cum edificiis et politia necessariis; et non liceret dictas terras in toto vel in parte alienare absque consensu regis; necnon solvendo multuras molendinis debit. et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. Alex. Balmanno de eodem, Jo. Inglis fratre germano Alexandri Inglis de Tarwart, And. Stowp, Gilb. Billie, Hen. Adamesoun, burgensibus de Perth, Jo. Colt filio Blasii C. burgen. ejusdem, Hen. Eldar scriba curie communitatis dicti burgi, M. Alex. Knowis, M. Olivero Colt, Alex. Gibsoun, notariis publicis:—Apud burgum de Perth, 4 Jun. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 534.

2691. Apud Halyrudhous, 8 Jul.

REX &c., confirmavit cartam D. Roberti Ogilwie, vicarii perpetui vicarie ecclesie parochialis de Lucheris,—[qua,—cum consensu commendatarii et conventus S. Andree, patronorum dicte vicarie,—pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit M. GEORGIO MELDRUM, et CRISTINE RAMSAY ejus sponse,—7 acras terre arabilis, immunes a solutione cujuscunque decime garbalis, viz. 2 ac. ex posteriori parte mansionis dicte vicarie, per Davidem Lugat occupat. (inter mansionem et cemiterium ex occidentali, Pitlathy ex orientali et boreali, viam ad Erlishall ex australi), 2 acras vocat. *the Kirk-dur-keyis*

(inter unum *daill of land* pertinen. Erlishall, occupat. per Wil. Gourlaw, ex occidentali, viam ad Erlishall ex boreali, Ryres *lie Kawillis* ex orientali, descendendo cum uno *lie tung* inter terras de Erlishall), 1 ac. per Laurentium Van occupatam (inter *lie* Erlishallis *Kawill* occupat. per David Schipar ex occidentali, viam de Erlishall ex boreali, unum *daill* ex Culluthy per Margaretam Ked occupat. ex orientali, Balbeuchlie ex australi), 3 ac. vocat. *the Vicaris-medowis*, per Joannem Dik in Myltoun occupat. (inter Myltoun ex occidentali, Cullewthy-medow occupat. per Jac. Husband et Wil. Lugat ex boreali, terras de Myltoun vocatas *the Newlandis* ex orientali, villam de Myltoun ex australi), cum decimis piscium quorumcunque, et precipue salmonum et halecum infra limites dicte vicarie qualitercunque advenien., cum decimis salmonum de *lie* Reid-sandis pertinen. tribus baroniis de Lucheris, *the Futheris* pertinen. domino de Glammis, vocat. Pwilnes, *the Garpot* pertinen. domino de Keltie, *the South-ferrie* de Pittincraig, *the Yaird-heid* pertinen. domino de Lawthoker (occupat. per Jo. Gregorie), *the Craig-waltir* pertinen. Henrico Durye de eodem, et aliis decimis quibuscunque;—et unica sasina super aliqua parte dict. terrarum capienda pro omnibus staret:—Tenend. dictis Geo. et Cris. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, propinquioribus heredibus dicti Geo. et assignatis quibuscunque, de dicto vicario seu dictis patronis:—Reddend. 40 lib. firme antique, et 13 sol. 4 den. augmentationis; et 10 marc. in introitu cujuscunque heredis vel alterius persone:—cum precepto sasine directo Georgio Airth:—Test. Jac. Meldrum feodatario de Sagy, Alex. Ramsay, Gulielmo Meldrum, Davide Ramsay, M. Rob. Wynrame, M. Gulielmo Glen:—Apud S. Andream, 30 Apr. 1566]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 523.

2692. Apud Dalkeith, 11 Jul.

REX &c., confirmavit cartam M. Alexandri Maucheane de Ovir-Barntoun advocati,—[qua,—pro impletione contractus matrimonialis inter se ab una, et Mich. Gilbert (aurifabrum) burgen. de Edinburgh et Liliam G. ejus filiam ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 11 Jun. 1577,—concessit dicte LILIE GILBERT, spe futuri matrimonii, in vitali redditu,—terras de Ovir-Barntoun, cum turre, fortalicio, manerie, loco, tenentibus &c., in baronia de Ovir-Barntoun, vic. Edinburgh:—Tenend. de rege:—Test. Roberto Hammiltoun, Davide Mauchan, burgensibus de Edinburgh, Geo. Mak:—Apud Edinburgh, 11 Jul. 1577]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 538.

2693. Apud Dalkeith, 13 Jul.

REX &c.,—quia annua proficua collegii seu PEDAGOGII GLASGUENSIS tam exigua fuerunt ut illa etate minime sufficientia essent ad sustentand. principalem, magistros, regentes, bursarios et officiarios necessarios in quovis collegio,—ad faciendum quandam illic faciem collegii, concessit, incorporavit et per mortificationem confirmavit dicto collegio, principali &c. per se specificandis in erectione subsequente, et eorum successoribus,—rectoriam et vicariam ecclesie parochialis de Govane, cum decimis, proficuis, mansis, gleba, terris ecclesiasticis ejusdem, in diocesi Glasguen., vic. Ranfrew;—vacan. per decessum M. Stephani Betoun ultimi rectoris;—liberas a solutione tertie, taxationis seu aliarum impositionum quarumcunque;—necnon confirmavit dicto collegio, et ejus magistris &c.,—omnes alios annuos redditus et proficua dicto colleg. per quemcunque ordinem seu quovismodo concess., et presertim terras, capellanias, annuos redditus, proficua, *lie obit silver* &c., qui pertinuerunt ad aliquas capellanias, altaragia, prebendas in quacunque ecclesia seu collegio intra civitatem Glasguen., vel de locis omnium Fratrum dicte civitatis, cum terris et ann. red. infra sive extra dictam civitatem eisdem pertinentibus, ac dicto collegio antea concess.;—que proficua rex voluit levari ad usum dicti colleg. sine aliqua tertia, impositione aut alia taxatione;—cum potestate colligendi ad usum dicti collegii tertiam fructuum omnium illarum prebendarum et capellaniarum quarum possessores tunc vivebant:—Reddend. servitium communium precium &c., ac doctrinam bonarum literarum et linguarum aliarumque professionum

necessariarum, et utendo bonis disciplina et ordine in dicto colleg., disponentes redditus in educationem juventutis juxta fundationem per regem desuper confectam (cujus tenor sequitur):—QUARE rex mandavit archiepiscopo Glasguen., vel in ejus absentia cuicunque ministro intra diocesim Glasguen., ad tradend. possessionem dict. rectorie &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 546.

2694. Apud Palatium de Halieruidhous, 24 Jul.

REX &c., confirmavit cartam quondam Alexandri episcopi Candidecase et capelle regie Strivilingen.,—[qua,—cum consensu decani et capituli Candidecase,—pro 200 libris persolutis, ad feudifirmam dimisit QUINTINO BOYD de Ardquharquhar, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, —molendinum avenaticum de Invermessane baronie ejusdem, cum ejusdem crofta, domibus, aqueductu, monticulo, cum $7\frac{1}{2}$ bollis farine astricte multure 5 libratarum terrarum de Cullurteby, $1\frac{1}{2}$ bollis farine astricte multure 20 solidatarum de Ervy, 4 bol. farine astricte multure 4 marcatarum de Knokcowat, $1\frac{1}{2}$ bol. farine astricte multure 20 solidatarum de Kirromanich, cum decimotertio grano astricte multure tam avenarum quam ordei omnium terrarum suarum de Balyet, Culcaldy et Invermessane annuatim solvend. super dict. monticulum, in baronia de Invermessane, parochia de Inche, vic. Wigtoun:—REDDEND. dicto episc. 16 libras firme antique, et 4 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Roberto Boyd in Tibbercroy: —TEST. Alex. Inglis, Jo. Mekill, Francisco Home:—Apud Edinburgh et Quhytern, 25 Mar. et 20 Apr. 1566]:—TEST. *ut in carta* 2330. xxxiii. 130.

2695. Apud Edinburgh, 24 Jul.

REX &c., concessit JACOBO SINCLARE filio et heredi apparenti Henrici dom. S., heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Ravynniscraig, cum castro, portu castri, ancoragio et custumis, tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, terras et baroniam de Dysart, villam et burgum earundem, moram et molendina earum jacen. ex australi latere aque de Oir, cum tenentibus &c., advocatione ecclesiarum et capellaniarum earundem, vic. Fyff; terras et baroniam de Newburgh, cum burgo earundem, turre, manerie, loco, molendinis, tenentibus &c., advocatione capellanie capelle de N., piscariam super aqua de Ithane tam per terram quam per mare, vic. Abirdene;—quas dictus Hen. apud Halierudehous personaliter resignavit:—REDDEND. pro Ravynniscraig unum den. apud rupem de R. nomine albe firme; pro Dysart jura et servitia debita et consueta; pro Newburgh tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, cum servitio warde &c.; pro burgis de Dysart et Newburgh, cum eorum croftis, hortis et *lie burrow ruidis*, unum denarium argenti pro servitio burgi, nomine albe firme:—RESERVATO dicto Henrico libero tenemento, cum potestate liberetenentes recipiendi &c.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 531.

2696. Apud Halierudehous, 24 Jul.

REX &c., confirmavit cartam M. Georgii Hepburne, rectoris de Hauch alias Lintounkirk,—[qua,—cum consensu decani et prebendariorum ecclesie collegiate de Dunbar (cujus dicta rectoria fuit prebenda), necnon (quondam) Jacobi (olim) comitis de Boithuile dom. Haillis et Creichtoun, patroni dicte rectorie,—pro ingentibus pecuniarum summis sibi et dicto patrono persolutis, ad feudifirmam dimisit ADAMO HEPBURNE de Smetoun, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras ecclesiasticas et glebam rectorie et vicarie de Lintoun, cum molendino, terris molendinariis, columbario, hortis, domibus earundem, cum decimis garbalibus inclusis (exceptis domibus, hortis ac crofta ad seminationem duarum bollarum segetum estimata, ex parte boreali cemiterii dicte ecclesie et horti D. Thome Quhyt curati ac vicarii pensionarii dicte ecclesie, limitatis infra 2 *lie balkis*, dicto Thome et ejus successoribus), in constabularia de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. dicto rectori pro gleba cum decimis 152 bollas frumenti et ordei (vel 10 marc. pro unaquaque celdra), pro molendino 10 marc., tanquam firmam antiquam, et 20

sol. augmentationis; necnon 50 marc. in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Georgio Robesoun:—TEST. Alex. Erskin, Georgio Freland, Pat. Sempill, Jac. Porterfeild:—Apud Edinburgh, 13 Aug. 1562]:—PROVISO quod hec confirmatio ministro seu lectori apud dict. ecclesiam servienti et residenti penes rationabilem mansionem et glebam nequaquam prejudicaret:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 579.

ANNO REGNI 11. ANNO DOMINI 1577.

2697. Apud Dalkeith, 29 Jul.
REX &c., dedit literas legitimationis DAVIDI PITCARNE, filio naturali M. Joannis P. de Forthar. xxxiv. 561.

2698. Apud Dalkeith, 29 Jul.
REX &c.,—pro servitio sibi in propagatione autoritatis sue in novissimis regni sui perturbationibus impenso,—cum consensu Willelmi Murray de Tullibardin equitis aurati, compotorum rotulatoris, ad feudifirmam dimisit JACOBO SCOT in Robertoun, heredibus ejus et assignatis,—terras de Gilmyniscleuch (nunquam antea in feudifirmam locatas), in dominio de Ettrikforrest, vic. Selkirk:—REDDEND. 20 libras firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 591.

2699. Apud Halierudehous, 7 Aug.
REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO MYLLAR, filio naturali D. Joannis M. xxxiv. 545.

2700. Apud Halierudehous, 8 Aug.
REX &c., concessit JOANNI SYM, filio natu maximo et heredi apparenti quondam Michaelis Sym aurifabri burgen. de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terram quond. Jac. Cokie aurifabri, in dicto burgo, infra tenementum quond. Joannis Henrysoun (inter terras Hugonis Broun et Andree Henrysoun), quod tenementum jacebat ex boreali latere vici regii (inter tenementa quondam Jac. Barroun et Alex. Achesoun);—que regi devenit ratione escaete ob existentiam dicti Jac. C. convicti et ad mortem justificati pro certis proditoriis et lese majestatis criminibus:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 541.

2701. Apud Dalkeith, 12 Aug.
REX &c., ad feudifirmam dimisit JOANNI DALMAHOY seniori in Leith, admirallatus officiario, heredibus ejus et assignatis,—peciam vasti soli olim *Commoun-closettis* nuncupat., e regione operis regii in Leith (inter *lie schoir* et transitum per portum ad arenas ex australi, solum fortalicii fundati de novo per Gallos juxta *lie bulwark* ex boreali, dict. *lie bulwark* ex occidentali);—que regi pertinuit tanquam pertinentia dicti tenementi sive operis regii, et nunquam assedata erat; et de qua regis mater dicto Joanni feudifirme infeofamentum dedit:—SOLVEND. annuatim 6 sol. 8 den.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 564.

2702. Apud Dalkeith, 15 Aug.
REX &c., concessit THOME KIRKPATRIK filio et heredi apparenti Rogeri K. de Closburne, JEHANNE CUNYNGHAME ejus sponse future, filie legitime Willelmi com. de Glencarne, in ejus viduitate,—10 librat. terrarum antiqui extentus de Auchinlek, cum tenentibus &c., vic. Drumfreis;—quas dictus Rog. resignavit:—TENEND. dictis Tho. et Jehanne in conjuncta infeodatione eorumque alteri diutius viventi, heredibusque inter eos legitime procreandis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus et assignatis dicti Thome quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 536.

2703. Apud Dalkeith, 16 Aug.
REX &c., confirmavit cartam Patricii archiepiscopi S. Andree,—[qua,—cum consensu capituli S. Andree,—pro benemeritis &c., et pro 5000 marc. persolutis, ad feudifirmam dimisit JACOBO ARTHOUR, filio legitimo quondam M. Gulielmi A. de Cairnis civis S. Andree, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Middil-

Futhie, in parochia de Dersy, regalitate Sancti Andree, vic. Fyff:—REDDEND. dicto archiepisc. 14 sol. pro qualibet bolla 3 celdrarum tritici, 13 sol. 4 den. pro qualibet bolla 4 celdrarum ordei, 7 sol. pro qualibet bolla 5 celdrarum avenarum, 18 den. pro quolibet 8 caponum, 12 den. pro qualibet 16 pultrearum, pro firmis antiquis, et 5 sol. 4 den. augmentationis, in toto 105 libras 13 sol. 4 den.; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud civitatem S. Andree:—PROVISO quod non liceret dicto archiepisc. hanc cartam reducere donec dict. 5000 marc. dictis Jacobo &c. persoluta essent:—cum precepto sasine:—TEST. Waltero Cokburne, Paulo Lunde, Pat. Kyninmonth, Hugone Lindesay:—Apud civitatem S. Andree, 10 Aug. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 539.

2704. Apud Dalkeith, 16 Aug.

REX &c., confirmavit cartam Patricii archiepiscopi S. Andree,—[qua,—cum consensu capituli S. Andree,—pro magna pecunie summa persoluta, ad feudifirmam dimisit nativo tenenti suo DAVIDI KYNNEIR seniori in Craigfudy, et MARGARETE HUNTAR ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi in vitali redditu, et DAVIDI KYNNEIR eorum filio et heredi apparenti, et heredibus ejus de corpore legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. junioris legit. et propinquioribus et assignatis quibuscunque, hereditarie,—quartam partem terrarum et ville de Craigfudy (per dictum Dav. seniorem occupatam), in dominio et regalitate S. Andree, vic. Fyff:—REDDEND. dicto archiepisc. 11 sol. pro qualibet 12 bollarum frumenti, 16 bol. ordei et 16 bol. avenarum, in toto 24 lib. 4 sol. firme antique, et 10 sol. augmentationis, necnon 2 capones, 4 pultreas, cum areagiis, careagiis et servitiis consuetis; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud S. Andream, et ad ceteras curias dicti archiepisc. cum premoniti esent; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum sive assignatorum; et si duo termini decurrerent in tertium in toto vel in parte insoluti, liceret dicto archiepisc. de dict. terris ad arbitrium disponere; nec liceret dictis feudifirmariis dict. terras in toto vel in parte alienare sine licentia superioris:—SALVA dicto archiepisc. regalitate &c.:—NECNON dicti feudifirmarii cum dicto archiepiscopo sive ejus camerario equitarent et servirent in omni exercitu regio cum premoniti essent; et prestarent dicto archiepiscopo juramentum fidelitatis et obedientie:—PROVISO quod dictus archiepisc. persolveret dictis feudifirmariis 1000 marc. pro hac locatione receptas priusquam ad ejus reductionem audiretur:—cum precepto sasine:—TEST. Walt. Cokburne, Jac. Arthour, Pat. Kyninmonth:—Apud S. Andream, 10 Aug. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 547.

2705. Apud Dalkeith, 16 Aug.

REX &c., confirmavit cartam Patricii archiepiscopi S. Andree,—[qua,—cum consensu capituli S. Andree,—pro magna pecunie summa persoluta, ad feudifirmam dimisit nativo tenenti suo PATRICIO SCHEVES de Kembak, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem terrarum et ville de Craigfuthie (per Davidem Bell tenentem dicti Pat. S. occupatam), in dominio[1] et regalitate S. Andree, vic. Fyff:—REDDEND. &c. (*ut in carta* 2704)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 548.

2706. Apud Dalkeith, 16 Aug.

REX &c., confirmavit cartam Patricii archiepiscopi S. Andree,—[qua,—cum consensu capituli S. Andree,—pro magna pecunie summa persoluta, ad feudifirmam dimisit nativo tenenti suo, JOANNI WEMIS in Craigfudy—quartam partem terrarum et ville de Craigfudie (per dictum Jo. occupatam), in dominio et regalitate S. Andree, vic. Fyff:—TENEND. dicto Jo. et heredibus ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jo. legitimis et propinquioribus sive assignatis quibuscunque:—REDDEND. &c. (*ut in carta* 2704)]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 549.

2707. Apud Dalkeith, 16 Aug.

REX &c., confirmavit cartam factam per Jo.

[1] The introductory clause reads "in baronia de Darsie regalitate S. Andree"; and so in No. 2706.

Annand prepositum, et Tho. Young, Wil. Hardie, Davidem Winchester, M. Jac. Gardin, ballivos burgi de Elgin, et consules ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ARCHIBALDO DOUGLAS de Pettindreich—terras de Dovillegrene (incipiendo ad *lie merche stane* de Pettindreich, ascendendo aquam de Lossie ad *lie merche stane* de Bogsyd, ad austrum per *lie merche stanis* ad torrentem vocat. . . . ., qui currit inter Dovillegrene et Nethir Monbenis, prout dictus torrens currit ad *lie merche stane* de Pettindreich, et ad boream per *lie merche stanis* ad aquam de Lossie), vic. Elgin et Fores; —quas predecessores dicti Arch. diu tanquam tenentes et assedatarii pro 12 marc. annuatim possederant:—TENEND. dicto Arch. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Jacobo D. priori de Pluscardin et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio D. eorum fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. eorundem fratri naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Jacobo com. de Mortoun dom. de Dalkeith regenti Scotie, heredibus ejus masc. et tallie in ejus nova infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis, de dictis preposito &c.:—REDDEND. 16 lib. firme antique, et 3 sol. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Andree Douglas burgen. de Edinburgh:—TEST. Georgio Douglas vicario de Abircherdour, Geo. Achesoun filio Joannis A. in Prestoun, Geo. Moit in Salt-Prestoun, Joanne Hendirsoun ibidem, And. Dowglas camerario de Pettindreich:—Apud burgum de Elgin, 17 Jun. 1577]:—TEST. *ut in carta* 2713. xxxiv. 553.

2708. Apud Halierudehous, 20 Aug. REX &c., confirmavit cartam Katherine M'Kalloun, sororis senioris quond. Joannis M. de Inverernanis,—[qua vendidit PATRICIO GRANT, filio Joannis G. de Balnadalloch et quondam Barbare Gordoun ejus sponse, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimedietatem suam et solarem partem terrarum de Mekle et Litill Inverernane et Edinglasse, dimed. et solarem partem de Coull, Chandnacrag, Rugulyecoyne, Llinardochie, Presquheill, *lie schilling* de Chapell-ernane, Toldoquhill, Cailyefwit, Moynefwit et Glenernane, tanquam pendiculas speciales de Inverernanis et Edinglasse per predecessores suos dominos *lie Dawacht* de Inverernane ab antiquo possessas, in comitatu de Mar, vic. Abirdene:—TENEND. de Francisco et Maria rege et regina &c.:—TEST. Jo. Dischingtoun, Arthuro Stewart de Kynmaclone, Alex. Williamesoun, Davide Ros, Walt. Ros, Paulo Grant, Jo. Findlasone:—cum subscriptione dicte Kath. manu ad calamum per notarium deducta:—Apud Balnadalloch, 12 Maii 1559]:—NECNON cartam Marjorie M'Kellone, sororis junioris dicti Jo.,—[qua vendidit dicto Patricio Grant, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—dimed. suam et umbralem partem terrarum supradict.:—TENEND., TEST., cum subscriptione dicte Marjorie, et de data *ut supra*]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 540.

2709. Apud Halierudehous, 27 Aug. REX &c., confirmavit cartam factam per quondam Jac. commendatarium perpetuum prioratus S. Andree, et ejusdem conventum, —[qua, pro servitiis &c., et pro 400 libris persolutis, concesserunt DAVIDI BALFOUR de Balledmonth, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas de Forgund in Fyff, cum earum decimis inclusis que nunquam hactenus a principali fundo separari solebant (quas dictus Dav. jam diu possidebat), in regalitate S. Andree, vic. Fyff;—quas Margareta Erskin domina senior de Lochlevin in favorem dicti Dav. resignavit:—TENEND. de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. 10 libras 13 sol. 4 den., 2 bollas pisarum, 12 capones, tanquam firmam consuetam antequam dicte terre &c. dicte Marg. in feudifirma locate fuerunt, 3 lib. 18 sol. 7 den. in contentationem gressume (ad ratam 74 lib. 13 sol. 4 den. pro decemnonali locatione), 8 sol. 1 den. in augmentationem rentalis; cum tribus sectis ad tria placita capitalia intra dictum monast.; cum aliis servitiis debit. et consuet.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum sive assignatorum; et plantando arbores solo congruentes; et essent dictis commen-

datario &c. fideles, et in nullo adversarii nisi jus et equitas postularet; et haberent aulas cum hortis et horreis dictis commendatario &c. patentes, pro decimis garbalibus congregandis; et servarent limites illesos a pressura vicinorum, vel dictis commendatario &c. intimarent; nec liceret dictas terras &c. in toto vel in parte sine licentia superioris alienare; et si in aliquo premissorum deficerent, et precipue in solutione canonis duobus terminis in tertium concurrentibus, hec infeodatio nullius esset roboris:—RESERVAND. ministro ecclesie de Forgund mansum sive maneriem que olim vicario pertinebat, cum domibus, edificiis, hortis, terra arabili adjacen., stagnis undique circumdat.:—cum precepto sasine directo Petro Belfuit:—Apud monast. S. Andree, 12 Nov. 1560]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 550.

2710. Apud Halierudehous, 28 Aug.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Cokburne de Ormestoun,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimisit tenenti suo DAVIDI EDINGTOUN in Birkcleuch, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem terrarum suarum de Bothill, *lie* Birkcleuch nuncupatam, cum tertia parte molendini, terrarum molendinariarum, domorum, hortorum et pratorum (per dictum Davidem occupat.), in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh:—REDDEND. annuatim dicto Joanni 8 libras; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Jacobo Manderstoun in Hartsyde:—TEST. Geo. Hume juniore de Spot, Davide Edingtoun de eodem, M. Geo. Lundie de Gorthie, Davide Kello servo dicti Jo., Dav. Lawtie scriba:—Apud Edinburgum, 9 Nov. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 559.

2711. Apud Halierudehous, 29 Aug.

REX &c., confirmavit cartam factam per Tho. commendatarium perpetuum monasterii Sacri-nemoris, et ejusdem conventum,—[qua confirmaverunt CUTHBERTO WELCHE filio Joannis W. in Collestoun, et AGNETI GREIRSOUN ejus sponse,—10 solidatas terrarum antiqui extentus de Skynfurde, in baronia et parochia de Haliewod, vic. Drumfreis;—quas dicta Agnes, virtute cujusdam contractus, cum consensu Joannis G. in Skynfurde et Jonete Young parentum suorum, in favorem dicti Cuth. et suum resignavit—RESERVATO libero tenemento dictis Jo. G. et Jonete:—TENEND. dictis Cuth. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Cuthberti et assignatis quibuscunque, de dicto monast. in feudifirma:—REDDEND. 20 sol. firme antique, et 40 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; cum devoriis et servitiis consuetis:—cum precepto sasine directo Joanni Welche in Collestoun juniori:—Apud dictum monast., 10 Jul. 1573]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 542.

2712. Apud Palatium Sancte Crucis prope Edinburgh, 30 Aug.

REX &c., confirmavit cartam factam per Rob. archidiaconum S. Andree principalem ac commendatarium de Dunfermeling, et ejusdem conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt JOANNI BOSWELL in Brintyland, in vitali redditu, et ADAMO BOSWELL ejus filio, heredibus ejus et assignatis, in feodo,—croftam nuncupat. Quarriouris-land, extenden. annuatim ad 10 sol., ad pittantias dicti conventus spectantem, prope ecclesiam de Westir Kingorne (inter Ovir-Grange, viam ad dictam ecclesiam, torrentem, cimiterium dicte ecclesie), croftam *lie* Vicaris-croft, extenden. ad 3 sol. 4 den., ad commendatarium spectan. (inter terras Parvi-communis, Grange, dictos torrentem et cimiterium), in regalitate de Dunfermeling, vic. Fyff:—REDDEND. annuatim dicto monast. pro Quarriouris-land 13 sol. 4 den., pro Vicaris-croft 3 sol., in toto 16 sol. 4 den.; cum geminatione feodifirme in introitu heredum; et cum edificatione columbarii, pomarii, alveariorum, aule, cubiculorum, equilis, bovilis, in usum feodifirmariorum dicti monasterii; et cum plantatione arborum necessariarum, et aliis servitiis et politia consuet. tempore guerre et pacis; et si comperti essent equites aut pedites contra dictum monast., autoritate regia excepta, aut si officiarium deforciarent sive arrestationem

frangerent, aut crimen forisfacturam promerens committerent, amitterent hanc feudifirmam; et si unus terminus veniret in alterum insolutus, feudifirmariorum culpa, terminus insolutus duplicaretur; si vero duo termini in tertium venirent insoluti eorum culpa, perderent hanc feudifirmam; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia in pretorio burgi de Dunfermeling :—RESERVATIS dicto monast. carbonibus intra dict. croftas :—cum precepto sasine directo Davidi Setoun :—Apud dictum monast., 15 Maii 1569] :—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret mansionem, glebam et terras ecclesiasticas usui ministerii designatas :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 544.

2713. Apud Halierudehous, 31 Aug.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi com. de Mortoun dom. Dalkeith, regentis Scotie, —[qua concessit JACOBO DOUGLAS, filio suo naturali,—40 marcatas terrarum antiqui extentus de Thuristoun, Wodhall et Waddalie, viz. 20 librat. de Thuristoun et Wodhall in proprietate et 10 marcat. de Waddalie in tenandria, in baronia et vic. de Renfrew per annexationem :—TENEND. dicto Jac. D. et heredibus masculis ejus de corpore legitime procreandis, quibus deficientibus, Archibaldo D. filio naturali dicti comitis, et heredibus &c. (*ut supra*), quibus def., Georgio D. etiam filio suo naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., Willelmo D. etiam filio suo naturali, et heredibus &c. (*ut sup.*), quibus def., dicto comiti et legit. et propinquioribus heredibus suis masc. et tallie in nova sua infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis, reversuras, de rege tanquam principe et senescallo Scotie :—cum precepto sasine directo And. Hume de Lawis et Geo. Hume juniori de Spot :—PROVISO quod quandocunque dictus comes in vita sua, aut ejus assignati, persolverent dictis Jacobo D. &c. integra in summa 5 libras intra pretorium burgi et ville de Dalkeith, vel dict. summam ad eorum usum consignarent, haberent regressum ad dict. terras :—TEST. Arch. com. Angusie dom. Dowglas et Abirnethie, Geo. Auchinlek de Balmanno, Jo. Carmichaell juniore de eodem, Alex. Jardane cubiculario dicti com. de Mortoun, Alex. Lawsoun notario publico :—Apud Edinburgh, 20 Feb. 1575] :—TEST. 12. 3. 17. 14. 10. 5. 18. 15.

xxxiv. 552.

2714. Apud Halyrudhous, 2 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Barroun alias Fraser, portionarii de Moneak, Tullich et Elrik,—[qua, cum consensu Fyngoll Nyne-Ane M'Persoun sponse sue, vendidit JOANNI M'BEAN M'PERSOUN de Breyne, et ELIZABETH MORESOUN ejus sponse, et eorum alteri diutius viventi, heredibus et assignatis dicti Jo. M. quibuscunque,—dimedietatem terrarum et villarum de Tullich et Elrik, in dominio de Stranarrine, vic. Invernes :—TENEND. de rege :—cum precepto sasine directo Joanni Dow M'Fynk M'Gowne in Litil Corme :—TEST. Donaldo Dow ministro Verbi Dei apud Wardlaw, Gilb. Patersoun, Jo. Robertsoun et Jo. Cuming burgensibus de Invernes, Jo. Do M'Conchie, Wil. Cheisholme brasiatore communitatis (?) Invernes, Aripitill Dollis in Cullodyne, Wil. Cuming notario :—cum subscriptione notarii pro dictis Jo. B. et Fyngoll :—Apud burgum de Invernes, 24 Jun. 1577] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 624.

2715. Apud Halierudehous, 5 Sept.

REX &c., concessit JOANNI MAR burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—botham mercatoriam sub infimo gradu tenementi quondam Wil. Currour in burgo de Edinburgh, ex boreali latere regie vie (inter tenementum quond. Geo. Hendirsoun de Fordell, et tenementum quond. Joannis Levingstoun tunc heredum quond. Alex. Park);—que regi devenit ob decessum Barnardi de Walloyes Galli, bastardi absque heredibus de corpore legit. procreatis aut dispositione facta mortui :—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c.

xxxiv. 543.

2716. Apud Halierudehous, 12 Sept.

REX &c., confirmavit cartam Patricii Grant de Ballindallach,—[qua,—pro perimpletione partis obligationis per se facte Jacobo com. de Mortoun dom. de Dalkeith regenti Scotie, de data 15 Maii 1577, in

libris dominorum concilii 20 Maii 1577 registrate, — vendidit ARCHIBALDO DOWGLAS de Pettindreich—terras de Mekle Inverernane et Edinglasse, in comitatu de Mar, vic. Abirdene;—in speciale warrantum terrarum et ville de Bogsyde cum earum molendinis, in baronia de Monbenis, vic. Elgin et Fores, dicto Arch. per se alienatis:—TENEND. dicto Arch. et heredibus &c. (*ut in carta* 2707), de rege:—REDDEND. tres sectas ad tria placita capitalia vic. de Abirdene, cum servitio debito et consuet.:—cum precepto sasine:—TEST. Geo. Auchinlek de Balmanno, Alex. Lawsone ejus servo, Tho. Inglis in Auld-Listoun, Tho. Cuthbert et Alex. Leslie servis dicti Pat., Jo. Forsyth notario publico:—Apud Halierudehous, 27 Aug. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 554.

2717. Apud Striviling, 14 Sept.
REX &c., tanquam princeps et senescallus Scotie, concessit et, pro bono servitio, de novo dedit ROBERTO DOMINO DE BOYD—3 librat. terrarum antiqui extentus terrarum dominicalium *lie* Manis de Giffartland alias Nethirtoun, cum manerie, domibus, pomariis, hortis, molendino, astrictis et aliis ejus multuris, 2½ marcat. ant. ext. de Bircat, 6 marcat. ant. ext. de Braidschaw, 2 marcatas ant. ext. de Knokindon, cum tenentibus &c., necnon superioritatem dict. terrarum de Nethirtoun et Birkat, in dominio de Giffartland, balliatu de Cunynghame, vic. Air;—quas terras Issobella Craufurde et Margareta C., filie ac legitime et propinquiores heredes quondam Joannis C. de Giffartland (cum consensu Joannis et Thome Crawfuirdis conjugum suorum pro eorum interesse), et quam superioritatem Jo. Crawfurde de Crawfurdeland, resignaverunt:—TENEND. dicto Rob. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus ejus quibuscunque:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 555.

2718. Apud Halierudehous, 18 Sept.
REX &c., confirmavit cartam factam per Marcum abbatem seu commendatarium de Newbottill, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt MARGARETE HAMMILTOUN relicte Georgii Cleland, in vitali redditu, et GEORGIO CLELAND ejus filio secundogenito hereditarie, heredibus ejus et assignatis,—terras de Glenhuif, in baronia sua de Monkland, vic. Lanerk:—REDDEND. dicto monast. 57 sol. 2 den. firme antique, et 2 sol. 10 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia dicte baronie apud capellam de Kippis; necnon portando grana super dictis terris crescentia ad molendinum de Calzochclair molenda, et multuras consuetas solvendo:—cum precepto sasine directo Georgio Newlandis, et Jo. Craufurde de Rouchsalloch:—Apud dictum monast., 4 Jan. 1562]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 557.

2719. Apud Halierudehous, 26 Sept.
REX &c., confirmavit cartam Jacobi episc. Dunkelden.,—[qua, cum consensu capituli Dunkelden.,—pro magnis pecuniarum summis persolutis,—ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO ABIRCRUMBIE de eodem, et heredibus ejus masc. quibuscunque,—terras de Eister Inchewin alias Delpowye (per dictum Alex. occupatas), in dominio de Dunkelden, vic. Perth:—REDDEND. dicto episc. 4 lib. firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando dict. summas in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tres curias capitales baronie Dunkelden., et ad alias curias dicti episc. cum premoniti essent; et essent dicto episc. fideles et obedientes; et si deficerent in solutione per tres terminos concurrentes, caderent a jure:—cum precepto sasine directo Andree Abircrumbie de Urquhard, et Tho. Abircrumbie juniori:—TEST. Alex. Abircrumbie apparente de eodem, Edw. Pattoun, And. et Jo. Pattonis filiis dicti episc., Jac. Quheit servitore dicti Alex. senioris, Tho. Young notario:—Apud Cowdoun, 1 Oct. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 565.

2720. Apud Halierudehous, 26 Sept.
REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro magna pecunie summa pro relevamine suo ad manus creditorum

persoluta, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt JOANNI YOUNG in Kynmynnetie—terras de Ovir Kynnenneteis, in baronia sua de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—TENEND. dicto Jo. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. quibuscunque, de dicto monast.; cum communi pastura ad Torrislesche, Kingis-carne et Auldmoir:—REDDEND. 5 lib. 6 sol. 8 den. firme antique, 6 sol. 8 den. pro qualibet 2 bollarum farine avenatice custumalis, 3 sol. 4 den. pro qualibet 2 bollarum avenarum custumalium, 5 sol. pro quolibet 2 arietum, 6 den. pro quolibet 8 caponum, 4 den. pro quolibet 16 pultrearum, 10 den. pro quolibet 2 anserum, 11 sol. *in lie ryn-mart-silver*, 20 sol. pro ariagiis, cariagiis et aliis servitiis debitis et consuet., necnon 6 sol. 8 den. in augmentationem rentalis, in toto 9 lib. 5 sol. 4 den.; cum duplicatione feudifirme in introitu heredum; ac tres sectas ad tria placita capitalia apud *lie* Grange de Strathilay, ac personalem presentiam per ipsos, tenentes et occupatores dictarum terrarum, in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis; et si in solutione deficerent per tres annos concurrentes usque ad quartum terminum (dummodo legitime requisiti essent), hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik:—TEST. Alexandro Banerman de Waltertoun, D. Joanne Andersoun canonico Orchaden., Jo. Reid de Aikinheid:—Apud monast. de Kinlos, 31 Oct. 1559]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 566.

2721. Apud Halyrudhous, 26 Sept.

REX &c., confirmavit cartam factam per Valt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro 100 marc. pro relevamine suo ad manus creditorum persolutis, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt JOANNI LANGMURE in Ruchcunt, et MARGARETE MOIR ejus sponse,—2 bovatas terrarum de Nethermylne, cum brasina et crofta ejusdem (per Jo. Persoun occupatas), in baronia sua de Strathlay, regalitate de Kinlos, vic. Banff:—TENEND. dictis Jo. L. et Marg. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Jo. L. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. annuatim 4 lib. 10 sol., 18 den. pro 3 caponibus, 12 den. pro 3 pultreis, 5 den. pro ½ ansere, 2 sol. pro 2 longis careagiis, 2 sol. 6 den. pro ceteris areagiis et careagiis et servitiis debitis et consuetis, necnon 12 den. in augmentationem rentalis, in toto 4 libras 18 sol. 5 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum et assignatorum; necnon solvendo molendino nuncupato Nethir-mylne astrictas multuras debitas et consuet.; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Grange de Straythlay, ac presentiam in itinere justiciario dicte regalitatis; et serviendo dictis abbati &c., et eorum ballivis, in guerris et servitiis regiis, servitiis personalibus:—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik, et Willelmo Ruddache portionario de Myllegin:—TEST. Adamo Dundas de Knok, Tho. D. ejus fratre, Jo. Paradyse, servis dicti abbatis, Davide Forsyth in Myllegin, Geo. Murray ibidem, Wil. Ruddach ibidem, Jo. Duncane in Kinlos:—Apud Edinburgh, 2 et 10 Jun. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 626.

2722. Apud Halierudehous, 26 Sept.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walterum abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro benemeritis, et pro magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ROBERTO LANGMURE in Balnamane, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 bovatas terrarum de Balnamane (per dictum Robertum occupatas), extendentes in rentali suo in omnibus proficuis ad 4 lib. 11 sol. 1 den., in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—REDDEND. annuatim dicto monast. 4 lib. 13 sol. 4 den., 40 den. pro 2 firlotis farine custumalis, 20 den. pro 2 firl. avene custumalis, 30 den. pro ½ vervece *lie wedder*, 5 den. pro ½ ansere, 18 den. pro 3 caponibus, 12 den. pro 3 pultreis, 33 den. pro *rin-mart-silver*, 5 sol. pro servitiis solitis, 4 sol. pro 4 cariagiis inter Strathilay et Kinlos, et 20 den. in augmentationem rentalis, in toto 5 lib. 17 sol. 2

den.; necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Grange de Strathilay, ac personalem presentiam in itinere justiciario dicti monast. cum requisiti essent; necnon duplicando feodifirmam in introitu heredum vel assignatorum; et parendo dictis abbati &c., tam tempore pacis quam guerre, tam dicti monast. quam regni defensioni:—PROVISO quod tenentes dict. terrarum molerent sua grana apud molendinum de Myllegin, solvendo multuras debit. et consuet.:—cum precepto sasine directo Willelmo Ruddach:—TEST. Adamo Dundas de Knok, Thoma Innes de Pethnik, Arch. Innes, M. Petro Galbraith, Jo. Moir de Cantullie, M. Jo. Forsyth de Wyndehillis:—Apud Abirdene et Kinlos, 3 et 13 Jul. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 631.

2723. Apud Halierudehous, 26 Sept. REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro benemeritis, et magnis pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ANDREE LANGMURE in Eister Crannoche, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 bovatas terrarum de Eister Crannache (per dictum And. occupatas), extenden. in rentali suo in omnibus proficuis ad 4 libras 11 sol. 1 den., in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—REDDEND. dicto monast. 3 lib. 10 sol. firme antique, 6 sol. 8 den. pro 1 bolla farine custumatice, 15 den. pro 1½ anseribus, 2 sol. pro 4 caponibus custumalibus, 2 sol. 8 den. pro 8 pultreis, 5 sol. pro servitiis, et 20 den. in augmentationem rentalis, et 4 sol. pro 4 cariagiis inter Kinlos et Strathilay, in toto 4 lib. 13 sol. 3 den.; necnon tres sectas &c. (*ut in carta* 2722):—PROVISO et cum precepto sasine *ut in carta* 2722:—TEST. Adamo Dundas de Knok, Tho. Innes de Pethnik, Arch. Innes ejus fratre, M. Petro Galbreth, Joanne Moir de Cantullie, M. Jo. Forsyth de Windehillis, Jo. Chaip de Crannache:—Apud Abirdene et Kinlos, 3 et 13 Jul. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 633.

2724. Apud Halierudehous, 28 Sept. REX &c., concessit JOANNI MURRAY, filio et apparenti heredi Willelmi M. de Tullibardin equitis et a computis regiis rotulatoris primarii,—terras de Trewin, cum manerie, domibus, edificiis, hortis, pomeriis, silvis, piscariis, terras de Lochlane cum piscariis, terras de Marhauch, terras de Dalreoch, dimedietatem de Kintochir et Balgou(r)e, terras de Quhitrig, Cowlisknow et Fallandhill, cum silvis, piscariis, maneriebus, domibus, edificiis, hortis, pomeriis, in senesc. de Stratherne, vic. Perth;—in quibus Katherina Drummond, filia legitima Davidis dom. D., infeodata fuit (viz. Trewin, Lochlane et Marhauch pro principalibus terris, ceteris in speciale warrantum); et quas dicta Katherina, cum consensu dicti Dav. olim dom. Drummond patris sui, et Lilie domine D. matris sue (qui ei tunc erant legitimi tutores et curatores), resignavit:—TENEND. dicto Jo. et ejus heredibus tallie in carta per Jac. V. regem olim D. Willelmo M. de T. equiti A.D. 1542 facta contentis:—REDDEND. pro Trewin et Lochlane firmas et devoria feudifirme, pro ceteris jura et servitia, debit. et consuet.:—RESERVATO dicte Kath. libero tenemento de Trewin, Lochlane-Westir et Marhauch cum pertinen.:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 577.

2725. Apud Halierudehous, 30 Sept. REX &c., confirmavit cartam Patricii archiepiscopi S. Andree,—[qua,—cum consensu capituli S. Andree,—pro magna summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit DAVIDI AVERIE in Craigfudie, et AGNETI TRAILL ejus sponse,—quartam partem terrarum et ville de Craigfudy (cujus dimedium per Davidem Kynneir seniorem, alterum dimed. per dictum Dav. A., occupata sunt), in dominio et regalitate S. Andree, vic. Fyff:—TENEND. dictis Dav. A. et Ag. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibusque inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Dav. A. legitimis et propinquioribus sive assignatis quibuscunque:—REDDEND. &c. (*ut in carta* 2704):—PROVISO etiam quod liceret Agneti Levingstoun filie legitime dicte Ag. Traill, cum ad annos nubiles perveniret, heredibusve ejus dictas terras redimere per solutionem 800 marc.,

servatis clausulis in reversione per dictos Dav. et Ag. T. dicte Ag. L. conficienda; non obstante quod dicta Ag. L. tunc nec per se nec per alium cum reliquis dict. terrarum tenentibus habilis fuit ad compositionem prestandam, sed quod oportuit ipsum Dav. eam ex propriis bonis in dicte Ag. L. relevamen prestare:—cum precepto sasine:—TEST. Jacobo Arthour, Waltero Cokburne, Adamo Mathesoun:—Apud S. Andream, 13 Sept. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 556.

2726. Apud Halierudehous, 30 Sept.

REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro 200 marcis pro relevamine suo ad manus creditorum persolutis, ac pro aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt JOANNI LANGMURE juniori in Echeris, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 bovatas terrarum de Nethirtoun de Echeris, cum communi pastura in locis solitis (viz. 2 bovatas per dictum Jo., 2 bov. per Eliz. Forsyth ejus matrem occupatas), in baronia de Strathilay, regalitate de Kinlos, vic. Banf:—REDDEND. annuatim dicto monast. 4 marc., 2 sol. 9 den. in *lie ryn-mart-silver*, 1 *custum wedder* (vel 5 sol.), 6 capones (vel 3 sol.), 6 pultreas (vel 2 sol.), 1 anserem custumalem (vel 10 den.), 1 bollam farine avenatice (vel 6 sol. 8 den.), 1 bol. avenarum (vel 3 sol. 4 den.), 4 longas cariagias (vel 4 sol.), unam sarcinam straminum dict. *custum stray* (vel 4 den.), cum ariagiis, cariagiis et aliis servitiis debit. et consuet. (vel 5 sol.), 2 sol. 4 den. pro annua gressuma, molendino de Nethir-myln astrictas multuras debitas et consuet., necnon 3 sol. 4 den. in augmentationem rentalis, in toto 4 lib. 12 sol. 3 den.; necnon duplicando dictas 4 marcas in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud Grange de Strathilay, ac personalem presentiam in itinere dicte regalitatis; ac serviendo dictis abbati &c., aut eorum ballivis, in guerris et servitiis regiis, servitiis personalibus:—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik et Joanni Cruikschank in Echres:—TEST. Jo. Reid de Aikinheid, Jo. Paradys, Adamo Blakcater, Pat. Duncane, Davide Reid, Aud. Johnesone in Kinlos, Wil. Makky ibidem, Georgio Hatmakker, Jo. Duncane:—Apud Edinburgh et Kinlos, 2 et 10 Jun. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 597.

2727. Apud Dalkeith, 7 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Jacobi archiepiscopi Glasguen.,—[qua, pro pecuniarum summis ad reparationem ecclesie sue metropolitane et sustentationem sedis episcopalis persolutis,—cum consensu canonicorum, decani seu presidentis, et capituli Glasguen.,—ad feudifirmam dimisit JACOBO COMITI DE MORTOUN dom. de Dalkeith, regenti Scotie, heredibus ejus masc. et tallie in ejus nova infeodatione comitatus de Mortoun contentis, et assignatis,—terras et baroniam de Stobo cum earum molendino, terras de Draway, terras et baroniam de Eddilstoun (vocat. *lie* Quhyt-barony), viz. terras de Northscheill, Skitrig, Bordland, Adamesland, molendinum de Eddilstoun, vic. Peblis:—REDDEND. dicto archiepiscopo pro Stobo et Draway 43 bollas ordei, 14 duodenas et 4 *lie kane-foulis*, 122 lib. 11 sol. 4 den., pro baronia de Edlistoun 12 bol. ordei, 7 duodenas pultrearum, 26 lib. 16 sol. (vel pro qualibet bolla 10 sol., pro qualibet pultrea 6 den.), tanquam firmas antiquas, et 14 sol. 8 den. augmentationis, in toto 184 lib.; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Joanni Makmorhaine:—Apud ecclesiam metropolitanam Glasguen., 31 et 30 Maii 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 570.

2728. Apud Halierudehous, 8 Oct.

REX &c., confirmavit cartam Joannis Butter de Gormok,—[qua,—pro perimpletione contractus inter se et Pat. B. filium suum secundogenitum ab una, et Davidem Rossy de eodem pro ipso et Issobella R. ejus filia ab altera partibus, initi apud Dundie, 11 Sept. 1577 (*sic*), et in libris concilii registrati,—vendidit dicto PATRICIO BUTTER—terras de Calleis orientales et occidentales, vic. Perth:—TENEND. dicto Pat. et heredibus masc. ejus de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, dicto Jo. et heredibus suis masc. et succes-

soribus ad domum de Gormok reversuras, de rege:—cum precepto sasine directo Joanni Reid in Calleis:—RESERVATO libero tenemento dicto Jo. B. :—TEST. And. Blair de Ardblair, Tho. B. ejus fratre, Jo. Blair servo dicti Jo. Butter:—Apud Edinburgh, 21 Maii 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 594.

2729. Apud Halierudehous, 13 Oct.
REX &c., concessit GEORGIO. HUME de Gammilschelis, heredibus ejus et assignatis,—4 sextas partes terrarum de Gammilschelis, cum molendino, terris molendinariis, horreo et ustrina dicto molendino contiguis, in constab. de Hadingtoun, vic. Edinburgh;—quarum Agnes, Mariota, Jeanna et Issobella Forrester, quatuor sex filiarum et heredum quondam Joannis F. de Gammilschelis, cum consensu Thome Reidpeth curatoris dicte Issobelle pro ejus interesse, suam quelibet partem resignaverunt in favorem dicti Geo. :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 612.

2730. Apud Dalkeith, 14 Oct.
REX &c., dedit literas legitimationis WILLELMO DAVIDSOUN bastardo, filio naturali Jacobi D. burgen. de Abirdene. xxxiv. 581.

2731. Apud Halierudehous, 28 Oct.
REX &c., confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro ingentibus pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt MICHAELI BALFOUR feodatario de Monquhanie, et MARIOTE ADAMESOUN ejus sponse,—24 bovatas terrarum de Nethirtoun de Auchinhuiffis, cum *lie* Ailhouscroft earundem (viz. 6 bovatas et Ailhouscroft per Jacobum Innes, 2 bov. per Eufamiam Pettindreich, 2 bov. per Wil. Wat, 3 bov. per Joannem Gray, 1 bov. per dictam Eufamiam, 2 bov. per And. Tailyeour, 4 bov. per Wil. Tailyeour, 2 bov. per Willelmum Toscheoch, 2 bov. per dict. commendatarium et antea per quondam And. Toscheoch occupatas), 8 bovatas in *lie* Overtoun de Auchinhuiffis (viz. 4 bov. per Tho. Murray, 2 bov. per Wil. Smyth, 2 bov. per And. Donald occupat.), 8 bovatas terrarum de Birreleis (viz. 6 bov. per Lancelotam Reidfurde, 2 bov. per Joannem Runcheman occupat.), cum silvis earundem, in regalitate et baronia sua de Strathilay, vic. Banff:—TENEND. dictis Mich. et Mar. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legitimis et propinquioribus heredibus dicti Mich. quibuscunque, et assignatis, de dicto monast.; cum communi pastura in terris de *lie* Grenis de Kinbaddie, Balnamane et Ardmoir consueta:—REDDEND. annuatim 25 libras, 5 bollas farine avenatice (vel 10 solidos pro qualibet bolla), 5 bol. avenarum (vel 5 sol. pro bolla), 10 anseres (vel 10 den. pro quolibet), 20 capones (vel 8 den. pro quolibet), 40 pultrias (vel 4 den. pro qualibet), 40 longas carreagias (vel 18 den. pro qualibet), cum servitiis consuetis, et 20 sol. in augmentationem rentalis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Alexandro Innes:—Apud dictum monast. et Edinburgh, 20 et 30 Jun. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxiv. 593.

2732. Apud Halierudehous, 30 Oct.
2986. Apud Castrum de Striviling, 20 Mar. REX confirmavit cartam Joannis Achesoun burgen. de Edinburgh, filii et heredis quondam Joannis A. burgen. dicti burgi,—[qua, cum consensu Agnetis Masoun sponse sue, domine conjuncte infeodationis summe subscript.,—pro perimpletione contractus initi inter se ab una, et Geo. Barroun filium et heredem quond. Helene Leslie de Kynnaird (cum consensu Jacobi Adamesoun burgen. de Edinburgh ejus tutoris dativi pro ejus interesse), et Jac. Guthrie et Jo. Johnnestoun burgen. dicti burgi tanquam cautionarios dicti Geo., ab altera partibus,—vendidit dicto GEORGIO BARROUN, heredibus ejus et assignatis,—summam 19 lib. 10 sol. 7 den. annuatim de feudifirmis terrarum de Hiltoun-Malare, in baronia de Forgundany, vic. Perth:—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Jacobo Guthrie burgen. de Edinburgh:—TEST. Roberto Quintene, Geo. Reidpeth, burgensibus de Edinburgh, Jacobo Barroun, Jac. Hepburne servitore Jacobi Adamesoun:—Apud Edinburgh, 21 Maii 1579]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 253.

2987. Apud Castrum de Striviling, 20 Mar. REX confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, et ejusdem conventum, —[qua, pro pecuniarum summis in reparationem palatii monasterii sui persolutis, concesserunt JACOBO SPENS filio et apparenti heredi Hieronimi S. de Alves, heredibus ejus et assignatis masc. quibuscunque,—duas octavas partes ville et terrarum de Coutfauld, cum domibus, edificiis, hortis (aliquando per Davidem Mill et Jo. Mill occupat.), in baronia et regalitate de Kinlos, vic. Elgin et Fores;—quas Jo. Reid de Aikinheid, per procuratorem et literas patentes sigillatas apud Bonymone, 14 Apr. 1573, ad remanentiam resignavit: —REDDEND. dicto monast. 3 bollas farine, 5 bol. ordei, 4 bol. frumenti, 2 bol. avenarum equorum, 9 capones, 9 pultrias, 4 anseres, 40 sol. firme pecuniarie, 12 sol. de *lie rynmairt-silver* (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla farine et ordei, 10 sol. pro bolla frumenti, 3 sol. 4 den. pro bolla avenarum, 10 den. pro ansere, 8 den. pro capone, 4 den. pro pultria), et 8 sol. 3 den. pro areagiis et careagiis et aliis debitis servitiis, et 4 sol. 6 den. in augmentationem rentalis, in toto 8 libras 17 sol. 1 den. feudifirme; et heredes et assignati duplicando dictam summam in introitu cujuslibet heredis; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud dictum monast., et personalem presentiam per ipsos et habitatores dict. terrarum in quolibet itinere justiciario dicte regalitatis:—cum precepto sasine directo Thome Young burgen. de Elgin:—TEST. Geo. Collece, Jac. Ramsay, Geo. Alexander, Rob. Colles:—Apud Bonymone et Kinlos, 14 et 20 Apr. 1574]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 255.

2988. Apud Castrum de Striviling, 20 Mar. REX confirmavit cartam factam per Walt.

abbatem de Kinlos, et conventum ejusdem, —[qua, pro pecuniarum summis pro reparatione palatii monasterii sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt NINIANO SPENS servitori suo, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Newlandis de Kinlos (viz. *fra the eist pairt of the croft callit Dempstarisland, and fra hynd ascendand west to the landis of Colliskrukis presentlie occupyit be Gilbert Braidwod, and discendand to the Neddir Waird dyk of Kinlos abone the said abbay, quhill it cum to the Damwoid, and ascendand thairfra to the foirsaid croft callit Dempstarislandis at the eist*), in baronia de Kinlos, vic. Elgin et Fores :—REDDEND. dicto monast. 10 sol. firme antique, et 3 sol. 4 den. augmentationis ; et dando presentiam ad tres curias capitales apud dictum monast. ; et si duo termini currerent in tertium solutione minime facta (dummodo requisiti essent), hec carta esset nulla :—cum precepto sasine directo Joanni Dawsoun in Hempriggis :—TEST. Adamo Dundas, Rob. Bruce, Jacobo Bruce, Jo. Paradice de Muretoun :—Apud dictum monast., 12 Apr. 1570] :—NECNON aliam cartam dictorum Walt. &c.,—[qua, pro pecuniarum summis &c. (*ut supra*), concesserunt dicto Niniano Spens, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—3 acras terrarum de Kinlos vocatas Dynneisaikeris, cum 2 acris vocatis Newlandheid (*viz. the saidis 3 aikeris contigue lyand at the eist syde of the Ailhous-tak of Inchedemmy, and thairfra ascendand to the north wnto the Waird of Kinlos, and fra the said Waird linialie passand to the Newlandis at the eist, and ascendand thairfra west to the landis of Colleis-cruikis ; and the foirsaidis 2 aikeris contigue lyand at the south-west pairt of the Newlandis foirsaidis*), per Rob. Bruce occupatas, in baronia et regalitate de Kinlos, vic. Elgin et Fores ;—quas dictus Rob. Bruce in favorem dicti Nin. resignavit :—TENEND. de dicto monast. in feudifirma :—REDDEND. annuatim 5 bollas victualium (vel 6 sol. 8 den. pro qualibet bolla), et 20 den. augmentationis ; et duplicando feudifirmam in introitu heredum ; ac prestando presentiam ad tres curias capitales apud dictum monast. :—cum precepto sasine directo Roberto Colles :—TEST. Jo. Paradyce, Wil. Dowglas, Andrea Symsoun, Alex. Barde vicario de Alter :—Apud Kinlos, 20 Feb. 1575] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 256.

2989. Apud Castrum de Striviling, 21 Mar. REX confirmavit cartam factam per Jac. episc. Dunkelden., et capitulum ejusdem,—[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt et quitteclamaverunt JACOBO MONCUR de eodem, heredibus ejus et assignatis,—terras ecclesiasticas de Kirkhill de Migle, in baronia de Dunkelden, vic. Perth :—REDDEND. annuatim dicto episc. 8 libras, et 13 sol. 4 den. augmentationis, celdram hordei mundati, 24 capones, unum aprum valoris 26 sol. 8 den. ; et communem sectam ad curias capitales dicte baronie cum premoniti essent ; cum duplicatione feudi in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Joanni Fyff :—TEST. Jo. Scrymgeour apparente de Glaswall, And. Moncur apparente de eodem, And. Moncur portionario de Balmaw, Pat. Moncur apparente de Chapeltoun, Petro Moncur in Knop, Jo. Pattoun filio dicti episc. : —Apud Coudon et Dunkelden, 2 Jun. et . . . . 1579] :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 204.

2990. Apud Palatium de Halierudehous, 23 Mar.

REX concessit WILLELMO ERSKIN rectori de Campsie, et MICHAELI ELPHINGSTOUN fratri germano domini Elphingstoun, et eorum heredibus, equaliter, —terras de Kyttymure, vic. Lanerk ;—que regi devenerunt ob forisfacturam Gavini Hammiltoun olim de Roploch :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 170.

2991. Apud Castrum de Striviling, 23 Mar. REX dedit literas legitimationis JACOBO WALKER bastardo, filio naturali quondam Alexandri W. in Dunbennane. xxxv. 197.

2992. Apud Castrum de Striviling, 23 Mar. REX confirmavit cartam Joannis Reid de Aickinheid,—[qua vendidit ANDREE MELDRUM de Darley, et KATHERINE GORDOUN ejus sponse,—villam et terras de Dumbraik, viz. terras dominicales de

Dumbrek, *Newset*, *Outset*, *lie Ailhous*, Ailhouscroftis, molendinum de D., terras molendinarias et multuras earundem, turrim et fortalicium de D. cum hortis et pomeriis, vic. Abirdene :—TENEND. dictis Andree et Kath. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. et assignatis dicti And. quibuscunque, de rege :—cum precepto sasine directo Joanni Meldrum de Tullicarne:—TEST. M. Edw. Bruce rectore de Tarrie, M. Jo. Russell doctore utriusque juris, Jacobo Reid fratre germano dicti Jo. Reid, Davide Lawtie scriba, Jac. Borthuik notario :—Apud Edinburgh, 2 Apr. 1577]: —INSUPER dict. terras dictis And. &c. de novo dedit:—TEST. 22. 25. 23. 14. 26. 19. 27. 24. xxxv. 199.

2993. Apud Striviling, 23 Mar.
REX cum avisamento secreti concilii, dedit literas legitimationis ARCHIBALDO HAIR bastardo, filio naturali quondam Thome H. in Guffokland in baronia de Sanquhair, tunc servitori M. Roberti Creichtoun de Eliok advocati regis. xxxv. 517.

2994. Apud Castrum de Striviling, 24 Mar.
REX confirmavit cartam M. Joannis Hammiltoun, succentoris Glasguen. et de Durisdeir prebendarii (sive rectoris),—[qua,—cum consensu Jacobi archiepisc. Glasguen., patroni dicte prebende, ac decani et capituli Glasguen.,—pro summa pecunie persoluta in reparationem mansi succentorie sue (infra civitatem Glasguen. ad partem borealem ecclesie ejusdem situate) in adventu suo ruinosi, ad feudifirmam dimisit PETRO BROUNE, incole, laboratori et tenando terrarum subscript., heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—quartam partem terrarum suarum ecclesiasticarum ville de Durisdeir jacen. in *lie ryndaill*, cum toftis, domibus, ortis (occupat. per quond. Petrum B. patrem dicti Pet.), in baronia de Durisdeir, vic. Nith :—RESERVATIS dicto prebendario 3 rodis dicte quarte partis, pro quarta parte glebe sibi et successoribus suis reservande (que gleba debuit continere 3 acras in toto contigue jacentes infra croftas dict. terrarum ecclesiasticarum in uno loco aggerato *lie dykit about* juxta antiquum mansum de D., absque lesione domorum et toftarum et hortorum tenandorum suorum ville de D.), necnon $1\frac{1}{4}$ *lie gers sowmes* de dicta quarta parte; necnon Jonete Meinzeis, matri dicti Petri, dimedietate dicte quarte partis pro ejus vita, ipsa solvente devoria debita et permanente in viduitate, juxta ultimam voluntatem dicti quond. Petri ejus sponsi :—REDDEND. dicto rectori 33 sol. 4 den. firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis, cum servitiis consuetis, viz. ad supportand. dictum rectorem in collectione decimarum garbalium et fructuum rectorie et vicarie dicte ecclesie, et ad equitandum cum eodem in eundo ad dictam villam de Durisdeir et redeundo ab eadem, et alibi in ejus licitis et honestis negotiis pertractandis ; et quod essent adeo humiles, obedientes et amicabiles dicto rectori in dictis servitiis sicut ipse Pet. et ejus pater et laboratores dicte quarte partis antea fuerant; ac prestando personalem presentiam ad curias apud dictam villam ; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum ; et si duo termini currerent in tertium solutione minime facta, sive in aliquo premissorum deficerent, hec locatio nullius esset roboris :—cum precepto sasine directo Roberto Meinzeis de Auchinsell :—TEST. M. Roberto Creichtoun canonico Glasguen., D. Jo. Colvill curato de Cathcart, D. Thoma Knox notario publico :—Apud civitatem Glasguen., 1 Jun. 1560] :—PROVISO quod hec confirmatio non prejudicaret manso et 4 acris terrarum ministro apud dict. ecclesiam reservandis :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 212.

ANNO DOMINI 1580. ANNO REGNI 13.

2995. Apud Castrum de Striviling, 2 Apr.
REX confirmavit cartam M. Willelmi (Gordoun), thesaurarii Cathanen.,—[qua,—cum consensu Roberti Cathanensis episcopi sive electi confirmati, decanique et canonicorum ejusdem,—pro pecuniarum summis et aliis gratitudinibus sibi prestitis, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO MUR-

RAY, filio et apparenti heredi Augusii M. de Pronsie,—terras nuncupat. *the Thesaurarisfeild* (inter villam et terras de Petgrody vocat. *the Chancellaris-feild* ad occidentem, terras de Balnaknok vocat. *the Archedenisfeild* ad orientem, torrentem de Dornoch vocat. *the Chantoures-feild* ad austrum, communem marresiam ad boream), in baronia de Skebo et Dornoch, vic. Inverues:—TENEND. dicto Alex. et heredibus masc. ejus de corpore legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus masc. dicti Alex. quibuscunque cognomen de Murray gerentibus, de dicto thesaurario:—REDDEND. 5 marc. firme antique, 3 sol. 4 den. augmentationis; ac duplicando feudifirmam in introitu heredum; et si únus terminus in alium caderet solutione minime facta, hec infeodatio caderet in commissum; et si duo termini currerent in tertium, feudifirma duplicaretur:—cum precepto sasine directo Joanni Gray de Swardill, Alexandro Rathraye burgen. de Do(r)noch, et Thome Murray ballivo ejusdem:—TEST. Dominis Jo. Turnbull, Jacobo Ferne, Ferquhardo Leslie, Rob. Bonal, capellanis ecclesiæ de Dornoch:—Apud dict. ecclesiam, 18 Maii 1561]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 185.

2996. Apud Castrum de Striviling, 4 Apr. REX confirmavit cartam Roberti Innes de Invermarkie,—[qua, pro perimpletione contractus initi apud Abirdene, 15 Jan. 1579, vendidit WILLELMO HAY de Dalgatie, heredibus ejus masc. cognomen et arma de Hay gerentibus, et assignatis,—terras et baroniam de Ardgrane, Caldwallis et Pettachie, cum molendino granorum earundem, terris molendinariis, astrictis multuris, tenentibus &c., vic. Abirdene:—TENEND. de rege:—cum clausula warrantizationis, excepta conjuncta infeodatione seu vitali redditu Greselle Auchinlek:—cum precepto sasine directo Willelmo Mertyne:—TEST. Jo. Leslie de Balquhan, Jo. Hay de Lochloy, M. Rob. Lummisdane de Clowyth, Waltero Barclay de Kynnarrachie, Roberto Innes de Kynkell, Alex. Watsoun in Turreff, M. Gilb. Ros, notariis publicis:—Apud Abirdene, 18 Feb. 1579]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 193.

2997. Apud Striviling, 8 Apr. REX confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kynlos, et ejusdem conventum,—[qua, pro pecuniarum summis in reparationem monasterii sui persolutis, ad feudifirmam dimiserunt ALEXÁNDRO ARDBEKYE in Glengarok, heredibus ejus et assignatis,—terras de Glengarok, in baronia sua de Strathylay, regalitate de Kynlos, vic. Bauff:—REDDEND. dicto monast. 20 marcas firme antique, et 6 sol. 8 den. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; ac prestando tres sectas ad tria placita capitalia dicte baronie:—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik, et Jacobo Ogilvie in Mekle Drumnakeith:—Apud dictum monast., 30 Aug. 1565]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 155.

2998. Apud Castrum de Striviling, 10 Apr. REX concessit WILLELMO BOSWELL de Petyocher, in vitali redditu, et WILLELMO BOSWELL ejus filio secundogenito inter eum et quondam Jonetam Kirkcaldie ejus sponsam legitime procreato, heredibus ejus et assignatis, hereditarie,—4 acras terrarum arabilium, extenden. ad 15 particatas *lie ruiddis*, ex parte boreali burgi de Kingorne infra territorium ejusdem, vic. Fyff (inter terras Wil. Boswell de Craigsyde ex orientali et occidentali, communitatem dicti burgi ex australi et boreali);—que regi devenerunt ob forisfacturam quondam D. Willelmi Kirkcaldi olim de Grange militis:—TENEND. in libero burgagio:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 158.

2999. Apud Castrum de Striviling, 10 Apr. REX concessit servitori suo M. JOANNI COLVILE supplicationum magistro, heredibus ejus et assignatis,—5 librat. terrarum antiqui extentus de Narstoun, in baronia de Kilbryde, vic. Lanerk;—que regi devenerunt ob forisfacturam Roberti Hammiltoun olim de Dalserf:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 172.

3000. Apud Castrum de Striveling, 10 Apr. REX dedit literas legitimationis JOANNI, ROBERTO, ALEXANDRO et WAL-

TERO INNESIS, bastardis, filiis naturalibus quondam Jacobi Innes de Jakstoun. xxxv. 231.

3001. Apud Striviling, 10 Apr.
REX concessit familiari servitori suo DAVIDI MURRAY, uni scypharioruni suorum, heredibus ejus et assignatis,—terras et baroniam de Collennowyis, viz. villas et terras de Holtoun, Nethirtoun, Middiltoun, Planis, Caschedewglie, Gowlokmure, Glendy-mylne et Blairhill, cum molendinis, multuris, terris molendinariis, tenentibus &c., vic. Perth;—que regi devenerunt ob forisfacturam Gavini Hammiltoun olim de Ropploch, vel ob actum parliamenti de prolibus personarum pro murthuris patris regis et duorum regentium forisfactarum:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 337.

3002. Apud Striviling, 20 Apr.
REX dedit literas legitimationis DAVIDI HAMMILTOUN bastardo, filio naturali quondam Joannis archiepisc. S. Andree. xxxvi. 594.

3003. Apud Castrum de Striviling, 21 Apr.
REX concessit JACOBO CARRUTHERIS burgensi de Cupro, heredibus ejus et assignatis,—tertiam partem terrarum nuncupat. *the Portarland* prope burgum de Cupro, extenden. ad 2 acras terrarum arabilium, viz. ½ acram per Rob. Pryde occupatam (inter terras de Pettincreif per Jo. Baxter occupatas, et terras occupat. per Davidem Barclay), ½ acram per Davidem Wrycht occupat. (inter viam regiam et terras per Jo. Baxter possessas), ½ acram per Tho. Balcomy occupat. (inter terras heredum Jo. Luklaw et terras per Tho. Flescheour et ceteros possessores occupat.), 1 acram per Jo. Lindesay occupat. (inter terras Davidis Barclay et ejus sponse, et terras per dict. Rob. Pryde occupat.), necnon de ½ acra in *lie* Hauch prope fullonum molendina burgi de Cupro, et de 1 acra nuncupat. *the Kellylandis* prope dict. burgum per Jo. Lindesay occupat. (jacen. in *lie rinrig*, inter terras Davidis Lukław et Davidis Baxster), vic. Fyff;—quas Alex. Carrutheris frater germanus dicti Jacobi resignavit:—SOLVEND. unum den. argenti nomine albe firme:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 161.

3004. Apud Castrum de Striviling, 28 Apr.
REX concessit JACOBO JOHNESTOUN, filio et heredi apparenti Joannis J. de eodem guardiani occidentalium marchiarum, pro ejus vita,—abbatiam de Haliewod, monasterium, locum monasterialem, terras, ecclesias, decimas, proventus, silvas, piscarias et alia ejus proficua quecunque;—vacan. per decessum Thome Campbell:—cum precepto sasine. xxxv. 169.

3005. Apud Castrum de Striviling, 29 Apr.
REX dedit literas legitimationis ROBERTO DONALDSOUN, filio naturali Joannis D. burgensis de Striviling. xxxv. 165.

3006. Apud Striviling, 29 Apr.
REX confirmavit cartam Davidis Neisbit de Dalzell,—[qua, pro perimpletione contractus initi inter se ab una, et Rob. N. filium suum et heredem apparentem, et Rob. Dalzell de eodem, Gavinum Hammiltoun de Raploch et M. Jac. Hammiltoun de Neillisland ejus cautionarios, ab altera partibus, de data apud Edinburgh, 15 Jun. 1574,—concessit dicto ROBERTO NEISBIT, heredibus ejus et assignatis, juxta tenorem antiqui sui infeofamenti,—terras dimedietatis baronie de Dalzell tam proprietatem quam tenandriam earundem, cum mansione, domibus, hortis, molendinis, multuris, silvis, tenentibus &c., in baronia de Dalzell, vic. Lanerk:—TENEND. de rege:—REDDEND. jura et servitia debit. et consuet.:—RESERVATIS dicto Dav. libero tenemento (exceptis *lie* Nethir-Manis in Dalzell Brumsyd nuncupatis, 2 marcatis in Brumlandis per Pat. Layng et Jonetam Hetoun relictam Roberti Davidsoun occupatis, et marcata in Hoill per Adamum Hetoun occupata); et conjugi future dicti Dav. 20 lib. de firmis dict. terrarum post decessum suum:—cum precepto sasine directo Thome Neisbit in Flemyngtoun, fratri dicti Davidis:—TEST. Phil. Neisbit fratre germano dicti Dav., Wil. Somerwell fratre germano Joannis S. de Cambusnathane, Joanne Hammiltoun de Brumhill, Jac. Neisbit burgen. de Edinburgh, Davide Pumphra in Parkheid:—

Apud Edinburgh, 15 Jun. 1574]:—Test. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 166.

3007. Apud Castrum de Striviling, 2 Maii. REX confirmavit (1) cartam factam per Walt. abbatem de Kinlos, cum consensu conventus ejusdem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimisit ALEXANDRO ABERNETHIE in Auchincloch, et MARGARETE KEYTH ejus sponse,—terras de Ovirsett de Nethir Kilmanedie, in baronia sua de Straithilay, vic. Banff:—Tenend. dictis Alex. et Marg. in conjuncta infeodatione et eorum alteri diutius viventi, et heredibus inter eos procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alexandri quibuscunque, de dicto monast.:—Reddend. 40 sol. firme antique, et 3 sol. 8 den. augmentationis, 5 sol. 6 den. *lie ryn-mart-silver*, bollam farine (vel 8 sol. 4 den.), 1 bol. avenarum (vel 4 sol. 2 den.), 1 arietem (vel 8 sol.), 1 anserem (vel 12 den.), 6 capones (vel 3 sol.), 6 pultrias (vel 2 sol.), 2 sol. pro 2 *lie lang careagis*, cum astrictis multuris molendino *callit the Ovir-mylne*; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud fortalicium de Straithilay; et si in solutione deficerent sic quod unus terminus in alium curreret, summam non solutam duplicarent; et si duo termini currerent in tertium, hec infeodatio nullius esset roboris:—cum precepto sasine directo Thome Ord, Georgio Ogilvie et Matheo Craig:—Test. Rob. Colles de Balnamone, Jo. Colles apparente de Balnamone, Adamo Blacater servo dicti abbatis, Alex. Lummisdaine, Wil. Fordyce, Rob. Bruce, M. Rob. Glen burgen. de Edinburgh:—Apud Aberdene et Kinlos, 9 et 30 Jul. 1569]:—(2) cartam dicti Walt. et conventus ejusdem,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt dictis Alex. Abernethie et Marg. Keith,—terras de Rouchcount alias *the Bog*, in baronia et vic. antedictis:—Tenend. dictis Alex. et Marg. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. inter eos legitime procreatis, quibus deficientibus, heredibus et assignatis dicti Alex. quibuscunque, de dicto monast.:—Reddend. 3 libras 6 sol. 8 den. firme antique, et 20 den. augmentationis; cum astrictis multuris molendino vocato *the Ovir-myll*; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud fortalicium de Straithily; et si in solutione deficerent &c. (*ut in carta* (1) *supra*):—cum precepto sasine directo Alexandro Fordyce in Ratannach:—Test. Rob. Collace de Balnamone, Jo. C. ejus filio et apparente herede, Tho. Abirnethie in Turturrie, Adamo Dundas, Wil. Fordyce in Corskellie:—Apud Balnamone et Kinlos, 14 et 21 Nov. 1569]:—(3) cartam eorundem Walt. &c.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt dictis Alex. Abernethie et Marg. Keyth,—octavam parte ville et terrarum de Fortre (per Wil. Neill occupatam), in baronia et vic. antedictis:—Tenend. *ut in carta* (2) *supra*:—Reddend. 25 sol. firme antique, 2 firlotas farine (vel 40 den.), 2 firl. avenarum (vel 20 den.), dimedietatem arietis (vel 40 den.), dimed. anseris (vel 5 den.), 3 capones (vel 18 den.), 3 pultreas (vel 9 den.), 12 den. pro *lie custume-mart-silver*, 12 den. pro uno *lie lang carreage*, 18 den. in augmentationem rentalis; cum astrictis multuris molendino vocato Ovir-mylne; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud fortalicium de Straithilay; et si in solutione deficerent &c. (*ut in carta* (1) *supra*):—cum precepto sasine directo Jacobo Cokburne:—Test. Rob. Colles de Balnamone, Jac. Melving, Adamo Blacatar, Wil. Fordyce, Tho. Abirnethie:—Apud Balnamone et Kinlos, 14 et 21 Nov. 1569]:—(4) cartam eorundem Walt. &c.,—[qua, pro summa pecunie persoluta, ad feudifirmam dimiserunt dictis Alex. Abirnethie et Marg. Keyth,—quartam partem ville et terrarum de Garrowoude (per Davidem Cruikschank occupatam), in baronia et vic. antedictis:—Tenend. *ut in carta* (2) *supra*:—Reddend. 20 sol. firme antique, 1 firlotam farine (vel 2 sol.), 1 firl. avenarum (vel 12 den.), quartam partem arietis (vel 20 den.), 4 anseres (vel 40 den.), 10 den. in augmentationem rentalis; cum astrictis multuris molendino vocato Uver-mylne; necnon duplicando feudi-

firmam in introitu heredum; necnon prestando tres sectas ad tria placita capitalia apud fortalicium de Straithilay; et si in solutione deficerent &c. (*ut in carta* (1) *supra*):—cum precepto sasine directo Jacobo Cokburne:—TEST. Rob. Colles de Balnamone, Joanne Parradyce, Adamo Blacatar, Adamo Dundas, Willelmo Fordyce, Math. Craig:—Apud Balmamone et Kinlos, 14 et 21 Nov. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 288.

3008. Apud Castrum de Striviling, 6 Maii. REX confirmavit cartam Patricii Lyoun in Dundie,—[qua vendidit THOME LYOUN de Baldowky, et Domine AGNETI GRAY domine Hume ejus sponse, eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, heredibus et assignatis dicti Tho. quibuscunque,—terras et baroniam de Melgound, viz. terras dominicales de Aldbar, cum loco, manerie, horto, pomariis, molendino, *lie cruves* et salmonum piscariis earundem super aqua de Southesk, terras de Claterbanie, dimedietatem de Banakaich, terras de Blaberhill cum molendino, terras de (Wod), Wodend, forestam de Killauchschaw cum *lie forster-sait*, terras de South-Melgound, cum communiis in moris, *mossis* et marresiis de Montrewmont, presertim pro evulsione brumarum, lucratione *lie faill*, *dovettis*, cespitum, glebarum et focalium, pastura catellorum et pecorum, lucratione lapicidiorum et molarum, cum molendinis, tenandriis &c., necnon tenandriam terrarum de Bulzeoun, in baronia de Melgound, vic. Forfar:—TENEND. de rege; cum privilegio liberarum forestarum ubi nemora forent:—REDDEND. unum den. apud capitale messuagium de Aldbar nomine albe firme:—cum precepto sasine directo Joanni Kar:—TEST. Jo. Kar, Jo. Young, Hen. Kar, Marco Young, servitoribus dicti Tho.:—Apud Glammis, 4 Apr. 1580]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 175.

3009. Apud Castrum de Striviling, 6 Maii. REX confirmavit cartam Jacobi Crawmond de Aldbar,—[qua,—cum consensu Davidis Lyoun in Bagillie et Joannis Lyoun in Rochalhill, quibus dictus Jac. est interdictus,—vendidit PATRICIO LYOUN in Dundie, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras &c. (*in carta* 3008 *contentas*):—TENEND., REDDEND., cum precepto sasine et TEST. *ut in carta* 3008:—Apud Glammis, 3 Apr. 1580]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 176.

3010. Apud Castrum de Striviling, 6 Maii. REX confirmavit cartam factam per Walt. abbatem de Kynlos, et ejusdem conventum, —[qua, pro pecuniarum summis persolutis, ad feudifirmam dimiserunt WILLELMO LANGMURE in Echeris, et ELSPETE WILSOUN ejus sponse,—dimedietatem sexte partis terrarum de Echeris, extenden. ad 2 bovatas (per [quondam] Eliz. Forsyth matrem dicti Wil. occupat.), in baronia de Straithilay, regalitate de Kinlos, vic. Bamff: —TENEND. dictis Wil. et Elsp. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, legit. et propinquioribus heredibus dicti Wil. quibuscunque, de dicto monast.:—REDDEND. 26 sol. 8 den. firme antique, 16 den. *tanquam* annuam gressumam, et 20 den. augmentationis, 2 firlotas farine avenatice (vel 40 den.), 2 firl. avenarum custumalium (vel 20 den.), dimedium vervecis (vel 30 den.), dimed. anseris (vel 5 den.), 3 capones (vel 18 den.), 3 pultrias (vel 12 den.), 1 sol. 4½ den. pro *lie rin-mart-silver*, dimed. sarcine granorum, 2 *lie careageis* inter Straithilay et Kinlos dummodo requirerentur, cum servitio debito et consueto (vel 30 den. pro dictis servitiis); cum multura &c. (*ut in carta* 2614); necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Thome Innes de Pethnik, et Patricio Neill:—TEST. Adamo Dundas de Knok, Arch. Innes portionario de Mellegin, M. Petro Galbraith, Joanne Paradeis: —Apud Edinburgh et Kinlos, 5 et 14 Jun. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 191.

3011. Apud Castrum de Striviling, 7 Maii. REX constituit JOANNEM RUTHVEN, filium legitimum Willelmi dom. Ruthven thesaurarii sui, pro ejus vita,—perpetuum commendatarium monasterii et abbatie de Scone; concedendo ei beneficium ejusdem

cum ejus terris, dominiis, baroniis, castris, turribus, fortaliciis, palatiis monasterialibus, maneriis, silvis, molendinis, piscariis, annuis redditibus, ecclesiis, decimis garbalibus, aliis decimis magnis et minutis, proficuis et devoriis quibuscunque tam spiritualitatis quam temporalitatis, cum communiis, hortis, piscariis, acclivis *lie lawis*, pittantie pecunia &c., olim conventui dicti monast. distributis, cum jure libere regalitatis dicte abbatie ab antiquo pertinen.;—vacan. per decessum Patricii episcopi Moravien. commendatarii dicti monast., vel ob forisfacturam dicti Pat.:—cum precepto sasine directo M. Jacobo Hering preposito de Methven. xxxv. 243.

3012. Apud Castrum de Striviling, 7 Maii. REX confirmavit cartam Jacobi archiepisc. Glasguen.,—[qua, cum consensibus decani et capituli Glasguen.,—pro gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimisit NINIANO ANDIRSOUN in Wodsyde, JONETE ELPHINGSTOUN, conjugibus,—dimedietatem suam 5 marcatarum terrarum de Wodsyde antiqui extentus, 1 marcat. aut. ext. in Ruchhill (quas dictus Nin. et ejus predecessores in rentali habuerunt), in regalitate et baronia de Glasgow:—TENEND. dictis Nin. et Jon. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreatis, quibus deficientibus, heredibus dicti Nin. quibuscunque, et assignatis, de dicto archiepisc.:—REDDEND. annuatim pro Wodsyde 33 sol. 4 den., 6 firlotas brasei, 6 firl. avenarum equinarum, 3 capones, pro Ruchill 10 sol. 8½ den., 3 firl. brasei, 3 firl. avenarum equinarum, 1½ capones, 2 gallinas, necnon multuras molendino de Partik consuetas, cum servitiis, areagiis, careagiis consuetis, et 12 den. in augmentationem rentalis (in toto 45 sol. ½ den. firme pecuniarie); et comparendo in curiis capitalibus dicte baronie; necnon duplicando feudifirmam pecuniariam in introitu heredum:—cum precepto sasine:—TEST. M. Rob. Fullertoun, Forgusio Kennedy, Geo. Stewart, Jo. Mathie, servitoribus dicti archiepiscopi:—Apud Glasgow, 28 Dec. 1579]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 273.

3013. Apud Castrum de Striviling, 8 Maii. REX confirmavit cartam factam per quondam Rob. abbatem[1] de Balmerinoch, et ejusdem conventum,—[qua ad feudifirmam dimiserunt HELENE BUNCHE, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—4 acras terrarum de Barnecroft (per Jacobum Dandy occupat.), in baronia de Balmerinoche, vic. Fyff:—REDDEND. annuatim dicto monast. 2 marcas monete, 8 pultrias, cum areagiis et careagiis, et 4 sol. augmentationis; ac tres sectas ad tria placita capitalia dicte baronie; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—Apud Balmerinoch, 6 Maii 1554]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 431.

3014. Apud Castrum de Striviling, 9 Maii. REX confirmavit cartam M. Thome Austeane, prebendarii (sive rectoris) de Adwie et Crondell ac canonici Moravien.,—[qua, cum consensu Georgii episcopi Moravien. et canonicorum ejusdem, ad feudifirmam dimisit WILLELMO DOWGLAS vicario de Elgin, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—croftam nuncupatam Adweiscroft, jacentem inter croftas canonicorum Moravien. (inter croftam rectorie de Duple ad orientem, croftam decani ad occidentem, *the burne of Tarok* ad austrum, Deid-Lossie ad boream):—REDDEND. annuatim dicto rectori 40 sol.; ac duplicando dictam summam in introitu heredum:—cum precepto sasine directo Roberto Innes de Drany:—TEST. D. Pat. Ogstoun vicario de Petirheid, M. Jo. Hay vicario pensionario de Torreff, Wil. Lindesay in Turreff, Geo. Dowglas vicario de Abircherdour, Davide Cuming, Joanne Inglis, Jo. Dowglas prebendario de Ruffill, Adamo Wilsoun, servis dicti episc.:—Apud Torreff, Elgin, Spyne et ecclesiam cathedralem Moravien., 8 et 20 Sept. 1577]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 216.

3015. Apud Edinburgh, 13 Maii. REX concessit JOANNI LUMMISDANE de Blanerne, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 177 lib. 9 sol. de terris et baronia de Grugar cum molendinis, multuris, tenentibus &c., vic. Air;—non obstante

[1] In introductory clause "commendatarium."

sasina concessa de dict. terris &c., et de terris de Nethir Gogar, M. Thome Lyoun tutori de Glammis de data 12 Jun. 1579;—que terre fuerunt Roberti Logane de Restalrig, filii et heredis quond. Roberti L. de R.; et (literis Willelmo Logane nuncio vicecomiti in hac parte directis, et bonis mobilibus frustra quesitis apud terras de Restalrig, villam et terras dominicales earundem aliasque partes baronie de R.; villam et terras de Gogar et Montlowthiane, vic. Edinburgh; terras dominicales de Falscastell, Auld Lummisdane, West Lummisdane, Lummisdane, Coldinhame, Haymowth, Gownisgrein, Ovir et Nethir Aytoun, Eist et West Restoun, Swannisfeild, Schellopdykis, Auchincraw, Rentoun, Hornedane, Paxtoun, Hutoun, Hutoun-mylne, Corsrig et Nynewellis, vic. Beruik; terras de Grugar, vic. Air; terras de Cultnes, vic. Lanerk; et denunciatis terris de Hornedane &c. [*ut sup.*, usque ad Nynewellis], terris et acris de Auchincraw, Swynhoip, Schallopisdykis, Swannisfeild, Rentoun, Eist et West Rentoun, Over et Nethir Aytoun, Reidhall, Nethirbyre, Ginsgrein, terris et acris de Haymowthe et Coldinghame vocatis Greincroft, luco et acris de Law, terris de Falscastell, Lummisdane, West Lummisdane et Didgioun, Grugare et Cultnes, Gogare, Restalrig, villa ejusdem, molendinis de Leith, terris de Montlowthiane; et dicto Rob. citato apud unam domum super boreali parte lacus de Restalrig ubi communiter habuit residentiam, et apud castrum et fortalicium de Falscastell ubi habuit actualem residentiam cum servis et familia) 15 Jul. 1579 comparuerunt dictus Jo. per M. Alex. Skene et M. Wil. Hart prelocutores, et dictus Rob. per M. Edmundum Hay procuratorem, et Joannes Forgussoun claviger qui allegavit dictum Rob. per dominos concilii in wardam esse mandatum, et Eliz. olim sponsa dicti Rob., Tho. Kennedy tutor de Cassillis ejus sponsus pro ejus interesse, Domina Agnes Gray mater dicti Rob., dictus M. Thomas Lyoun ejus sponsus pro ejus interesse, Jo. Somerwel filius Joannis S. de Cambusnethane, Katherina Murray ejus mater, Geo. Touris de Inverleith filius et heres quond. Georgii T. de I., Rob. Hepburne frater. . . . Hepburne de Wauchtoun, Jo. Auchincraw, David Home de Nynewellis, Jo. Home in Schyrnsyd ejus frater, Alex. Auchincraw in Caudinghame, Wil. Millar apud molendinum de Nynewellis, et dictus M. Tho. Lyoun, qui produxerunt cartas de diversis partibus dict. terrarum; et assiza [1] abiit non deliberando; et 20 Jan. 1579 dictus ann. red. appreciatus fuit et dicto Jo. Lummisdane venditus pro 3380 lib. (viz. summa in decreto per eum contra dictum quond. Rob. Logane obtento 20 Mar. 1557, pro spoliatione decimarum garbalium [2] de terris arabilibus parochie de Hornedane, dicto Joanni pertinentibus tanquam fermorario proficuorum rectorie et vicarie ecclesie parochialis de H., de croppis 7 annorum 1550–56 [quod decretum in dictum Rob. Logane filium translatum fuit 11 Nov. 1578], et 20 lib. pro expensis litis), et pro 169 libris pro feodo vicecomitis;—absque prejudicio sasine date dicte Agneti Gray per dictum quond. Rob. Logane pro ejus vita:—et voluit rex quod dictus Rob. Logane, heredes ejus et assignati, haberent regressum quandocunque dict. summas persolverent infra septennium;—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 186.

3016. Apud Castrum de Striviling, 22 Maii. REX confirmavit cartam factam per Jo. Mowbray de Barnebougall, cum consensu Jacobi M. de Pitliver-myln ejus fratris

[1] Names of assize:—Sir David Hammiltoun of Fingaltoun knight, John Finlasoun of Killeith, M. James Sandelandis of Gilleriswell, Harbert Maxwell of Cavennis, Steph. Kincaid portioner of Brochtoun, John Twedie tutor of Drumalzear, Adam Brounfeild of Hardaikires, Hen. Congiltoun tutor of Congiltoun, Rob. Huldie in Aytoun, Joh. Broun in Hoprig, Arthur Manderstoun in Duns, Gilb. Power burgess of Air, Nich. Furde in Cannogait near Edinburgh. On 20 Jan. following Harbert Maxwell was absent, lawfully excused by testimonial from his minister; and Geo. Broun in Schyrnsyd was chosen in his place.

[2] The annual teind-sheaves are estimated as follows:—5 score thraves, estimated at 50 bolls, of bear, price per boll with straw 50s.; 240 thraves, estimated at 120 bolls, of oats, price per boll with straw 30s.; 80 thraves, estimated at 40 bolls, of wheat, price per boll with straw 50s.; 60 thraves, estimated at 30 bolls, of peas, price per boll with straw 50s.

germani, et per dictum Jac. in quantum jus ad terras subscriptas haberet,—[qua, pro perimpletione contractus in libris dominorum concilii registrandi, de data apud Edinburgh et Dundas, 18 et 20 Maii 1580, vendiderunt GEORGIO DUNDAS de eodem, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—villam et terras de Eister Bavelay, necnon firmam feudifirmariam ville et terrarum de Westir Bavelay extenden. ad 16 lib. (sibi debitam per Math. Stewart et ejus heredes feudifirmarios earundem), vic. Edinburgh :—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Willelmo Oliphant fratri germano Laurentii dom. O. :—TEST. Nic. Cornewall apparente de Ballinhard, dicto Willelmo Oliphant, Hugone Moncreif fratre germano Willelmi M. de eodem, Ric. Burne notario publico :—Apud Edinburgh et Dundas, 18 et 20 Maii 1580]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 471.

3017. Apud Striviling, 23 Maii.
REX dedit literas legitimationis JACOBO RIG bastardo, filio naturali Jacobi Rig burgensis de Drumfreis. xxxv. 221.

3018. Apud Halierudehous, 26 Maii.[1]
REX confirmavit cartam quondam D. Georgii Ramsay, vicarii perpetui ecclesie parochialis de Cokpen,—[qua,—cum consensu Marci commendatarii perpetui de Newbottill, et conventus ejusdem, patronorum dicte vicarie,—pro pecuniarum summis ad reparationem dicte ecclesie persolutis, ad feudifirmam dimisit (quond.) JACOBO RAMSAY filio secundogenito (quond.) Georgii R. de Dalhoussye, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras suas ecclesiasticas dicte ecclesie, extenden. ad 10 acras terrarum arabilium (viz. 7 acras juxta dict. ecclesiam, 2 acras in *lie outfeild* terrarum nuncupat. *the Medowflat* Jacobo Ramsay de Cokpen pertinen., alteram acram in husbandria de Cokpen, tertiam acram juxta locum paludosum *the Bog* S. Quintigerni), cum domibus, silvis, hortis, in parochia de Cokpen, vic. Edinburgh :—REDDEND. dicto vicario 50 sol. firme antique, et 2 sol. augmentationis; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum :—cum precepto sasine directo Thome Ramsay nuncio, et Willelmo Hair :—TEST. Joanne Kirkpatrik, Alexandro Home rectore de Spott, Jacobo Hammiltoun de Samestoun, Georgio Hammiltoun de Prestoun:—Apud Newbottill, 24 Dec. 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 828.

3019. Apud Perth, 5 Jun.
REX confirmavit cartam Florentini Auchmowtie de Eister Fairny,—[qua,—pro perimpletione contractus matrimonialis initi inter se et Jo. A. filium suum et apparentem heredem ex una, et M. Jo. Pitcarne de Forther ex altera partibus, de data apud S. Andream, . . . Apr. 1580,—pro magnis pecuniarum summis per dictum Jo. P. persolvendis, concessit dicto JOANNI AUCHMOTIE, et ELIZABETH PITCARNE ejus sponse future, filie legitime dicti Jo. P.,—terras de Eister Fairny cum manerie &c., in senesc. et dominio et vic. de Fyff :—TENEND. dictis Jo. A. et Eliz. eorumque alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus inter eos legit. procreandis, quibus deficientibus, heredibus propinquioribus et assignatis dicti Joannis quibuscunque, de rege in feudifirma :—TEST. Davide Balfoure de Banedone, Tho. Ballingall de Riggis, M. Davide Auchmowtie jurisperito, Wil. Bickartoun :—Apud S. Andream, 30 Maii 1580]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 178.

3020. Apud Perth, 5 Jun.
REX, cum avisamento secreti concilii, concessit THOME COK burgensi de Edinburgh, heredibus ejus et assignatis,—terras cum horto infra burgum de Edinburgh apud portam B. Marie de Campis (inter terras et hortum quondam Pat. Flemyng, murum dicti burgi, terras quondam Walt. Chapman) ;—que regi devenerunt ob decessum Patricii Stevinsoun bastardi, vel tanquam ultimo heredi dicti Pat.:—TENEND. in libero burgagio :—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 189.

[1] Dated an. reg. 14. Placed here according to the A.D., which is confirmed by *Regist. Secreti Sigilli*, lib. xlvii. fol. 143.

3021. Apud Burgum de Perth, 5 Jun.
REX fecit ALEXANDRUM CAMPBELL, rectorem de Killennen, pro ejus vita,—commendatarium et priorem de Ardchatten, infra diocesim Argadie; et concessit ei dict. beneficium cum ejus terris, mansionibus, castris, turribus, fortaliciis, maneriebus, silvis, molendinis, piscariis, annuis redditibus, ecclesiis, decimis garbalibus et aliis decimis, proficuis et divoriis quibuscunque tam de spiritualitate quam de temporalitate ejusdem;—vacan. per resignationem Joannis episc. Sodoren., commendatarii dicti prioratus, in favorem dicti Alex. xxxv. 194.

3022. Apud Burgum de Perth, 10 Jun.
REX confirmavit cartam Joannis Innes de eodem, fratris et heredis quondam Alexandri I. de eodem,—[qua vendidit (quond.) consang. suo ALEXANDRO INNES de Crommy, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—terras de Innes, terras dominicales de Innes, cum molendino, turre et fortalicio, terras de Brandestoun, Kempstoun, Stanewallis, Newtoun, Waterscoit, Speyislalaw, Sleltok, Bromehill, Fauldis, Carsrig, Carshillok, cum piscaria salmonum super aqua de Lossie, Corskie, Garmach et Mathemylne, cum piscationibus *lie salmoun fischeing* eidem spectantibus, molendinis, multuris, tenentibus &c., in baronia de Innes, vic. Elgin; terras de Sanct-Androis-Kirktoun, Scottistounhill, Craincruikie, cum tenentibus &c., in baronia de Kemmelennok et in dicta baronia de Innes per annexationem, vic. Elgin et Fores; terras de Abircherdour, viz. terras dominicales de Kynnardie cum fortalicio et turre, molendino, crofta molendinaria, et *lie suckin* totius baronie de Abercherdour, binam partem de Knokorth, terras de Torrereach, Scobhill, Thanstoun et Langhauch, Elrik, Nethir Culvie, Myddill Culvie et Fargestoun, cum silvis, terras de Auchintoule, Bakley et Bogfauld, cum piscationibus, molendinis, multuris, silvis &c., in baronia de Innes per annexationem, vic. Banf;—pro magnis pecuniarum summis persolutis, et precipue pro exoneratione dicti Jo. de summis per dictum suum fratrem, Gulielmum I. patrem suum et Alex. I. avum suum dicto Alex. I. de C. debitis proprio nomine et tanquam heredi quond. Jacobi I. ejus patris, que majorem partem dict. terrarum appreciare possent:—TENEND. de rege:—INSUPER dictus Jo. voluit quod unica sasina apud fortalicium Innes capienda pro omnibus staret:—cum precepto sasine directo Thome Innes:—TEST. Magistris Tho. Craig, Jo. Russell, advocatis, Jo. Hendirsoun scriba, Jo. Innes de Blakhillis, Gavino Alexander servo dicti Jo. Henrysoun:—Apud Edinburgh, 2 Dec. 1578]:—INSUPER, pro bono servitio dicti Alex., dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in alias cartis* &c. xxxv. 190.

3023. Apud Dundie, 10 Jun.
REX concessit M. WILLELMO MURRAY filio secundogenito Willelmi M. de Tullibardin militis compotorum rotulatoris, heredibus ejus et assignatis, eorumque factoribus et subtenentibus,—piscariam salmonum et corborum *lie cruvis* super aqua de Connand inter comitatum de Ros et dominium de Ardmannoch curren., cum astrictis servitiis feudifirmariorum, assedatariorum, rentallariorum et firmariorum dict. comitatus et dominii pro edificatione aqueductuum et corborum debitis et consuetis, vic. Invernes;—que antea per viros vagabundos et predatores patrie depredata extitit, et si aliquid proficui eveniebat, totum pro edificatione aqueductuum, *lie cruvis*, retium et cimbarum, pro sale, barilis et aliis necessariis consumptum fuit, sic quod parum vel nihil regi deveniret, nisi quod sero dictus Wil. senior per suos labores effecit ut annui census per 3 annos aut eocirca ultime elapsos ad 200 marc. extendissent:—TENEND. in feudifirma:—REDDEND. 200 marc. firme antique, et 3 lib. 6 sol. 8 den. augmentationis, annuatim ad *lie uptak* qui fuit dies ultimus B. Marie viz. 8 Sept., incipiendo ad 8 Sept. 1580:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 290.

3024. Apud Montros, 15 Jun.
REX confirmavit cartam Jacobi Hendersoun de Fordell,—[qua,—pro perimpletione unius clausule contractus initi inter Wil. Spittell de Lewchat ab una, et M. Jo. Hendersoun de Bangour, onus pro dicto Jac.

acceptantem, et Jonetam Murray sponsam dicti Jac., ab altera partibus, de data . . . 1579,—cum consensu dicte Jon., concessit dicto WILLELMO SPITTELL, heredibus ejus et assignatis,—occidentalem suam tertiam partem ville et terrarum de Lethame vocat. *the Seyfeild of Lethame*, in baronia de Fordell, vic. Fyf:—TENEND. de rege:—TEST. Pat. magistro Gray, Pat. Hepburne de Wachtoun:—Apud Lutesiam Parisiorum, 13 Apr. 1580:—necnon TEST. Willelmo Hendersoun constabulario deputato, Antonio Murray, Wil. Purves:—Apud Fordellis, 30 Maii 1580]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 187.

3025. Apud Muntrois, 15 Jun.

REX confirmavit cartam Gulielmi Spittel de Lewchat,—[qua,—pro perimpletione unius clausule contractus (*in carta* 3024 *narrati*),—in excambium terrarum (*in carta* 3024 *content.*), concessit JACOBO HENDERSOUN de Fordell, heredibus ejus et assignatis,—decimamquartam partem terrarum et baronie de Fordell, molendini et terrarum molendinariarum ejusdem (vic. Fyff):—TENEND. de rege:—cum precepto sasine directo Willelmo Purves:—TEST. Jo. Boswell de Balmutho juniore, Jo. Boswell de Baglillie, Wil. Purves:—Apud Balmutho, 1 Jun. 1580]:—INSUPER, pro servitio dicti Jacobi, dictas terras quitteclamavit:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 188.

3026. Apud Montrois, 15 Jun.

REX confirmavit cartam quondam Davidis Hammiltoun de Boithuilhauch,—[qua vendidit consanguineo suo JACOBO HAMMILTOUN[1] rectori de Kerintoun, heredibus ejus et assignatis,—annuum redditum 50 marc. de terris suis de Boithuilhauch, in baronia et dominio de Hammiltoun, vic. Lanerk:—REDDEND. dicto Davidi 2 den. albe firme:—cum precepto sasine:—TEST. Jo. Hammiltoun de Orbestoun, Davide Forsyth de Dykis, Jo. Hammiltoun preposito de Boithuill, Arthuro Hammiltoun de Parkheid, Tho. Hammiltoun in Boithuill:—Apud Boithuill, 22 Jul. 1561]:—Non obstantibus forisfacture processibus et sententiis contra Jac. Hammiltoun olim de Boithuilhauch deductis:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 285.

3027. Apud S. Andream, 28 Jul.

REX confirmavit cartam factam per quondam Jo. archiepisc. S. Andree abbatemque[2] de Pasleto, et ejusdem conventum,—[qua, pro magnis pecuniarum summis persolutis, et aliis gratitudinibus &c., ad feudifirmam dimiserunt ARTHURO MAXWELL filio (quond.) Gavini M. in Bradyland, heredibus ejus et assignatis quibuscunque,—20 solidat. terrarum antiqui extentus de Bradyland (per dictum Gav. occupatas), in regalitate et baronia de Pasleto, vic. Ranfrew:—RESERVANDO usufructum dicto Gavino pro ejus vita:—REDDEND. dicto monast. 20 sol. firme antique, 18 pultrias, 12 den. pro dietis in autumno, unum longum careagium, et 2 sol. 6 den. augmentationis, cum aliis servitiis debitis et consuetis (proviso quod dicta servitia non importarent wardam aut maritagium sed tantum servitium forinsecum); necnon tres sectas ad tria placita capitalia apud Pasletum, cum servitiis in curiis justiciariis et camerariis; et comparendo ad ceteras curias dicti monasterii si citati essent; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum; et serviendo dictis abbati &c. tempore tam pacis quam guerre pro commodo dicti monast. et regni defensione; et tenentes et occupatores molerent sua grana apud molendinum de Pasleto, solvendo multuras debitas et consuetas; nec liceret dict. terras aut earum partem alienare absque licentia dict. abbatis &c.:—RESERVANDO dictis abbati &c. potestatem lapides effodiendi in lapicidario dict. terrarum:—cum precepto sasine directo Roberto dom. Sempill et ejus deputatis pluribus aut uni:—TEST. Hugone Hommill in Brounhillis, Jo. Kessane, Jo. Hammiltoun alias Blakstoun, Jo. Johnnestoun, M. Jo. M'Quhin:—Apud monast. de Pasleto, 25 Sept. 1565]:—TEST. 22. 25. 23. 14. 26. 19. 27. 24. xxxv. 220.

3028. Apud Sanctandrois, 28 Jul.

REX confirmavit cartam factam per Tho.

[1] In introductory clause "de Rouchbank."

[2] In introductory clause "commendatarium."

Campbell commendatarium perpetuum monasterii Sacri-nemoris, et ejusdem conventum,—[qua concesserunt RICARDO EDYEAR in Cristinhill, heredibus ejus et assignatis,—unam libratam terrarum de *lie* Manys, in baronia de Haliewode, vic. Drumfreis (inter terras Rob. Hynd, Harberti M'Carrolie, Hen. et Jo. Edyear, ex orientali, terras suas vocatas Dardryne ex australi, terras D. Wil. Edyair capellani vocatas Candeis-croft et terras suas de Clauchmalloch ex occidentali, fossam antiqui nemoris ex boreali), cum prato (inter pratum Rob. Hynd, terras And. Edyair de Dowblayhill, pratum Rob. Carnis), cum 3 dietis glebarum annuatim in sua nigra labina, ac cum domo et hortis per quondam Wil. Fergusoun prius inhabitatis, jacen. ex boreali parte de *lie* Beir-clois;—quas And. Edyair burgen. de Dumfreis pro nonnullis pecuniarum summis resignavit:—REDDEND. annuatim dicto monast. 40 sol. feudifirme, necnon in augmentationem rentalis 3 sol. 4 den.; necnon duplicando feudifirmam in introitu heredum:—RESERVANDO multuras et sequelas molendinis dicti monast., cum tribus curiis capitalibus et earum exitibus:—cum precepto sasine directo Andree Edyair in Drumfreis:—TEST. Thoma Welsche in Burnefut, Davide Edyair in Guliehill, Rob. Carnis, D. And. Michell, Joanne Wallace, Harberto Maxwell in Reidbra:—Apud dictum monast., 11 Maii 1569]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 222.

3029. Apud Sanctandrois, 28 Jul.
REX dedit literas legitimationis MARGARETE CARNEGY bastarde, filie D. Joannis Carnegy de Kynnaird militis. xxxv. 224.

3030. Apud S. Andream, 28 Jul.
REX confirmavit cartam Patricii archiepiscopi S. Andree,—[qua, cum consensu capituli ejusdem, ad feudifirmam dimisit M. DAVIDI MELDRUM advocato, burgensi S. Andree, et ISSOBELLE THOMSOUN ejus sponse,—duodecimam partem ville et terrarum de Kincapill (per dictos Davidem et Is. occupat.), in regalitate S. Andree, vic. Fyff:—TENEND. dictis Dav. et Is. et eorum alteri diutius viventi in conjuncta infeodatione, et heredibus masc. dicti Dav. de corpore legit. procreatis, quibus deficientibus, Jacobo Meldrum de Segy juniori, heredibus ejus et assignatis quibuscunque, de dicto archiepisc.:—REDDEND. 10 bollas $2\frac{2}{3}$ firlotas frumenti, 10 bollas $2\frac{2}{3}$ firlotas ordei, 2 bol. $2\frac{2}{3}$ firl. avenarum, mensure foralis civitatis S. Andree, cum 2 caponibus et 4 pultreis (vel pro qualibet bolla frumenti 13 sol., pro bolla ordei 10 sol., pro bolla avenarum 6 sol., pro capone 18 den., pro pultrea 12 den.), et 32 sol. monete, tanquam firmam et devoriam ab antiquo consuet.; cum areagiis et careagiis et ceteris oneribus et servitiis consuetis; ac tres sectas ad tria placita capitalia dicte regalitatus, et ad ceteras curias dicti archiepiscopi cum attachiati essent; necnon duplicando dict. 32 sol. in introitu heredum et assignatorum; et perimplendo omnia in rentali dicti archiepisc. contenta:—cum precepto sasine directo Joanni Cunynghame de Wester Barnis:—TEST. Jacobo Arthour, Arch. Fraser, Rob. Low, Jac. Andirsoun notario publico:—Apud S. Andream, 20 Mar. 1578]:—TEST. *ut in aliis cartis* &c. xxxv. 225.

3031. Apud Sanctandrois, 28 Jul.
